Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/matthiparisie02pari

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto, Ontario

RERUM BRITANNICARUM MEDII ÆVI SCRIPTORES,

OR

CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING

THE MIDDLE AGES.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING THE MIDDLE AGES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

On the 26th of January 1857, the Master of the Rolls submitted to the Treasury a proposal for the publication of materials for the History of this Country from the Invasion of the Romans to the Reign of Henry VIII.

The Master of the Rolls suggested that these materials should be selected for publication under competent editors without reference to periodical or chronological arrangement, without mutilation or abridgment, preference being given, in the first instance, to such materials as were most scarce and valuable.

He proposed that each chronicle or historical document to be edited should be treated in the same way as if the editor were engaged on an Editio Princeps; and for this purpose the most correct text should be formed from an accurate collation of the best MSS.

To render the work more generally useful, the Master of the Rolls suggested that the editor should give an account of the MSS. employed by him, of their age and their peculiarities; that he should add to the work a brief account of the life and times of the author, and any remarks necessary to explain the chronology; but no other note or comment was to be allowed, except what might be necessary to establish the correctness of the text.

The works to be published in octavo, separately, as they were finished; the whole responsibility of the task resting upon the editors, who were to be chosen by the Master of the Rolls with the sanction of the Treasury.

The Lords of Her Majesty's Treasury, after a careful consideration of the subject, expressed their opinion in a Treasury Minute, dated February 9, 1857, that the plan recommended by the Master of the Rolls "was well calculated for the accomplishment of this important national object, in an effectual and satisfactory manner, within a reasonable time, and provided proper attention be paid to economy, in making the detailed arrangements, without unnecessary expense."

They expressed their approbation of the proposal that each chronicle and historical document should be edited in such a manner as to represent with all possible correctness the text of each writer, derived from a collation of the best MSS., and that no notes should be added, except such as were illustrative of the various readings. They suggested, however, that the preface to each work should contain, in addition to the particulars proposed by the Master of the Rolls, a biographical account of the author, so far as authentic materials existed for that purpose, and an estimate of his historical credibility and value.

Rolls House,
December 1857.

MATTHÆI PARISIENSIS,

MONACHI SANCTI ALBANI,

HISTORIA ANGLORUM,

SIVE, UT VULGO DICITUR,

HISTORIA MINOR.

ITEM, EJUSDEM

ABBREVIATIO CHRONICORUM ANGLIÆ.

EDITED

BY

SIR FREDERIC MADDEN, K.H., F.R.S.,

KEEPER OF THE DEPARTMENT OF MANUSCRIPTS, BRITISH MUSEUM.

VOL. II.

A.D. 1189–1245.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

LONDON:

LONGMANS, GREEN, READER, AND DYER.

1866.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

JAN 16 1950

15442

Printed by
EYRE and SPOTTISWOODE, Her Majesty's Printers.
For Her Majesty's Stationery Office.

CORRIGENDA.

Page 36, line 28, *for* profecti *read* profecto.
,, 52, line 20, *for* similem *read* simile.
,, 73, note 4, *for* nomine *read* nomina, *and supply dots after* ani.
,, 99, line 22, *for* multashinc *read* multas hinc.
,, 103, line 3, *for* sanctæ *read* sancti.
,, 122, line 2, *for* Arex nglorum *read* rex Anglorum.
,, 122, line 24, no correction is necessary; and the same remark applies to page 152, line 20, and page 333, line 19.
,, 148, note 3, *for* scired esiderat *read* scire desiderat.
,, 166, line 4, *for* Albineto *read* Albeneto (as in MS.).
,, 190, line 17, *for* ididem *read* ibidem.
,, 203, line 24, *for* deceptationes (as in MS.) *read* disceptationes.
,, 218, line 8, *for* formidolorum (as in MS.) *read* formidolosorum. But Du Cange has *formidulus*.
,, 231, line 14, *for* inæstimali (as in MS.) *read* inæstimabili.
,, 247, line 21, *for* scutaguim *read* scutagium.
,, 262, line 8, *for* si *read* ei.
,, 372, line 1, *for* dilituit (as in MS.) *read* delituit.
,, 385, line 6, *for* moreretur (as in MS.) *read* moriretur.
,, 413, line 18, *for* departibus *read* de partibus.
,, 456, line 15, *for* eleccio *read* electio.
,, 478, line 14, *dele comma after* comitissa.

MATTHÆI PARISIENSIS,

MONACHI SANCTI ALBANI,

HISTORIA ANGLORUM.

DA
25
.B8
v.44

MATTHÆI PARISIENSIS,

MONACHI SANCTI ALBANI,

HISTORIA ANGLORUM.

fol. 77 *a*. *Ut comes Ricardus ducatum Normanniæ acceperit.* A.D. 1189.

Rog. Wend. iii. 1. Defuncto itaque rege Henrico II.,[1] Ricardus filius ejus statim injecit manus in Stephanum de Thurnham, senescallum Andegaviæ; et mittens eundem in custodia, exegit ab eo castella et thesauros patris sui, quos habebat. Deinde omnes servientes patris sui, quos fideles noverat, honorifice secum retinuit, et unicuique servitium, quod patri suo longo transacto tempore fecerat, secundum cujusque meritum recompensavit. Johannem vero, fratrem suum, ad ipsum venientem honorifice suscepit. Tunc pergens in Normanniam Rothomagum venit, atque xiii°. kalendas Augusti, præsentibus epi-

Acts of Richard, after the death of Henry II.

20 July.

Rog. Wend. iii. 2. scopis, comitibus,[2] baronibus, ac militibus, per ministerium archiepiscopi, de altari beatæ virginis Mariæ ducatus Normanniæ gladium suscepit.[3] Receptaque fidelitate tam cleri quam populi, Johanni, fratri suo, omnes terras, quas pater suus ei dederat in Anglia, terram videlicet quatuor milium marcarum, cum comitatu toto Moretonii, liberaliter confirmavit.[4] Concessit etiam Gaufrido, fratri suo, ecclesiæ Lincolniensis quondam electo, archiepiscopatum Eboracensem. Qui continuo, missis clericis suis cum literis ducis, accepit archiepi-

He receives the sword of the duchy of Normandy; confirms to his brother John the earldom of Mortain, and grants the see of York to his brother Geoffrey.

[1] Between the columns of text is drawn the royal shield, reversed, with a small crown beneath it; and on the outer margin is the same shield, erect, with a crown above.

[2] *episcopis, comitibus*] At first written *comitibus, episcopis*, but marked to be transposed.

[3] *suscepit*] sucepit, MS.

[4] *confirmavit*] comfirmavit, MS.

A.D. 1189. Meeting of Richard with the king of France.

scopatum in manu sua, expulsis custodibus regis et Huberti Walteri, ejusdem ecclesiæ decani. Dux igitur, tertia sui ducatus die, habuit colloquium cum rege Francorum inter Calvum-Montem et Trie; in quo colloquio rex Francorum postulavit Gisorcium castellum, et totam provinciam adjacentem. Sed quoniam dux accepturus erat Alesiam, sororem regis, in conjugem, sustinuit ad tempus, promissis a duce quatuor milibus marcis, præter supradictam pecuniam, quam promiserat pater suus.

Ut rex Ricardus matrem suam a longo carcere liberaverit.

Queen Alienor, mother of Richard, is released from prison.

Interea mater ejus regina Alienora, quæ per annos sexdecim a thoro patris separata[1] sub arcta custodia tenebatur, statuendi[2] quæ vellet a filio potestatem accepit. Datumque est[3] regni principibus in mandatis, ut omnia disponerentur ad votum reginæ. Quæ continuo, accepta potestate, omnes captivos per Angliam a carceribus liberavit, sicut quæ experimento didicerat, carcerales custodias hominibus nimis esse molestas. Rog. Wend. iii. 2. Rog. Wend. iii. 3.

Fulfilment of the prophecy of Merlin.

Hiis profecto diebus venit in lucem prophetia Merlini, ubi dicitur, "Aquila rupti fœderis tertia nidificatione gaudebit."[4] Aquila siquidem regina illa est appellata, quia duas alas super duo regna, Francorum videlicet et Anglorum, expandit; et præterea propter rapacitatem, quia tam animas quam corpora sua rapuit speciositate. Hæc a rege Francorum disjuncta fuit propter consanguinitatem per divortium; a rege Anglorum [segregata][5] extitit per suspicionem, et custodiæ carcerali deputata. Sic igitur "aquila rupti fœderis" utrobique fuit. Quod

---

[1] *separata*] seperata, MS.

[2] *statuendi*] After this word is added *in regno*, in W. B. C. and Diceto, col. 646.

[3] *est*] Interlined.

[4] "Merlini Vaticinia, cum Comm. Alani de Insulis," p. 98, ed. 1608.

[5] *segregata*] Supplied from W. B. C. and Dic.

autem addidit, "et tertia nidificatione gaudebit," sic intelligi potest: primogenitus reginæ filius, nomine Willelmus, in puerili ætate decessit; Henricus, secundus, in regem sublimatus, hostiliter cum patre congressus, naturæ debitum persolvit; Ricardus, filius ejus tertius, tertia nidificatione denotatus, matri gaudium fuit, qui eam, ut dictum est, a carceris squalore liberatam, reverenter ut matrem honoravit. A.D. 1189.

Ut dux Ricardus in Angliam coronandus venerit.

Rog. Wend. iii. 3. Hiis ita dispositis, dux Ricardus, singulis hominum suorum jura sua reddens, usque ad Barbefluvium[1] venit; ibique naves ascendens, apud Portesmues idus Augusti applicuit. Cujus adventus cum esset per Angliam divulgatus, gavisi sunt clerus et populus de adventu ipsius; et licet quidam moleste tulissent mortem patris illius, solatium tamen illis fuit quod quidam ait, Richard comes to England. 13 Aug.

"Mira canam, sol occubuit, nox nulla secuta est."

Rog. Wend. iii. 4. Statim autem dux ut applicuit Wintoniam veniens, fecit ponderare et in scriptum redigere omnes thesauros patris sui. Et inventa sunt plura quam nongenta milia librarum in auro et argento, præter utensilia et jocalia et lapides[2] pretiosos. Deinde apud Saresbiriam veniens, et inde de loco ad locum pergens,[3] unicuique jus petitum reddidit, et multis terras non habentibus liberaliter concessit et dedit. Dedit præterea Johanni, fratri suo, filiam Roberti, comitis Gloverniæ, cum comitatu illo, et castella de Marleberge, de Lutegareshale, de Pec,[4] de Bolesoveres, de Notingham et de Lancastre, cum honoribus ad ea pertinentibus, cum honore Willelmi Peverel, et ei omnia confirmavit. Quo facto, comes Johannes desponsavit præfatam comitis filiam, He causes the treasure at Winchester to be weighed. To his brother John he gives the daughter of the earl of Gloucester, with the earldom.

[1] *Barbefluvium*] Barbefluum, MS.

[2] *lapides*] lipedes, MS.

[3] *pergens*] veniens, MS. Corr. from W. B. C. F.

[4] *de Pec*] Om. W. It is in I.

A.D. 1189. contra prohibitionem Baldewini, Cantuariensis archiepiscopi, eo quod parentes erant in tertio gradu consanguinitatis.

Elyensis episcopus G[aufridus] decessit.

Death of Geoffrey, bishop of Ely. 21 Aug.

Eodem tempore Gaufridus, Elyensis episcopus, xij. kalendas Septembris intestatus decessit; unde ex reliquiis ejus confiscata sunt tria milia marcæ argenti, cum cc^tis^. marcis, excepto thesauro[1] suo, in vasis, jocalibus et stauro. Rog.Wend. iii. 4. Rog.Wend. iii. 5.

De coronatione regis Ricardi.

Coronation of Richard I.

Dux Ricardus, omnibus necessariis ad coronationem suam præparatis, Londonias venit; ubi, congregatis archiepiscopis Cantuariensi, Rothomagensi, et Treverensi, ab eisdem[2] absolutus fuerat in partibus transmarinis, eo quod arma moverat contra patrem suum post susceptam crucem. Affuit etiam et archiepiscopus Dublinensis, cum omnibus episcopis, comitibus, baronibus et regni magnatibus. Congregatis igitur omnibus, ordine subscripto diadema suscepit. In primis venerunt archiepiscopi, episcopi, abbates et clerici, capis choralibus induti, prævia cruce, aqua benedicta, et thuribulis, usque ad ostium thalami interioris; et duxerunt ipsum ducem in ecclesiam Westmonasterii usque ad majus altare, cum processione sollempni. In medio autem episcoporum et clericorum procedebant iiii. barones, portantes candelabra cum cereis accensis; post quos veniebant duo comites, quorum primus portabat sceptrum[3] regale, in cujus summitate signum erat aureum, et alter portabat virgam regalem, habentem in summitate columbam. Et post illos veniebant duo comites, Rog.Wend. iii. 5. fol. 77 *b*.

---

[1] *thesauro*] tesauro, MS.

[2] *ab eisdem*] On an erasure, and no doubt originally *a quibus*, as in W. B. C.

[3] *sceptrum*] ceptrum, MS.

et tertius in medio eorum, portantes tres gladios in[1] A.D. 1189.
Rog. Wend. iii. 6. vaginis aureis, de thesauro regis sumptos. Sequebantur autem illos sex comites et barones, portantes scacarium unum, supra quod posita erant regalia insignia et vestes ; sequente eos comite Cestrensi,[2] in excelso coronam auream mirifice gemmatam portante. Ad ultimum autem venit dux Ricardus, habens episcopum [unum][3] a dextris et alium a sinistris, et supra illos portabant iiii. barones umbraculum de serico[4] super iiii. hastas auro pictas. Et ad altare pervenientes, coram clero et populo, propositis sacrosanctis evangeliis[5] cum plurimorum sanctorum reliquiis, juravit, quod pacem, honorem ac reverentiam omnibus diebus vitæ suæ portabit Deo et sanctæ ecclesiæ, et ejus ordinatis. Juravit etiam, quod[6] [in][7] populo sibi commisso rectam justitiam exercebit,[8] et quod malas leges et iniquas consuetudines, si aliquæ fuerint in regno suo, delebit et bonas observabit. Deinde exuerunt eum omnibus indumentis suis, præter braccas et camisiam, quæ in scapulis dissuta erat, propter inunctionem. Baldewinus, Cantuariensis archiepiscopus, sandaliis calciatum auro textis, in tribus locis eum in regem unxit, videlicet in capite, in scapulis, et in brachio dextro, cum orationibus ad hoc constitutis. Posito deinde super caput ejus panno lineo sacrato, pilleum desuper posuit ; et regalibus indutum vestimentis, cum tunica et dalmatica, tradidit ei archiepiscopus gladium ad malefactores ecclesiæ reprimendos. Quo facto, duo comites calciaverunt ei[9] calcaria, indutusque mantea, conjuratus est ab archiepiscopo ex parte Dei et prohibitus, ne hunc honorem accipere præsumat,

---

[1] *in*] cum, W. B. C.

[2] *Cestrensi*] Added in marg. In W. B. C. *uno*. According to Ben. Abbas, p. 558, and Hoveden, p. 656, William de Mandeville, earl of Essex, carried the crown.

[3] *unum*] Supplied from W. C.

[4] *serico*] sirico, MS.

[5] *evangeliis*] euuangeliis, MS.

[6] *quod*] Added in marg.

[7] *in*] Supplied from W. B. C.

[8] *exercebit*] excercebit, MS.

[9] *ei*] Interlined is, *vel eum*.

A.D. 1189. nisi in mente habeat sacramenta tenere quæ fecit. Et ipse respondit, se per auxilium Dei bona fide observaturum omnia supradicta. Deinde coronam de altari accipiens rex tradidit archiepiscopo, quam ipse capiti regis imposuit, sceptrum in manu dextera, et virgam regalem in sinistra. Et sic coronatus ductus est ab episcopis et baronibus, præcedentibus candelabris, cruce et tribus gladiis supradictis;[1] et incepta est ilico sollempnis festivitas missæ celebrandæ.[2] Et cum[3] perventum fuisset ad offertorium missæ, præfati duo episcopi duxerunt eum ad offerendum, et [iterum][4] reduxerunt similiter ad pacem.[5] Tandem, missa gaudenter cantata, et omnibus rite peractis, sæpedicti duo episcopi reduxerunt eum coronatum, sceptrum in dextra, regalem vero virgam in sinistra bajulantem; et, ordinata processione, in chorum reversi sunt. Quo cum pervenissent, rex, depositis regalibus indumentis, leviores coronam et vestes resumens, perrexit ad prandium. Ubi archiepiscopus Cantuariensis in eminentiori loco, scilicet a dextris regis, et postea alii archiepiscopi et episcopi, comites et barones, secundum suum ordinem et dignitatem, cum clero et populo, ad mensam collocati, epulabantur splendide et gratanter. Acta autem hæc die Dominica, iii°. nonas Septembris. Officia prælatorum et magnatum, quæ ab antiquo jure et consuetudine in regum coronationibus sibi vendicant et facere debent, in Rotulis Scaccarii poterunt reperiri.[6]

Rog. Wend. iii. 7.

Banquet after the ceremony.

3 Sept.

---

[1] *supradictis*] In B. *marg.* is added, *ad sedem suam*, and so C.

[2] *festivitas missæ celebrandæ*] Added in marg.

[3] *cum*] Added in marg.

[4] *iterum*] Supplied from W. B. C. F. Originally written *et reduxerunt ad offerendum*, but marked for transposition.

[5] *pacem*] So also in F. In Ben. Abb. p. 557, and Hoveden, p. 657, we have *sedem*.

[6] *officia . . . . reperiri*] Added in marg. and inserted in text of F. The words *in Rotulis . . . reperiri* are on an erasure, and two or three other lines of writing have been obliterated.

De strage Judæorum. A.D. 1189.

Rog. Wend. iii. 7. Huic coronationi multi Judæorum interfuerunt, contra regiam prohibitionem. Die itaque præcedenti, communi interdictum est edicto, ne Judæi aut mulieres interessent, propter magicas artes, quæ solent in regum coronationibus exerceri,[1] de quibus Judæi et aliquæ mulieres sunt infames.[2] Curiales autem, quamvis occulte aliqui Judæi, quorum proprium est prohibita perpetrare,[3] cum illuc infeliciter[4] venissent, injectis manibus, spoliaverunt eos regales[5] egregie baculatos, et ab ecclesia illos ejicientes,[6] semivivos reliquerunt. Audiens autem vulgus civitatis, quod curiales ita sæviebant in Judæos, irruerunt in illos communiter qui in civitate remanserant, multisque utriusque sexus ex eis interfectis, et domibus subversis et succensis, aurum eorum et argentum, cartas et vestes pretiosas rapuerunt. Qui autem evaserunt, fugerunt ad turrim Londoniarum et domos amicorum suorum, in locis tutioribus latitantes. Hæc persecutio in ortu jubilæi sui, quem annum remissionis appellerant antiqui, vix per annum conquiescere potuit, et factus est Judæis annus confusionis. In crastino autem, cum rex talem cognovisset eis illatam injuriam, quam propriam reputabat, tres culpabiles et aliis proteriores fecit comprehendi et suspendi, et unum alium, quia furem, et alium, quia incendiarium. Factum est autem ut,[7] nacta hac occasione, multi per totam Angliam sunt spoliati Judæi[8] vel perempti. Sed rex in crastino coronationis suæ, cum homagia et fidelitates a regni magnatibus suscepisset, prohibuit, ne quis eis foris-

Rog. Wend. iii. 8.

Massacre and plunder of the Jews.

Richard causes some of the malefactors to be hung.

---

[1] *exerceri*] excerceri, MS.

[2] *infames*] imfames, MS.

[3] *perpetrare*] After this word, *occulte* is repeated in MS. and F.

[4] *cum illuc infeliciter*] Added in marg. and in text of F., but *cum* is superfluous.

[5] *regales*] Interlined, but superfluous, and so in F.

[6] *ejicientes*] eicientes, MS.

[7] *ut*] Interlined.

[8] *Judæi*] Added in marg.

A.D. 1189. Equal weights and measures established.

faceret, sed pacem suam habeant per omnes Angliæ civitates. Omnia vero commercia rerum venalium per totum regnum constituta sunt legaliter et irrefragabiliter unius ponderis et mensuræ.

De quodam laudabili dono et elemosina regis Ricardi.

Grant of money made to the Cistercians.

Magnificus autem rex Ricardus ac munificus, monachis Cisterciensibus, ad capitulum generale de diversis terris et longinquis venientibus et convenientibus, c. marcas argenti annuatim percipiendas contulit. Quod et carta sua eisdem confirmavit. Et hoc de ecclesia, quam habent in Scardeburga.[1] R. Wend. iii. 8.

Quos pastores concesserit ecclesiis vacantibus.

Nomination of bishops at Pipewell. 15 Sept.

Rex Ricardus in crastino Exaltationis sanctæ Crucis, apud Pipwelle, archiepiscoporum et episcoporum et aliorum magnatum suorum fretus consilio, benigne concessit Gaufrido, fratri suo, archiepiscopatum Eboracensem, Godefrido de Lucy episcopatum Wintoniensem, Ricardo, Elyensi archidiacono, Londoniensem, Huberto Waltero Saresbiriensem, Willelmo de Longo-campo Elyensem. Qui rite electi in episcopos consecrantur.[2] Notandum tamen, quod Baldewinus, archiepiscopus Cantuariensis, factis electionibus, prohibuit Galfrido, Eboracensi electo, ne ab aliquo alio quam a se ordinem susciperet sacerdotalem vel consecrationem episcopalem, et super hoc sedem apostolicam appellavit. Rog. Wend. iii. 9.

Baldwin, abp. of Canterbury, forbids the abp. elect of York to receive consecration, unless from himself.

---

[1] *Et hoc . . . . Scardeburga*] Added in marg. and is in text of F.

[2] In the margin are drawn five small crosiers.

Ut Hugo, Dunelmensis episcopus, data pecunia, nomen comitis sibi usurpando comparaverit. A.D. 1189.

Rog.Wend. iii. 9. Eodem tempore rex Ricardus deposuit a ballivis suis Ranulphum de Glanvilla, justiciarium, et fere omnes vicecomites Angliæ et ministros eorum, quos omnes ad gravem coegit redemptionem. Et, ut Terram Promis- fol. 78*a*. sionis ab infidelium dominatione eriperet, omnia ei[1] jam venalia exposuerat, dominationes[2] videlicet, castella, villas,[3] silvas, prædia, vicecomitatus, et hiis similia. Unde factum est, quod Hugo de Pusaz, Dunelmensis episcopus, vir pomposus et secularis, emit sibi et eccle- Rog.Wend. iii. 10. siæ suæ villam regis, quæ Seggesfeld appellatur, cum vapintakio et omnibus pertinentiis suis, ac Norhtham- humbriæ comitatum in vita sua. Qui a rege gladio comitatus accinctus, nomen sibi comitis usurpavit; quo gladio accincto, rex cum cachinno astantibus dixit, "Juvenem feci comitem de episcopo veterano!" Tandem vero, ad cumulum subsannationis, dedit episcopus eidem regi M. marcas argenti, ut esset justiciarius Angliæ, et ut ab itinere Terræ Sanctæ remaneret. Et, ne a quoquam redargui posset, data pecunia infinita, a sede apostolica, quæ nulli deest pecuniam largienti,[4] licentiam impetravit remanendi, qui tamen prius votum spontaneus fecerat peregrinandi. Sicque crucem Dominicam terrenarum ambitu rerum episcopus[5] seductus deposuit. In hoc quoque episcopi facto prodiit in lucem sancti Godrici heremitæ prophetia, qui eidem episcopo, in suæ promotionis initio ad se venienti, de statu suo futuro et vitæ suæ longiturnitate quærenti, tale fertur

The king's justiciary and sheriffs are deposed and fined.

Money raised for the crusade by the sale of offices.

Hugo de Pusaz, bp. of Durham, buys the county of Northumberland.

Nota jocosum regis J. (sic pro *R.*) *verbum.*

The bishop gives 1,000 marks, to be exempt from the crusade.

Prophecy of St. Godric fulfilled.

---

[1] *ei*] So also in W. B. C. F. and Brompton, col. 1162, but which read *erant* for *exposuerat*.

[2] *dominationes*] donaciones, MS. and F. Corr. from W. B. C.

[3] *villas*] ville, MS.

[4] *quæ nulli . . . largienti*] These words have been subsequently struck out, but apparently by a late hand. F. agrees with the text.

[5] *episcopus*] On an erasure, and also noted in marg.

A.D. 1189. dedisse responsum, "De statu vestro futuro, et de vitæ vestræ diuturnitate diffinire, Dei est et sanctorum apostolorum, et eorum consimilium, et non meum; quia pro peccatis meis hic ago pœnitentiam, et adhuc me miserum et peccatorem esse doleo. Sed illud vobis dico, quod ante mortem vestram per septennium dolendam incurres cæcitatem." Episcopus autem a viro Dei recedens, sæpius in animo revolvit ea quæ audivit. Et, quasi securus de dictis sancti effectus, cum maxima sollicitudine medicorum oculis medicinas conservativas adhibuit, ut tam vita quam visu diuturniore frueretur. Sed tamen, cum [1] post multa annorum curricula in valitudine, qua et mortuus est, pressus jaceret, et a medicis quid sibi esset agendum curiose requireret, unanimi omnes consensu episcopo dederunt consilium, ut animæ suæ saluti salubriter provideret, et eo diligentius, quo se sciret festinanter moriturum. Quod audiens episcopus, ait, "Decepit me Godricus, qui septennem mihi cæcitatem ante mortem promisit." Cui sapientes ejus amici responderunt, "Merito cæcus et dicebaris et fuisti, qui existens pontifex et animarum pastor, data pecunia, comitis et justiciarii vanus ac superbus tibi nomen comparasti; curis secularibus te immiscens, peregrinationem tuam temere postponendo. Et sic verum tibi dixit sanctus,[2] ut cæcus fieres, immo totus factus es tenebrosus, mente scilicet potius quam corpore, quæ cæcitas dampnosior[3] esse merito comprobatur." Rog. Wend. iii. 11.

Death of William de Mandeville.

Obiit Willelmus, comes de Mandavilla, et tonitrus factus est horribilis.

7 March. Unusual thunderstorm.

Eodem anno obiit, in multorum dolorem, Willelmus, comes de Magnavilla.[4] Nonasque Martii factus est tonitrus horribilis nimis, cum dampnosis choruscationibus. Rog. Wend. iii. 11.

---

[1] *cum*] On an erasure.
[2] *sanctus*] On an erasure.
[3] *dampnosior*] dapnosior, MS.
[4] *Magnavilla*] Interlined is, *vel Manda*[*villa*].

Cf. Rog. Wend. iii. 12.

A.D. 1189. Messengers sent from France, to urge Richard to go to the Holy Land.

. Eodemque anno missi sunt nuncii sollempnes a rege
. Francorum ad regem Anglorum, ut simul in vinculo
. caritatis iter arriperent Jerosolimitanum; et juratum
. est utrobique et confirmatum."[1]

Willelmus, rex Scotorum, fecit homagium regi Ricardo.

Rog. Wend. iii. 14.

William, king of Scots, does homage to Richard.

Tempore quoque sub eodem rex Scotorum Willelmus fecit homagium regi Anglorum R[icardo], de jure suo in Anglia; et rex reddidit ei castella de Berewic et Rokesburc. Et pro hac redemptione castrorum et quieta clamatione fidelitatis et ligantiæ de regno Scociæ, et cartæ suæ confirmatione, dedit regi Anglorum memoratus rex Scotorum decem milia marcas argenti.

De munificentia regis Ricardi.

Rog. Wend. iii. 14.

Liberality of Richard to his brother John, and his mother.

Eodem tempore rex R[icardus] dedit fratri suo Johanni[2] comitatum[3] de Sumersete et de Dorsete.[4] Dedit etiam Alienoræ, matri suæ, dotem suam consuetam, et, in augmentum,[5] terras multas et honores.

Ut rex Ricardus in Normanniam transfretaverit.

Rog. Wend. iii. 14.

Richard crosses over to Flanders.

Eodem tempore, quinta die Decembris, rex R[icar-
· dus] a civitate Cantuariensi—ubi vigiliam faciens, je-
· junia, orationes et oblationes, certissime promisit om-
· nia, pro quibus dimicavit usque ad mortem sanctus

---

[1] *Eodemque anno .... confirmatum*] Instead of this paragraph, in F. is inserted from B. C. the chapter relative to the battle near Antioch (ed. Wats, p. 155, and Wend. iii. 11); and onwards to the end of the year it has a mixed text, taken partly from B. C. and partly from the usual source here printed.

[2] *Johanni*] Interlined.

[3] *comitatum*] In W. I. is added, *Cornubiæ et comitatum Devoniæ, et comitatum.*

[4] *Dorsete*] Dorecestre, MS. and E. F., and so in Edd. and ed. Wend., but corrected by Matthew Paris himself in B., over an erasure, and followed by C. It is borrowed from Ben. Abb., p. 557. In W. *Deserto*, falsely; *Dorseto*, I.

[5] *augmentum*] aucmentum, MS.

A.D. 1189. martir, ad honorem ecclesiæ, secundum martiris desiderium, adimplere[1]—recedens, profectus est ad Doveram, ad transfretandum in vigilia sancti Lucæ;[2] et in vigilia
13 Dec. sancti Lucæ[2] transfretavit in Flandriam. Et in mari
His vow to St. Thomas. promisit, votum martiri faciendo, unam capellam fabricare in honorem ipsius in Terra Sancta, ut ei dux esset et tutor in terra et mari; quod adimplevit postea apud Achon, prout dicetur.[3]

Archiepiscopus Cantuariensis terram Johannis, fratris regis, interdixit.

John appeals to the legate against the interdict. Per idem tempus Johannes, frater regis, coram legato et episcopis gravem deposuit querimoniam, quod archiepiscopus, post appellationem ad sedem apostolicam factam, totam terram suam posuerat sub interdicto, quia filiam comitis Gloverniæ, in tertio gradu consanguineam, suam duxerat in uxorem. Quod audiens legatus, appellationem suam confirmavit, et terram suam ab interdicto relaxavit. Eodemque tempore decima pars rerum mobilium concessa est per Angliam ad subventionem Terræ Sanctæ.

Rog. Wend. iii. 15.

Rog. Wend. iii. 16.

Tax in aid of the Holy Land.

Reges Francorum et Anglorum confœderati sunt ad transfretandum.

A.D. 1190. Meeting of the kings of France and England, to concert measures for the crusade. Anno Dominicæ incarnationis M°.C°.XC°.[4] rex Anglorum Ricardus ad Natale Domini fuit in Normannia, apud Burum. Et post Natale habitum est colloquium inter reges Francorum et Anglorum ad vadum Sancti Remigii, ubi inter eos convenit, quod iter Jerosolimitanum, duce Domino, in vera amicitia arriperent.

Rog. Wend. iii. 16.

---

[1] *ubi vigiliam . . . adimplere*] Added in the margin, but inserted in the text of F.

[2] *sancti Lucæ*] This is in both places an error, and we should read *sanctæ Luciæ virginis* [13 Dec.], as in W. B. C. F. and Ben. Abb., p. 579. Diceto, col. 650, has 19 kal. Jan. [14 Dec.]

[3] *Et in mari . . . dicetur*] Added in marg., and is in text of F.

[4] Throughout the year 1190, F. follows the text of the larger chronicle in B. C., except in a few chapters.

Concilium.

A.D. 1190. Council held at Westminster.

. Tempore quoque eodem Baldewinus, archiepiscopus
. Cantuariensis, celebravit concilium apud Westmonaste-
. rium, ubi valedicens fratribus, iter Jerosolimitanum
. arripuit. Eodem anno Willelmus, Elyensis episcopus,
Cf. Rog. Wend. iii. 20. . legationem[1] Angliæ impetravit. Gaufridus,[2] Eboracensis
. electus, presbiter est ordinatus, cujus electio a papa
. confirmatur. Eodem tempore fabricata est capella in
Rog. Wend. iii. 27. honorem sancti Thomæ martiris.[3] Rex Ricardus con-
stituit Arthurum heredem suum legitimum, si sine he-
rede moriretur.[4] Quo facto, rex viam suæ peregrinationis
explere maturavit.

William, bp. of Ely, appointed legate, and Geoffrey, abp. elect, ordained priest. Chapel built in honour of St. Thomas. Richard constitutes prince Arthur his heir.

Ut regina Alienora a filio recedens, Berengariam[5] cum eo reliquerit.

Rog. Wend. iii. 27. Eodem tempore regina Alienora filii sui regis iter
prosecutura, et transitum faciens per montem Jani et
per Ytaliæ plana, tandem ad filium pervenit. Cum
quo iiii. dierum moram faciens, licentiata versus Angliam
Rog. Wend. iii. 28. recessit, relinquens ibi Berengariam, filiam[6] regis Nava-
riæ, quam idem rex ducturus erat in uxorem.

Queen Alienor joins Richard abroad, and leaves Berengaria with him.

Ut B[aldewinus], Cantuariensis archiepiscopus, et quidam alii magnates apud Tirum applicuerunt.

Rog. Wend. iii. 30. Eodem tempore B[aldewinus], Cantuariensis archi-
episcopus, Hubertus, Saresbiriensis, et Ranulphus de
. Glanvilla, quondam Angliæ justiciarius, et multi alii
. cum eis nobiles, apud Tyrum applicuerunt, circa fes-

Baldwin, abp. of Canterbury, and others, arrive at Tyre.

---

[1] *legationem*] At first written *legaciam*.

[2] *Gaufridus*] Godefridus, MS.

[3] *Eodem . . . . martiris*] Opposite to these words is noted in the margin *d*[*ubium*], as if to be omitted, and the same event is afterwards recorded under A.D. 1192. See p. 38. In MS. B. the text is wanting from ed. Wend. iii. 21 to iii. 59 (ed. Wats, pp. 157–169), and has been supplied by abp. Parker, apparently, from C.

[4] *moriretur*] moreretur, MS.

[5] *Berengariam*] Beregariam, MS.

[6] *filiam*] Repeated by error, but in the first place struck out.

A.D. 1190. tum sancti Michaelis. Johannes vero, Norwicensis episcopus, papam adiit, pecuniam optulit, quam dominus papa aperto sinu accepit; et sic de facili impetrata licentia, evacuatis clitellis, ne nimis ponderarent, in Angliam rediit absolutus, fœda relinquens vestigia et perniciosum exemplum populo militari.

29 Sept. John, bp. of Norwich, by means of bribes, is absolved at Rome from his vow.

De conflictu inter regum milites apud Messanam. fol. 78 *b*.

Conflict between the forces of Richard and Philip.

Eodem tempore rex Francorum Philippus xvj. kalendas Octobris apud Messanam applicuit, et hospitatus est in palatio regis Tancredi. Rex vero Ricardus superveniens ix°. kalendas ejusdem mensis, ingressum civitatis habere non potuit; Franci enim metuebant, ne victualia duobus regibus sufficerent, quos multitudo copiosa sequebatur exercituum.[1] Quod cum rex Ricardus cognovisset, misit marescallos suos ad majores civitatis, petens ut exercitui[2] suo victualia venderent foro legitimo, ne inedia deficeret. Cui cives tanto principi portas suas aperire, et ipsum honorifice recipere voluerunt. At Franci superbi, quia,

Rog. Wend. iii. 30.

16 Sept.

Rog. Wend. iii. 31.

23 Sept.

"Omnis superbus impatiens consortis erit,"[3]

contradicentes non permiserunt, sed armati muros ascenderunt, et[4] omnes aditus defendere conabantur. Rex autem Ricardus ad iram, nec immerito, provocatus, jussit exercitui suo ad arma convolare, et sibi suisque, hostibus invitis, violenter aditum[5] præparare. Qui ilico regiis præceptis obtemperantes, valvas viriliter invaserunt, multisque ex Francigenis interfectis, violenter intraverunt, atque, prævio rege Ricardo,[6] omnes in fugam compulerunt. Hujus autem facti cum ad aures per querulos regis Francorum rumor pervenisset, maxi-

[1] *exercituum*] excercituum, MS., and this form is found throughout, in other cases of the word.

[2] *exercitui*] excertui, MS.

[3] Borrowed, but not verbatim, from Lucan. Phars. i. 93.

[4] *et*] Interlined.

[5] *aditum*] Added in marg.

[6] *Ricardo*] Interlined.

mam contra regem Ricardum indignationem concipiens et occultans, nunquam eam in vita sua mitigavit vel deposuit; sed, inimico humani generis fomitem cum flamma ministrante, semper, licet dissimularet, infelix suscepit incrementum. Verumtamen eodem die colloquium habentes, nullam omnino de rebus jam dictis fecerunt mentionem, sed non sine igne cinis erat et favilla. A.D. 1190.

Ut rex Ricardus quasdam munitiones sibi subjugaverit.

Rog.Wend. iii. 31. Tempore quoque sub eodem, viii°. scilicet kalendas Octobris, rex Francorum naves ascendit, sed quoniam ventus erat ei contrarius, ipsa die Messanam rediit. Et rex Ricardus pridie kalendas Octobris transiit fluvium, qui Far dicitur, et cepit in Calabria locum munitissimum, qui Lambamare[1] appellatur, posuitque in eo sororem suam Johannam, quondam Siciliæ reginam. In crastino autem cepit castellum inter Calabriam et Messanam, quod Monasterium Griffonum appellatur;[2] Rog.Wend. iii. 32. ubi Griphones insultum facientes in Hugonem Brunum, comitem Marchiæ, a rege Ricardo repulsi sunt. Qui, januis clausis civitatis, ad propugnacula murorum se conferentes, homines et equos regis multos occiderunt, et quamplures vulneraverunt. Tunc rex iratus portas civitatis confregit, et civitatem violenter cepit, hominesque suos in ea posuit, iiii°. nonas Octobris; et iii°. nonas ejusdem obsides ei dederunt de pace observanda majores civitatis. Quo facto, firmavit ibidem castrum, quod Mategrifun appellavit.

Richard captures several castles in Calabria.

24 Sept.

30 Sept.

4 Oct.

5 Oct.

[1] *Lambamare*] Labamare, W. C. D. I.; Lambane, E.; Lemba maris, Edd. without authority. In Ben. Abbas, p. 606. more correctly, *Labainare*, and in Hoveden, *Labainarie*, p. 673. It is the modern *Bagnara*.

[2] *appellatur*] apellatur, MS.

A.D. 1190.

Concilium.

Council held at Westminster. 15 Oct.

Tunc quoque temporis habitum est concilium provinciale apud Westmonasterium, præsidente Willelmo, Elyensi episcopo et apostolicæ sedis legato, idibus Octobris. Rog. Wend. iii. 32.

De morte B[aldwini], Cantuariensis archiepiscopi.

Death of Baldwin, abp. of Canterbury.

Diebus etiam sub eisdem, B[aldewinus], Cantuariensis archiepiscopus, dum apud Achon in extremis laboraret, omnia sua ad subventionem Terræ Sanctæ legavit. Post cujus decessum Hubertus, Saresbirienis episcopus, ab eo executor constitutus, fideliter bona ipsius pia erogatione distribuit; et de castrorum excubiis summopere sollicitus, militibus xx^ti. et servientibus l., sicut decreverat idem archiepiscopus adhuc vivens, per dies plurimos debita stipendia persolvit. Civitas vero Acon Christianis post multos et varios insultus fortiter restitit, quia muris, gentibus et victualibus satis erat communita, Salahadino circa obsidentem exercitum cum exercitu copioso semper insidiante, et, ut potuit, dampnificante; unde Christi exercitus dispendium toleravit. Ibi, si credi dignum est, suscepit rex Ricardus exenia et archana dona a Salahadino, videlicet, gemmas pretiosissimas, aurum non modicum obrizum primum et purissimum, et, quod erat carissimum munus, unum alcatonem satis levem, nulli spiculo penetrabile. Verumtamen rex R[icardus], suam in hoc excusans avaritiam,[1] suis dixit domesticis, "Sinite ipsum quæ sua sunt prodigaliter consumere." Rog. Wend. iii. 34.

Siege of Acre continued.

Richard said to have received gifts from Saladin.

[1] *avaritiam*] Added in marg.

De libertate concessa ecclesiæ Normanniæ. A.D. 1190.

Cf. Rog. Wend. iii. 32, 33.

Liberties conceded to the church in Normandy.

Circa dies illos, procurante rege Ricardo, liberata est ecclesia Dei in Normannia a gravissimo jugo diuturnæ servitutis, quæ multiplex servitus in libro Historiæ Normanniæ[1] plenius denotatur.[2] Et hæc liberatio bene innotuit postea aliis nationibus,[3] quæ dein exemplo illius similia impetraverunt. Et hoc factum est in honorem beati Thomæ martiris, quem multum honorare cupiebat.

De superbia Willelmi, Elyensis episcopi.

Rog. Wend. iii. 35.

Pride of William, bishop of Ely.

Ipsis quoque diebus Willelmus, Elyensis episcopus, Angliæ justiciarius et apostolicæ sedis legatus, fecit turrim Londoniarum fossato profundissimo circumcingi, incepto muro mirabili, ut circumflueret Tamisia, sed sumptus impretiabiles, et opus et operam in derisum omnium perdidit universam. Et quia[4] inter omnes maximus erat occidentales, intumuit in superbiam intolerabilem. In titulo itaque literarum suarum præponebatur hæc sollempnis superscriptio, "Willelmus, Dei gratia Elyensis episcopus, domini regis cancellarius, totius Angliæ justiciarius, et apostolicæ sedis legatus, salutem," etc. Mille etiam et quingentis equitaturis incessit stipatus. Hæc autem omnia superbiæ indicia Deo,[5] qui frangit omne superbum, sicut sequens relatio in suo loco plenius manifestabit, minime placuerunt. Hoc quoque anno[6] obierunt Willelmus, Vigorniensis episcopus, et Walterus, abbas Westmonasterii, et Ranulphus de Glanvilla.

Deaths of notable personages.

[1] *Historiæ Normanniæ*] On an erasure. In the margin has been substituted, *in Cronicis collateralibus*, but afterwards partially erased. The liberties referred to are given at length in W. B. C. F. (ed. Wats, p. 161), and are copied from Diceto, col. 657.

[2] *denotatur*] denotantur, MS.

[3] *aliis nationibus*] On an erasure, as is also *dein*. In the lower margin is written with a plummet, *multis nationibus, quæ similia post impetraverunt* (?) *et hoc fecit rex pro amore* (?) *beati Thomæ martiris.*

[4] *quia*] Interlined.

[5] *Deo*] minime Deo, MS., but superfluous, because *minime* is repeated before *placuerunt.*

[6] *anno*] Interlined.

De morte multorum magnatum.

A.D. 1191. Deaths of nobles at the siege of Acre.

Anno Dominicæ nativitatis M°.C°.XC°.I°.,[1] post mortem venerabilis viri B[aldewini], Cantuariensis archiepiscopi, in obsidione Acon defuncti sunt nobiles strenuissimi, Ranulphus de Feugeres, comes Robertus[2] Perticensis, Theobaldus, Blesencis comes, Stephanus, frater[3] ejus comes,[4] et filius[5] imperatoris Fretherici, comes de Ferrariis, comes Robertus Legrecestrensis, Radulphus de Alta-ripa,[6] et alii multi mihi ignoti innumerabiles. Rog. Wend. iii. 36.

Obiit Clemens papa.

Death of pope Clement III. Celestin III. succeeds.

Eodem tempore Clemens papa, cum sedisset anno uno et mensibus duobus,[7] diem clausit extremum. Cui successit Celestinus, qui antea Jacinctus vocabatur. Sed hæc parumper anticipativa digressio est. Rog. Wend. iii. 37.

Ut duo reges apud Messanam naves ascenderunt.

The kings of France and England sail from Messina. 29 March. 10 April.

Eodem anno, iiii°. kalendas Aprilis, rex[8] Francorum apud Messanam naves ascendit, atque versus Jerusolimam vela direxit. Rex vero Ricardus iiii°. idus Aprilis in magna gloria illum secutus, habuit in comitatu suo Rog. Wend. iii. 37.

---

[1] Throughout the years 1191 and 1192, F. chiefly agrees with the text, but in some chapters follows B. C.

[2] *Robertus*] An error for *Rotrodus*, copied from Wendover, who had it from Coggeshale, "Rec. des Hist.," xviii. 63, who took it from Ben. Abb., p. 631. It is right in Hoveden, p. 685.

[3] *frater*] Before this word is inserted *et* in the margin, but it only confuses the text.

[4] *comes*] In Hoveden, correctly, *comes de Sancerre*. The punctuation is faulty in the MS., but in that respect it copies Wendover and B. C.

[5] *filius*] Coggeshale inserts the name *Conradus* before this word, which is improperly omitted by Wendover and Matth. Paris.

[6] *Radulphus de Alta-ripa*] Coggeshale and Wendover add, *archidiaconus Colecestriæ*.

[7] Clement III. was pope from 20 December 1187, and died in March 1191. See previously, vol. i. p. 445.

[8] *rex*] Before this word, *dum* is interlined, but is superfluous.

xiii. buzas[1] cum velis triplicibus; habuit præterea naves onerarias, et l. galeas triremes.[2] Qui circa diem vicesimam Rodos insulam intrans, decursis x. diebus, apud Cyprum applicuit. Cursach[3] autem, dominus insulæ, qui se imperatorem abusive et usurpative fecit præ superbia sua nominari, in militari magna et forti fol. 79 *a*. multitudine[4] portum prohibiturus, regi hostiliter occurrit; qui ejusdem regis homines naufragos ceperat et incarceraverat, et quosdam occiderat. Unde rex ira succensus, iniit cum hoste congressum, a quo festinam adeptus victoriam, [ipsum][5] victum et vinctum retinuit, et filiam ejus unicam totamque Cypri insulam cum universis munitionibus suæ subdidit ditioni; ipsumque Cursac argenteis compedibus magni ponderis, quia superbus inveniebatur,[6] jussit mancipari, quia improperaretur,[7] quod in ferro posuerat tam nobilem principem.[8] Rog. Wend. iii. 38. Tandem vero, cum totius insulæ thesauros optinuisset, et ibidem omnia pro voto disposuisset, desponsavit ibi filiam regis de Navaria, nomine Berengariam, quam regina Alienora ad eundem regem adduxerat [in Sicilia][9] commorantem. Eodemque tempore papa Celestinus consecravit in imperatorem Henricum, filium Fretherici imperatoris, in Pascha, feria iiii[a]. Qui dico F[rethericus] periit submersus, dum peregrinaretur, in parvo vado, quod Saladinus accepit pro miraculo.[10] Eodem tempore comes Flandrensis Philippus cum rege Francorum in Terram Sanctam proficiscens, obiit absque liberis.

c. A.D. 1191. Richard lands at Cyprus, and takes the emperor prisoner.

Marriage of Richard to Berengaria.

Consecration of the emperor Henry VI. 17 April.

Death of Philip, count of Flanders.

---

[1] *buzas*] buccas, W. B. C.

[2] *triremes*] Interlined is, *vel tric*[*mes*].

[3] *Cursach*] More correctly, *Isaac*, in Ben. Abb., p. 645, and Hoveden, p. 690.

[4] *multitudine*] Added in marg.

[5] *ipsum*] Supplied from W. C.

[6] *inveniebatur*] invenebatur, MS.

[7] *improperaretur*] improperara, MS.

[8] *quia . . . principem*] Added in marg.

[9] *in Sicilia*] Supplied from W. C.

[10] *Qui . . . . miraculo*] Added in marg. Frederic I. was drowned 10 June 1190. See "L'Art de Vérifier les Dates," ii. 24.

A.D. 1191. *Ut G[aufridus], Eboracensis archiepiscopus, apud Doveram incarceratus fuerit, et postea liberatus.*

Imprisonment of Geoffrey, abp. of York.

Per idem tempus, ex mandato summi pontificis, Bartholomæus, Turonorum archiepiscopus, Gaufridum, Eboracensem electum, consecravit; qui post consecrationem suam ad Angliam tendens, apud Doveram cum suis applicuit. Mathæus autem de Clere, illius comitatus vicecomes, paulo ante literas Willelmi, episcopi Elyensis, justiciarii, susceperat, in hæc verba, "Præcipimus tibi, quod si Eboracensis electus ad aliquem portum in balliva tua applicuerit, aut aliquis nunciorum ejus, eum retineri facias, donec mandatum nostrum inde receperis. Et similiter præcipimus, quod omnes literas papæ, aut magni alicujus viri, qui illic venerint, facias retineri." Prædictus igitur Mathæus, cum memorati archiepiscopi adventum cognovisset,[1] ipsum, qui jam in prioratu Sancti Martini hospitabatur, obsedit, et fame immisericorditer coartavit, ut vivere cogeretur in penuria de alieno. Injunctum est etiam ei tandem, ut præcise exiret de regno festinanter, ne pejus ei contingeret. Excommunicavit igitur archiepiscopus omnes illos injuriatores, quia jam manus violentas in ipsum injecerant, turpiter contrectantes; et tandem captus, tractus est in castellum, et detrusus in carcerem, et[2] per octo dies sub arcta custodia servabatur. Quod audiens episcopus Londoniensis, festinanter cancellarium adiit, a quo post multas supplicationes vix tandem optinuit liberationem archiepiscopi, episcopatu suo toto, quasi loco pignoris, obligato. Carcerem igitur egrediens archiepiscopus, Londonias venit sub ducatu episcopi Londoniensis, liberatoris sui; ubi ab eodem episcopo præeunte, et honorem venturo præparante, ab eodem, clero et populo susceptus est cum processione sollempni. Eodem anno

Rog. Wend. iii. 38.

Rog. Wend. iii. 39.

He is released by the mediation of the bishop of London.

Rog. Wend. iii. 40.

[1] *cognovisset*] congnovisset, MS. | [2] *et*] Interlined.

mense Junio, in vigilia sancti Johannis Baptistæ, die Dominica, eclipsis solis apparuit circa diei horam vitam., et perduravit usque ad viiivam. A.D. 1191. 23 June. Eclipse of the sun.

Ut rex Ricardus maximam navem[1] *ceperit.*

R. Wend. iii. 40. Eodem autem anno, diebus Paschalibus,[2] rex Francorum apud Acon applicuit, quem rex Ricardus secutus, cum maxima victualium copia apud Cyprum naves ascendit. Audiens autem exercitum domini regis Francorum[3] apud Acon maxima famis inedia laborare,[4] ita scilicet ut sextarius frumenti lx. marcis venderetur, tantæ calamitati pie succurrere maturavit. Qui cum[5] prospere versus Acon velificaret, viiio. idus Junii apparuit ei navis quædam mirabilis et permaxima, quam Dromundam appellant, missa a Salahadini fratre, Babiloniæ Soldano, scilicet Saphadino, de civitate Baruth, immensis referta divitiis, quæ obsessis infra urbem Rog. Wend. iii. 41. Acon paganis opem nobilem erat allatura. Erat namque in illa ignis Græcus, serpentumque ignitorum plurima vasa plena, et bellatorum mille quingenti. Instructis igitur ilico et ordinatis ad bellum animosi regis R[icardi] agminibus, galearum rostratarum concursu undique fit insultus acerrimus, et bellum navale. Navis enim adversatrix venti destituta solatio, stabat immobilis. Tandem a quibusdam regis R[icardi] mersoribus, ipsam subtus aquam invadentibus, locis quamplurimis terebratur; aqua autem ebulliente, repletur dromundæ non tantum carina et[6] sentina, sed et limbus ejus propugnaculatus et area. Spe igitur perdita evadendi, Richard sails from Cyprus, and captures a Saracen ship. 6 June.

---

[1] The Bodleian MS. of Wendover (W.) is deficient from this place to the words *studuit subvenire*, p. 34, but the text may be supplied from the Cotton MS., Otho B. V. (I.).

[2] *diebus Paschalibus*] in diebus Paschalibus, xii. videlicet . . . , I. In C., xii. *videlicet kal. Apr.*

[3] *regis Francorum*] Added above the line.

[4] *laborare*] labore, MS.

[5] *cum*] dum, I. C.

[6] *carina et*] Added on to the text.

A.D. 1191. trecentos præcepit rex in mari submergi, et ducentos vivos ad cautelam reservavit.

Ut rex Ricardus apud Achon applicuerit, et de captione urbis.

Richard lands at Acre, which is besieged.

Rex itaque Ricardus magnificus, cum spolia navis, exhausta, ut potuit, aqua, [collegisset],[1] prospero cursu ad portum Achonensem, quo tendebat, appropinquavit. Rog. Wend. iii. 41.

8 June. Denique vi°. idus Junii rege portum intrante, lituorum stridor, clangor tubarum, strepitus cornicinum horribilis litora repleverunt, terraque per circuitum resonabat. Quod caute, non per superbiam factum est, sed[2] ut et Christianos animaret et confortaret, et terreret inimicos. Sola tamen Francorum superbia obgrunnivit. Tunc rex Ricardus munificus et magnificus famelico exercitui victualia largiter ministravit. Duo igitur reges militaribus ac popularibus innumerabilibus stipati, circa urbem prudenter obsidendo, petrarias et machinas alias, secundum ordinem et disciplinam militarem, locaverunt. Obsessi igitur undique desolationem considerantes, muris suis lapidum ponderositate concussis, et spiculorum grandine appetiti, in stuporem et diffidentiam sunt conversi. Qui tandem, inito consilio, de pace tractare cœperunt, ita scilicet, quod Salahadinus pro redemptione eorum veram Crucem, quam in bello ceperat, redderet, et captivos Christianos, mille scilicet et quingentos, quos eligere vellent, insuper septem milia bisanciorum illis numeraret. Sic igitur civitas nobilissima, quæ Achon vel Ptolomaida nuncupatur, cum omnibus quæ in ea erant, salvis tantummodo Sarracenorum corporibus, duobus regibus est feliciter mancipata, iiii°. idus Julii. Veniente autem die solutionis statuto, Salahadinus nihil horum, quæ de-

Rog. Wend. iii. 42.

Surrender of the city.

12 July.

---

[1] *collegisset*] Supplied from I. C. | [2] *sed*] Interlined.

buerat, adimplevit. In cujus rei ultionem, duo milia civium et sexcenti sunt decapitati, ceteris carcerali custodiæ mancipatis. A.D. 1191.

fol. 79 *b*. *Ut rex Francorum invidia ductus repatriavit.*

Rog. Wend. iii. 42. Subjugata itaque civitate, rex Francorum repatriare disposuit, quasi toto negotio jam consummato. Anxiebatur[1] enim supra modum, eo quod universa quæ in exercitu Christiano fiebant probitatis ac prosperitatis, regi Ricardo ascribebantur. Prætendens igitur ærarii inopiam, dixit se ibi diutius morari non posse. Quod cum rex Ricardus, cui ardens fuit desiderium negotium crucis consummare, cognovisset, promisit se promta liberalitate regi Francorum communicaturum quicquid in auro, argento, victualibusque, quicquid etiam in equis, armis vel navibus possedit, medietatem; ita videlicet, ut inimicos Christi simul de Terra Sancta disperdere laborarent. Sed quoniam idem rex Francorum reditum suum juraverat et immutabiliter ordinaverat, suis constanter reclamantibus, totoque exercitu graviter consternato, cum paucis suorum repatriaturus naves ascendit. Suborta fuit insuper inter reges occulta dissensio, eo quod rex Francorum urbem Achon, et reliquas quas capturi erant urbes, castra et terras, tradere marchisio de Monte-Ferrato voluerat ac firmiter proposuerat, et regem eum constituere Terræ Sanctæ. Habuit namque[2] idem marchisius uxorem, filiam regis Almarici, sororem scilicet reginæ Jerusalem, quæ jam defuncta fuerat. Cujus voluntati rex Ricardus prorsus obstitit, ostendens rationabiliter justius fore regi Guidoni, regno jampridem spoliato, regnum suum restituere, quam, illo vivente, alium subrogare; cum constaret, illum non per ignaviam regnum amisisse, sed potius per strenuitatem in gravi belli certamine, ob hostium numerositatem et exercitus sui paucitatem,

The king of France returns to his country.

Rog. Wend. iii. 43. *Nota munificentiam regis Ricardi.*

Causes of discord between the kings of France and England.

[1] *Anxiebatur*] Anxiabatur, MS. | [2] *namque*] nanque, MS. throughout.

A.D. 1191. ipsum simul cum Cruce a Sarracenis captum fuisse. Hoc nimirum inter prædictos principes discordiæ seminarium dinoscitur extitisse, cum tamen hæc discordia primo apud Messanam Siciliæ primitiva sed occulta pullulaverit, et postea per Cannarum hastiludium infelix suscepit paulatim incrementum. Dimisit tamen ibi ducem Burgundiæ cum mille armatis, quasi in adjutorium regis R[icardi], proditorem nequissimum, quem et instruxit de proditione.[1] Hiis omnibus stimulum addidit mors comitis Flandriæ, cujus terra rex Francorum plurimum concupivit, ut reditum maturaret. Juratoria igitur præstita cautione, ne terram regis Angliæ vel principum, qui cum eo remanebant, violenter invaderet, recessit. Quo recedente, rex Ricardus fecit fossata Achon et murorum scissuras optime reparari, et hominibus et armis communiri. R. Wend. iii. 44.

Richard repairs the walls of Acre.

De progressu regis Ricardi.

His success in Palestine.

14 Aug.

In vigilia autem Assumptionis beatæ Mariæ, ad obsidendum et expugnandum maritimas civitates et castra, de portis Achon primus cum suis militum legionibus progreditur, figique tentoria jussit, spectante e vicino exercitu Salahadini; ubi duo milia et sexcentos Sarracenorum sententia dampnarat capitali de Achonensibus, ut prædictum est. Quod ubi Sarracenis innotuit, qui urbes maritimas inhabitabant, metuentes ne simili rabie in eos desæviret, diffidentes de subventione Salahadini, qui pro redemptione[2] aliorum postulata ac pacta negaverat, relictis urbibus vacuis, diffugerunt statim cum de adventu regis audierunt. Hoc idem illi, qui in Caypha, in Cæsarea, in Assur, in Jopen, in Gaza et Ascalona habitabant, egerunt. Sicque, Deo volente, actum est, ut omnis illa regio maritima versus Rog. Wend. iii. 44. Rog. Wend. iii. 45.

[1] *Dimisit . . . . proditione*] Added in marg. and inserted in text of F.

[2] *redemptione*] redepcione, MS.

plagam illam caperetur in brevi, et capta a fidelibus[1] inhabitaretur; non tamen sine gravibus certaminibus exercitus Salahadini, semper a latere exercitui Christiano insidiantis. Et sic rex victor Achon rediit lætabundus. Et post paucos dies exiens, apud Jopen, non longe a Cæsarea, repulso Salahadino, cum toto exercitu suo victo et turpiter fugiente, victoriam gloriosam consecutus est. A.D. 1191.

Ut rex Ricardus Henrico, nepoti suo, regnum Jerusalem dederit.

Rog.Wend. iii. 46. Cf. Rog. Wend. iii. 47.

Dedit igitur tunc Henrico, nepoti suo, regnum Jerosolimitanum, cum uxore marchisii de Monte-Ferrato.[2] Eodemque tempore redemit sanctorum plurimorum reliquias, quas Salahadinus ceperat, pro infinita pecunia.

Richard bestows the kingdom of Jerusalem on his nephew Henry.

De inventione Arthuri, regis Britonum.

Rog.Wend. iii. 48. Rog.Wend. iii. 49.

Eodem anno inventa sunt apud Glastoniam ossa famosissimi regis Britanniæ Arthuri. Anno quoque sub eodem Robertus, Lincolniensis ecclesiæ canonicus et Willelmi, Normanniæ senescalli, filius, Cantuariæ consecratus est Wigorniensis episcopus a Willelmo, apostolicæ sedis legato.

Discovery of the bones of king Arthur.

Robert, canon of Lincoln, consecrated bishop of Worcester.

Rex cancellarium suum suspectum habuit.

Rog.Wend. iii. 49.

Circa dies illos multiplicatæ sunt querimoniæ gravissimæ coram rege de superbia cancellarii, et de injuriis, quas multis irrogavit. Scripsit igitur rex magnatibus Angliæ in hæc verba:

Complaints made against the chancellor.

"Rex Anglorum R[icardus] Willelmo Marescallo, G[alfrido] filio-Petri, H[ugoni] Bardolf, et W[illelmo] Briwere, appari-bus, salutem. Si forte cancellarius noster negotia regni nostri

Letter of Richard.

[1] *a fidelibus*] Added in marg.

[2] *Monte-Ferrato*] Monte-Ferrario, I. C.

A.D. 1191. per consilium vestrum et aliorum, quibus regni nostri curam commisimus, fideliter non tractaverit, præcipimus, ut secundum dispositionem vestram, de omnibus agendis regni, tam de eschaetis quam de aliis, disponatis."

W[alterus],[1] Rothomagensis archiepiscopus, summus regni dispositor constituitur, turpiter dejecto cancellario.

The abp. of Rouen appointed guardian of England.

Per idem tempus W[alterus],[1] Rothomagensis archiepiscopus, rege sic jubente, veniens in Angliam, constitutus est summus regni dispositor. Eodem tempore, ad instantiam comitis Johannis, fratris regis, convenerunt Angliæ magnates, scilicet tam Rothomagensis archiepiscopus quam Eboracensis, et omnes episcopi Angliæ, et cum candelis accensis excommunicaverunt omnes illos, qui mandatum dederant, aut extraxerant archiepiscopum Eboracensem vel suos violenter ab ecclesia, et incarcerabant. Cancellarius igitur sibi conscius, metuens comitis Johannis, cui non erat amabilis alter vel huic ille, impetum, clandestinam fugam arripuit. Et Doveram veniens, audivit quod propter illum fuerunt jam portus prohibiti; et assumens vestem muliebrem et peplum, pannum tulit quasi venalem, ut sic, nautis deceptis, se alicui vulgo mare immisceret transituro. Cum ecce, a quodam perceptus est per barbam, et, ut apertius cognosceretur,[2] incepit ludere cum eodem, et ipsum braccatum invenit; et, levato clamore, cum concursu populi factus est omnibus in derisum. Tractus est igitur in carcerem contemptibiliter, et ibidem retentus, donec omnia castella, et quæcunque voluerunt inimici et adversarii ejus, quocunque titulo reddidisset.

Rog. Wend. iii. 49.

R. Wend. iii. 50.

Excommunication of those concerned in the seizure of the abp. of York.

Flight of the chancellor to Dover.

Cf. Rog. Wend. iii. 52, 53

He is discovered and imprisoned.

fol. 80 *a*.

---

[1] *Walterus*] So I. C. and Diceto. In Edd. and ed. Wend. falsely printed *Willelmus*. See p. 46.

[2] *cognosceretur*] congnosceretur, MS.

Obiit papa Clemens. A.D. 1191.

Hoc anno obiit Clemens papa, cui successit Celestinus, a quo Henricus imperator coronatur, in vigilia sancti Johannis Baptistæ.[1] Hugo itaque de Nunant expulit monachos de ecclesia Coventrensi, instituens ibidem clericos seculares.[2]

Expulsion of the monks from Coventry.

Obiit Reginaldus, Cantuariensis electus.

Rog.Wend. iii. 54. Anno Dominicæ nativitatis M°.C°.XC°.II°. Reginaldus, Bathoniensis episcopus, a monachis Cantuariensibus in archiepiscopum electus sive postulatus, die Natalis Domini viam universæ carnis ingressus, sepultus est Bathoniæ. Per idem tempus rex Francorum a peregrinatione[3] rediens, vi. kalendas Januarii Parisius solempni processione receptus est.

A.D. 1192. Death of Reginald, abp. elect of Canterbury. The king of France arrives in Paris. 27 Dec.

Rex Ricardus Darum cepit.

Rog.Wend. iii. 54. Eodem anno post Pascha rex Ricardus Darum adiit, castellum Christianitatis ultimum versus Babiloniam; quod diebus v. obsidens, viriliter cepit, atque obsessos incarceravit, donec gravissima redemptione liberarentur.

Richard captures Darum.

Ut rex Ricardus vii. milia camelorum ceperit.

Rog.Wend. iii. 54. Et post hanc victoriam venit ad regem Anglorum dux Burgundiæ cum Francorum militia,[4] cui auctoritate regis Francorum præerat, quasi dux et custos summus. Cui etiam in præcedenti solempnitate dederat rex Ri-

The duke of Burgundy joins Richard.

---

[1] *Hoc anno .... Baptistæ*] A repetition of what has been previously stated in pp. 20, 21; but the date is wrong. Celestin was elected 30 March 1191, and the emperor crowned 15 April. See Jaffé, "Regesta Pontif.," p. 887.

[2] *seculares*] seculares, MS.

[3] *peregrinatione*] perigrinacione, MS.

[4] *militia*] Added in marg.

A.D. 1192. cardus triginta milia bisanciorum, ut fideliter staret cum eo ad expugnandum hostes Christi; et, consilio inito, statuerunt irrefragabiliter Jerosolimam adire. Cumque rex R[icardus] cum universo exercitu suo pervenisset ad Castrum-Hernaldi et Bethonoble juxta Emaus, ecce quidam Beddewini, qui se regi obligaverant, nunciant maximam multitudinem negotiatorum ex Babilonia versus Jerosolimam tendere, cum septem milibus camelorum diversis opibus onustis, maxime tamen victualibus, utpote frumento, amigdalis, ficubus, uvis passis, et consimilibus. Et hanc multitudinem, quam Caravanam vulgus appellat, viri quinque strenuissimi cum suis caravanariis, de exercitu Salahadini electi, conducebant. Quibus cum rex obviam processisset cum paucis armatis, juxta Rubeam-cisternam omnes occupavit, camelosque cum suis oneribus diripiens, exercitui suo cum magna liberalitate distribuit; maxime tamen Normannis, quos præ ceteris dilexit nationibus. Deinde ad præfatum castrum regrediens, præsidium armatorum in singulis civitatibus et castris prudenter collocavit.

Rog. Wend. iii. 55.

Richard captures a convoy of camels.

De impedimento obsidionis Jerusalem per invidiam.

Ipsis quoque diebus, cum lis oriretur de hospitiis capiendis inter prævios marescallos ducis Austriæ et armigerum cujusdam militis de Normannia, et clamor ad aures regias pervenisset, rex non perpendens civiliter moderamen Dominicum, scilicet, "descendam et videbo,"[1] præcepit præcipitanter et secus quam deceret, ut vexillum ducis, in eodem hospitio pro signo affixum, in cloacam dejiceretur.[2] Quod factum cum dux hospitio privatus et turpiter a Normannis,—qui de more verbosi verba incomposita et ampulosa ebulliunt,—didicisset, regem querulus[3] adiit, sed nihil nisi sannas reportavit.

Affront offered by Richard to the duke of Austria.

¶ *Nota impetum regis Ricardi indecens et incircumspectum.*

[1] Gen. xviii. 21.

[2] *dejiceretur*] deiceretur, MS.

[3] *querulus*] At first written *querulis*, but corr. in marg.

. Unde dux a rege spretus Ricardo, ad regem regum se A.D. 1192.
. convertens, Dominum Deum ultionum cum lacrimis in- *Nota causam captionis regis R[icardi], et gravissimam redemptionem.*
. vocavit, ut quandoque superbum frangens, passum tan-
. tam injuriam consolaretur. Dux igitur cito post, reditum
R.Wend. iii. 55. . ad propria maturavit. Rex autem Ricardus cum præda memorata ad Castellum-Hernaldi victor lætus reversus,
. retento sibi thesauro non modico, ibidem parum qui-
. escens respiravit post labores. Distat autem illud cas- Richard urges his army to advance to Jerusalem.
trum ab Jerusalem tribus tamen miliariis. Ibi singulos magnates diligenter exhortatur, animando ut Jerosolimam adeant viriliter et obsideant, dum tanta rerum copia, eis Deo mittente, eos ditavit.

De quadam muliere, quæ favit Christianis, præcipue regi Ricardo.

Rog.Wend. iii. 55. Animaverat autem ipsum regem et bene confortaverat quædam mulier religiosa, natione Syra, in civitate degens Jerosolimitana, quæ regi omnia secreta civitatis mandaverat, qualiterque omnes Saraceni time- Secret intelligence conveyed to him by a Syrian woman.
Rog.Wend. iii. 56. bant quasi fulgur adventum regis R[icardi], omnesque civitatis portæ terratæ erant, præter portam sancti Stephani a parte aquilonis, contra quam exercitum suum collocare consuluit et suadebat, mittens quandam regi clavem, qua posset valvas aperire.

Dux Burgundiæ a pio proposito[2] promisso regi R[icardo] proditiose resilit.

Rog.Wend. iii. 56. Cumque jam universi Jerusalem obsidere decrevis- The duke of Burgundy and the Templars refuse to march.
. sent, dux Burgundiæ cum fratribus Templi et cum Francigenis consilium iniens, a suo pio proposito regi tam certe repromisso turpiter resilivit; qui asserebant,
. scelus palliando et excusationes frustratorias protendendo, ducem cum omnibus Francis maximam domini

[1] *proposito*] prosito, MS.

A.D. 1192. sui regis Francorum offensam incursurum, si per eorum subventionem de tanta et tam famosa civitate[1] rex R[icardus] triumphasset, nec aliqua laudis victoria ipsi duci vel Francigenis ascriberetur, si ab eis tanta civitas caperetur.

Quomodo dux Burgundiæ donariis Salahadini[2] corruptus, a Terra Sancta turpiter recesserit.

Information obtained of bribes sent to the duke of Burgundy.

Nuncii interim a duce ad Salahadinum diriguntur, sed quid egerint, acta et quæ sequebantur opera manifestant. Nam nocte quadam, rege Anglorum apud castrum præfatum commorante, et duce cum suis apud Bethonoble existente, explorator regis R[icardi], Jumaus nomine, audivit sonitum gradientium camelorum et hominum de monte descendentium. Quos latenter subsecutus, comperit eosdem a Salahadino transmissos usque ad castra ducis, cum quinque camelis, auro, argento, pannis sericis, et aliis opibus atque desiderabilibus donativis onustos. Explorator autem ad regem concito gradiens, hæc omnia illi nunciavit seriatim. Accipiensque quosdam de regis familia, ad viam per quam nuncii illi reversuri erant, caute insidiando progreditur, ac sic revertentes nuncios comprehendit, regique præsentavit. Quorum unum[3] rex in arcto poni et torqueri jussit, donec omnia, quæ Salahadinus duci miserat et mandaverat, palam detunicaret. Amotis autem nunciis, in aurora fecit rex accersiri ducem, patriarcham, atque priorem de Bethleem. Quibus secretius adunatis, in eorum præsentia ducem manifeste de proditione convicit; unde confusus et iratus cum exercitu Francorum ilico iter versus Achon arripuit. Quod comperiens rex Ricardus, custodibus civitatis mandavit,

Rog. Wend. iii. 56.

Rog. Wend. iii. 57.

fol. 80 *b*.

The duke withdraws with the French forces to Acre.

[1] *civitate*] Repeated, but expuncted.

[2] *Salahadini*] Salahadi, MS.

[3] *unum*] Added above the line.

ut neminem eorum intrare permitterent. At illi tentoria A.D. 1192.
sua extra urbem posuerunt. Et sic recessit.

De quodam heremita, qui regi Ricardo prædixit, Jerusalem non fore subjugandam.

Rog. Wend. iii. 58. Duce igitur in hunc modum regresso, venit nocte sequenti religiosus quidam ad regem, et mandatum cujusdam sanctissimi heremitæ ad eum detulit, qui regi certe significavit, ut ad eum, causa visendi et instructionem ad suum profectum recipiendi, properaret. Rex autem de nocte consurgens, assumptis secum sociis quingentis, ad virum Dei pervenit. Hic vero per longum tempus apud Sanctum Samuelem in monte manserat, qui et spiritu pollebat prophetiæ. Hic a die illa, qua Crux Dominica capta est et terra amissa, nihil nisi herbas comederat et radices, nec ullo utebatur tegumento; capillis tantummodo operiebatur barbæque prolixitate. Quem rex diutius admirando intuens, sciscitabatur quidnam vellet. Ille vero de regis adventu gavisus, ipsum in oratorium suum adduxit, eruensque de muro lapidem unum, quandam crucem ligneam et monocubitalem de muro extraxit, et regi devote porrexit et dedit, affirmans procul dubio hanc crucem de ligno Domini fuisse. Regique etiam inter alia dixit, quod nequaquam[1] hac vice terram illam optinerit, quamvis strenue ubique egisset. Et, ut certius rex dictis ejus fidem accommodaret, asserebat seipsum ab hoc seculo die septima sequente migraturum. Quem rex secum ad castra perduxit, ut dictorum ejus eventum comprobaret; et, sicut prædixerat, ab hac luce die septima ad Dominum transmigravit.

Richard visits a holy hermit,

who predicts that he will not succeed in his enterprise.

[1] *nequaquam*] necaquam, MS.

A.D. 1192.

De morte turpissima ducis Burgundiæ.

Richard marches back to Acre.

Hiis ita gestis, die sequenti castra movit, ac ducem subsecutus, extra urbem Achon prope ducem fixit tentoria. Ubi, cum exercitu nimis fatigato, cum vix per triduum quievisset, assunt flebiles nuncii a Jopen usque ad regem festinanter equis rapti velocissimis, sermonem prorumpentibus crebris singultibus nunciantes, Salahadinum cum toto exercitu suo Jopen obsedisse, civitatemque celeriter [fore][1] capiendam; omnes quoque milites ac servientes, quos ob custodiam ibidem collocaverat, trucidandos, nisi celeri subventione subsidium præferat coartatis. Quo audito, omnis Christi exercitus valde perterritus est, graviter ingemiscens. Rex autem cum aliis animo consternatus, ducem Burgundiæ, tum per se tum per alios, ad pacem et concordiam studuit propter periculum imminens[2] revocare, obnixius rogans, ut tantæ subsidium[3] ferret calamitati. Quorum preces dux audire dedignans, nocte illa cum suis omnibus versus Tyrum iter arripuit clandestinum ac repentinum, quasi desiderans regis R[icardi] et exercitus Christi confusionem. Quo cum pervenisset, confestim divino terribiliter percussus judicio, mente alienatus sese discerpens, morte miserabili vitam subito[4] terminavit.

Rog. Wend. iii. 58.

Rog. Wend. iii. 59.

He invites the duke of Burgundy to join him.

who refuses, and goes on to Tyre, where he dies suddenly.

Ut rex Ricardus Salahadinum ab obsidione Jopen fugaverit.

Richard embarks, and drives the Turks from Joppa.

Rex autem Ricardus, post mortem ducis turpissimam, cum parvo comitatu naves rostratas ocius conscendens, obsessis apud Jopen studuit subvenire. Et quia ventus adversabatur, ex obliquo remigantes cum tribus tantum navibus, tertia die mane in portu Jopen applicuerunt. Salahadinus interim crebris assultibus urbem jam cepe-

Rog. Wend. iii. 59.

Rog. Wend. iii. 60.

---

[1] *fore*] Supplied from I. C.
[2] *imminens*] iminens, MS.
[3] *subsidium*] subdium, MS.
[4] *subito*] Added in marg.

rat, omnesque infirmos ac vulneratos captos jussit perimi, A.D. 1192.
quinque tantum præstantiores reservando; sed ipsi strenui valde evadentes se in castrum receperunt, et invenerunt ibidem omnes tractatum habentes de reddendo castro; quod et cito fecissent, nisi de adventu regis certificarentur. Sed tunc animæquiores effecti, sese viriliter defendebant. Rex vero, ut castellum nondum esse[1] captum cognovisset,[2] de navi prosiluit, et in medias hostium catervas se audacter ingessit,[3] a dextris[4] et sinistris inimicos prosternendo. Cujus subitaneum impetum Turci non ferentes, credentes etiam ipsum numerosum exercitum adduxisse, ab obsidione diffugiunt, donec ingrederentur[5] Ramulam civitatem, Saladin retreats to Ramula.
Rog. Wend. iii. 61. Salahadino in curru rapido præcurrente. Rex autem, hostibus fugatis, figi præcepit tentoria sua[6] extra urbem.

Ut rex R[icardus] cum paucis lxii. milia paganorum apud Jopen vicerit.

Rog. Wend. iii. 61. Sequenti vero die nunciatum est Salahadino, regem cum paucissimo advenisse exercitu, sed nec amplius quam lxxx. milites, exceptis balistariis, scilicet cccc., in comitatu suo ibidem habuisse. Nimio igitur furore succenditur, quod tot milia hominum a tam paucis fugari et fugere debuissent; unde lxii. milia imperiali edicto præcepit, ut ad Jopen quantocius redirent, ipsumque regem vivum sibi captum in crastino præsentarent. Rege autem in tentoriis illa nocte tute quiescente, ecce summo diluculo tanta gens adveniens, castra regis in circuitu vallavit. Rex autem subitum et inopinatum He sends forces against Richard, who defeats them.

---

[1] *esse*] In the text, *fore*, (as in W. B. C. F. I., and Coggeshale, p. 67,) but corr. *esse* in marg. F. reads *fore esse*, through ignorance of the scribe. In Edd. and ed. Wend. *fuisse*, without authority.

[2] *cognovisset*] congnovisset, MS.

[3] *ingessit*] injessit, MS.

[4] *dextris*] dextri, MS.

[5] *ingrederentur*] At first written *ingrediuntur*, but corr. in marg.

[6] *sua*] On an erasure.

A.D. 1192. cernens periculum, concito armatur, et in medio hostium se ingerens, socios ad certamen intrepidus exhortatur. Nec mora, ipse cum xi. equitibus, qui soli ex omnibus equos habebant, equos Arabicos, propriis sessoribus abjectis, assessoribus novis præparant, et ascendentes paganos undique prosternunt. Denique illi, qui in urbe Jopen ob custodiam remanserant, regis considerantes probitatem, de urbe audacter prorumpunt, hostes a tergo invadentes; quod videntes inimici, crediderunt hoc ipsos nullatenus ausos facere sine magno in quo confidebant adjutorio, [et][1] terga dederunt fugientes. Rog. Wend. iii. 62. R. Wend. iii. 63. fol. 81 *a*.

Ut exercitus Christianorum ad succursum properavit.

The remainder of Richard's army march to join him.

Interea nunciatur exercitui, quem apud Achon rex dimiserat, apud Jopen regem ab hostibus circumseptum quamtocius capiendum, nisi celerius ei subveniatur. Convenerunt igitur strenuissimi ad unguem armati, sed cum ad locum pervenissent certaminis,[2] et audissent quod rex cum tam paucis de tot milibus hostium tam gloriose triumphasset, Deum pariter et[3] communiter laudaverunt, æque in paucis et in multis dimicantem et triumphantem. Cum autem hæc audisset Salahadinus, etsi invitus, Christum Dominum ac Deum Christianorum glorificavit; adjungens, quod inter omnes mundi principes, dignissimus admiratione fuit rex Ricardus, si non sui tam prodigus extitisset. Non enim, ut asserebat, regem decet omni ancipiti periculo se exponere; sed, si aliquis rex magnificus tales mille haberet commilitones, profecti totum mundum sibi in brevi subjugaret. Rog. Wend. iii. 63.

Saladin's praise of Richard.

[1] *et*] Supplied to complete the sense.

[2] *ad locum . . . certaminis*] Only as far as Cæsarea, in W. B. C. and Cogg. p. 70. These MSS. also add the date of the battle, "in festo S. Petri ad Vincula" [1 Aug.]

[3] *et*] Interlined.

De decapitatione cujusdam captivi, qui quandoque princeps fuit Antiochiæ.

A.D. 1192.

He causes a Christian captive to be beheaded.

Eadem hora Salahadinus, quasi in ultionem, jussit sibi quendam captivum, quem diu in vinculis artissimis tenuerat, principem scilicet[1] quandoque Antiochiæ, sibi præsentari. Intuens igitur ipsum torvo aspectu, ait, "Sic te quandoque juvet et liberet Deus tuus Christus, quid de me faceres, si sic me vinctum haberes?" Et cum paululum subticuisset vinctus, iterum adjuravit eum Salahadinus, ut veritatem non diffiteretur. At ipse adhuc parum hæsitans, audacter in hunc sermonem palam erupit, "Vis, Salahadine, ut verum tibi dicam? Certe, quia qualiscunque rex es in lege tua detestabili Christo Deo inimicissimus, morte punireris, nullo thesauro etiam Octoviani redimendus; sed propter regiam tuam dignitatem, non inferior[2] persona quam ego et decapitaret. Ego ipse te decollarem." Salahadinus igitur ipsius vincti admirans animositatem, ait, "Nunquam te talem habiturum potestatem, ore tuo te judico, et tu idem subibis judicium." At vinctus prosiliendo appropinquans ei, et collum extendens alacriter, ait, "Hoc est quod jam diu desideravi, nihil[3] amplius asportabis." Et jussit Salahadinus statim gladium suum sibi tradi, et ibi eadem hora ipsum, manibus a tergo vinctis, decollavit. Hoc vidit magister Ranulphus Besaz,[4] phisicus regis R[icardi], qui postea canonicus Sancti Pauli Londoniæ extitit,[5] et cæcus,[6] quia longævus. Venerat enim illuc sub pacta pace, ut visitaret quosdam infirmos captivos.[7]

Nota decapitationem cujusdam constantissimi militis.

---

[1] *scilicet*] Interlined.

[2] *inferior*] imferior, MS.

[3] *nihil*] nichil, MS.

[4] *Besaz*] Besace, F.

[5] *extitit*] qui tunc custos regis corporis extiterit, F.

[6] *et cæcus*] Om. F.

[7] *Hoc vidit . . . captivos*] Added in marg., and inserted in the text of F. with some variations, as here noted. After *captivos*, F. adds, "Etiam postea plus quam lx^a. annos vixit, sed cæcus per multum temporis."

A.D. 1192. *Ut rex Ricardus repatriandi consilium habuerit.*

Chapel built at Acre in honour of S. Thomas.

Post memoratam autem regis R[icardi] inauditam victoriam, cum idem rex apud Jopen per vii. ebdomadas moraretur, infra[1] quod tempus jussit apud Achon capellam in honorem sancti Thomæ martiris fabricari, quidam morbus pestifer ex aeris corruptione proveniens, ipsum regem et omnes fere suos perniciose invasit; et quotquot infecti hoc morbo fuerant, sine medela citius obierunt, excepto rege, Domino illi et beato martire Thoma ilico[2] sospitatem restituente. Hujus detestabilis plagæ pestilentia primo cecidit super ipsum regem Francorum, antequam a Terra Sancta recederet, et infecit enormiter, unde plus stimulabatur recedere. Diligentia tamen ac peritia magistri Johannis Anglici, phisici præelecti, de burgo Beati Albani oriundi, plene est[3] curatus. Verumtamen tam regi Anglorum quam Francorum, post curationem ungues et capilli ceciderunt. Cernens autem rex Ricardus thesaurum suum diatim decrescere, et exercitum suum peste memorata diminui, hostium quoque numerum veluti paludem ex torrentibus cotidie augmentari;[4] audito certo mandato, quod comes Johannes, frater ejus, moliebatur Angliam sibi, excluso rege R[icardo], quem mortuum mentiebatur, subjugare, regemque[5] Francorum in terras suas libere discursando debacchari,[6] [fratrum][7] Templi et Hospitalis et principum cum ipso existentium concilio ad horam repatriare disponit. Sed quia tanti principis discessio absque ibidem commorantium gravi periculo fieri non potuit, treugæ inter Christianos et paganos, utriusque[8] exercitus petitione et consilio, sunt constitutæ, a Pascha videlicet sequenti usque ad terminum trium annorum duraturæ.

Rog. Wend. iii. 63.

Rog. Wend. iii. 64.

Nota de peste dampnosa.

The king of France cured by his English physician.

¶ *Nota efficacem causam, quare rex repatriavit, ad dampnum totius Christianitatis.*

A truce of three years concluded with the Saracens.

[1] *infra*] infra, MS. throughout.
[2] *ilico*] On an erasure.
[3] *est*] Interlined.
[4] *augmentari*] aucmentari, MS.
[5] *regemque*] regem quoque, F.
[6] *debacchari*] debachari, MS. The words *regemque ... debacchari* are added in marg., and inserted in text of F.
[7] *fratrum*] Supplied from W. B. C.
[8] *utriusque*] utrius, MS. Corr. from W. B. C. F.

Quomodo rex Ricardus a peregrinatione tristis et invitus redierit. A.D. 1192.

Rog. Wend. iii. 65.

Tempore autem autumpnali, navibus præparatis omnibusque rite dispositis, rex Ricardus et regina sua, cum regina Siciliæ sorore sua Johanna, et proceribus suis, quos voluit habere consortes, mare redeuntes Mediterraneum[1] transierunt. Et ecce insolitæ tempestates exortæ classem disperserunt; unde aliqui naufragium sunt perpessi, alii ad litora[2] hostilia appulsi capti sunt, alii miserabiliter sunt submersi, ac si tellus et mare et aer contra crucis fugitivos conspirassent; unde constat, eorum recessum Deo displicuisse. In proximo[3] autem mors Salahadini totum paganismum[4] conturbavit; et si tunc Christianorum exercitus sub rege R[icardo] militans in Terra Sancta, prout inceperat, prospere fulgurasset in hostes, procul dubio totam Sanctam Terram et affines sibi potenter subjugassent. Filiis enim ejusdem Salahadini inter se[5] pro regnis sibi a patre concessis hostiliter dissidentibus, suborta est guerra et odium intestinum.

Richard leaves Palestine.

Storms and shipwreck.

Death of Saladin.

Quomodo rex Ricardus insidias multorum evaserit, et tandem inciderit in laqueos hostium.

Rog. Wend. iii. 66.

Rex autem Ricardus nimiis maris vexatus tempestatibus per vi. septimanas, cum devenisset versus Barbariem,[6] trium velificatione dierum a Marsilia distans, et, fama crebrescente, jam cognovisset[7] comitem Sancti Egidii, necnon et cunctos principes, per quos transitu-

Richard's voyage on his return.

---

[1] *Mediterraneum*] Mediteraneum, MS.

[2] *litora*] litoria, MS.

[3] *In proximo*] In sequenti Quadragesima, W. B. C.

[4] *paganismum*] paganissum, MS. and F.

[5] *se*] Interlined.

[6] *Barbariem*] So in all the MSS. and Cogg. p. 71, but in Edd. and ed. Wend. corr. *Barbariam.*

[7] *cognovisset*] congnovisset, MS.

A.D. 1192. rus erat, contra eum unanimiter conspirasse, disposuit per Theutonicam latenter repatriare; velisque retortis, cum paucis suorum, Baldewino[1] scilicet de Bettun, et magistro Philippo, clerico suo, Anselmoque, capellano, et quibusdam Templi fratribus, in partibus Sclavoniæ apud Gazaram applicuerunt. Deinde clandestinis[2] et nocturnis dictis pervenit rex in partes Austriæ, tum per brachia marium tum per terras, raptim huc illuc pervagando. Tandem in Austriam appulsus, misit puerum suum ad escambium in civitatem Gynaciam,[3] ut cibos famelicis compararet. Qui ad escambium veniens, cum plures [bisancios][4] proferret quam necessitas expostularet, et pomposius et se gereret et loqueretur, capitur, et in arctissimo positus cruciatu, omnem rei confitetur veritatem cruciantibus, qui fideles erant duci, cui statim hoc totum nunciatur. Hospitium igitur regis circumvallant clam et subito. Rex autem satis in tam gravi articulo circumspectus, licet et habitum et officium quod ad regem vel etiam militem pertinuit mutaverit, per corporis tamen[5] deprehenditur propagatam elegantiam, et faciei reverendam venustatem, et ab aliquibus signanter tanquam prævisus deprehenditur. Suam igitur probitatem cernens non prævalere contra tot barbaros, jussit adesse ducem, cui soli se promisit redditurum. Duci igitur adventanti rex obviam processit, seque ei cum gladio tradidit. Dux autem hilaris effectus, regem secum honorifice adduxit, quem deinde strenuis militibus tradidit custodiendum.

He lands at Zara, and proceeds to Austria.

R. Wend. iii. 68. fol. 81 *b*.

Cf. Rog. Wend. iii. 69.

He is discovered, and gives himself up to the duke of Austria.

---

[1] *Baldewino*] Baldelwino, MS.

[2] *clandestinis*] clamdestinis, MS.

[3] *Gynaciam*] So W. and all the MSS. In Coggeshale, "*Girianam*, in Austria, prope Danubium," p. 72. Richard himself says, in his letter to his mother, "juxta Wenam [*Viennam*], in villa viciniori." Hoved. p. 721.

[4] *bisancios*] Supplied from W. B. C. F.

[5] *mutaverit, per corporis tamen*] On an erasure.

[*Savaricus*][1] *fit Bathoniensis episcopus.*

A.D. 1192.

Rog.Wend. iii. 69. Eodemque anno Savaricus, Norhamtonensis archidiaconus, electus est in episcopum Bathoniensem. Qui Romam profectus, ibidem est presbiter ordinatus, et xiii°. kalendas Octobris ab Albano, Albaniensi episcopo, munus suscepit consecrationis.[2]

Rog.Wend. iii. 70.

Savaricus, archdeacon of Northampton, consecrated bishop of Bath. 18 Sept.

Qualiter dux Austrie regem Ricardum imperatori vendiderit.

Rog.Wend. iii. 70. Anno gratiæ M°.C°.XC°.III°.[3] rex Ricardus remansit in custodia ducis Austriæ, donec ipsum vendidit imperatori Romanorum Henrico pro sexaginta milibus libris argenti, ad pondus Coloniensium; et ipsum adducens, diligentissime fecit custodiri. Et, ut regem ad immoderatam redemptionis pecuniæ impelleret quantitatem, retrudi eum præcepit in Trivallis,[4] a quo carcere nullus ante dies illos exivit, qui illuc intravit, et in quem includi crudelius censetur quam interimi; unde illud philosophicum,[5] "Bonum est mactare patrem in Trivallis." Ibique sub copiosa militum armatorum vigili multitudine, strictis gladiis, die ac nocte strictissime custodiebatur. Hæc omnia serenissimi principis nun-

A.D. 1193. Richard is sold to the emperor Henry.

He is imprisoned at Trifels, and strictly guarded.

[1] *Savaricus*] Supplied from F. This rubric is on an erasure.

[2] A mitre and crosier are drawn in the margin.

[3] Except in this first chapter, F. follows the text throughout this year and the next.

[4] *Trivallis*] In the margin is added the following note: "Illud op[p]idum in quadam provincia est, in qua sunt tres profundiss[im]æ valles et opacæ, in quibus senes et valitudinarii etiam a filiis, id pietatem reputantibus, solebant præcipitari. Et secundum eorum nobilitatem in curribus adornatis pompose illuc adducti senes, convivio facto et vale dicto, in dictas valles detrudebantur." This note is improperly introduced into the text of F., after the words *cum præcepit.*

[5] *unde . . . philosophicum*] In W. B. C. I., we read, *de quo Aristoteles in libro quinto* [*Topicorum*, added in I.], which is copied from Diceto, col. 668. Allusion is here made to a passage in the *Topica*, lib. ii. c. xi., but entirely misapplied. Cf. Cont. Flor. Wig., p. 159, ed. Thorpe.

A.D. 1193. quam obfuscare vultum potuerunt, quin hilaris et jocundus in verbis, quin ferox et audacissimus in factis, prout tempus, locus, causa et persona exigebat,[1] semper appareret. Cujus facta mirabilia, ne historiæ series retardetur, aliis enarranda derelinquo.

Quomodo imperator ipsum in multis graviter accusaverit.

Richard is summoned before the emperor.

Imperator autem iratum animum ac ferocem contra regem diutius præferens, nullatenus eum in præsentia sua advocare vel alloqui dignabatur, quia ipsum in pluribus graviter proposuit accusare. Tandem, hinc inde mediantibus amicis, præcipue Cluniacensi abbate et Willelmo, regis cancellario, imperator, convocatis episcopis, ducibus et comitibus suis, regem in præsentia sua sollempniter jussit accersiri, eumque in pluribus articulis palam crudeliter accusavit. Quos, quia alibi plenius scribuntur, breviter annotabo. Rog. Wend. iii. 71.

Articuli.

Charges made against him.

In primis, quod per ejus consilium et auxilium regnum Siciliæ et Apuliæ, quod sibi jure hereditario debebatur,[2] defuncto rege Willelmo, amiserit; pro quo adipiscendo exercitum permaximum, data pecunia infinita, conduxerat, cum idem rex sibi auxilium fore præstiturum fideliter spopondisset, ut a Tancredo regnum illud optineret. Deinde causabatur de rege Cypri, qui ei affinitate conjunctus fuerat, quod eum injuste ab imperio ejecerit, et carcerali custodiæ deputaverit compeditum, et terram ejus et thesauros invaserit[3] violenter, et insulam tam fraudulenter quam truculenter[4] cuidam alieno vendiderit.[5] Postmodum vero accusavit eum de Rog. Wend. iii. 71.

---

[1] *exigebat*] exiegebat, MS.

[2] *debebatur*] The last two letters are on an erasure.

[3] *invascrit*] invasit, MS. and F. Corr. from W. B. C.

[4] *tam . . . . truculenter*] Added in marg., and in text of F.

[5] *vendiderit*] So written at first (as in W. B. C.), but afterwards altered to *vendidit*, which is copied in F.

morte marchisii de Monte-Ferrato, heredis sui, quod videlicet per ejus proditionem atque machinationem ab Assessinis[1] nequiter sit peremptus; quos etiam miserat ad perimendum regem Francorum, dominum suum, cui nullam fidelitatem aut reverentiam, ut debuerat, servavit in communi eorum peregrinatione, sicut juramenti sacramento inter eos fuerat confirmatum. Deinde conqueritur, quod signum ducis Austriæ, consanguinei sui, ob ejus contemptum apud Jopen in cloacam projici[2] jusserit, et Theutonicos, in probrum imperatoris, verbis ampullosis,—qui, ut ipse, venerant vestigia Christi in Terra Sancta fideliter adorare,[3]—et factis dehonestaverit. Super hiis autem calumpniis rex Ricardus ab imperatore conventus, protinus in medio palam stans, licet patricida, superbus et proditor appellaretur, contra singulas objectiones ita luculenter et argumentose peroravit, ut omnibus admirationi et venerationi haberetur, ita ut nulla suspicio de hiis, [in][4] quibus accusabatur, in cordibus audientium ulterius remaneret. Cumque diutius coram imperatore et ejus principibus disertissime[5] se excusans, ut erat facundissimus, allegasset, imperator admirans tantam regis facundiam et in tribulatione constantiam, surrexit, et, accersito ad se rege, ruit in ejus oscula et amplexus. Ab illo etiam die et deinceps cœpit imperator mitius agere cum eo, et familiariter honorare.

A.D. 1193.

Rog. Wend. iii. 72.

Richard refutes the charges.

The emperor is reconciled to him.

Quod rex Ricardus pro redemptione sua centum quadraginta milia librarum finem fecit.

Rog. Wend. iii. 72. Hiis ita gestis, amicis hinc inde mediantibus, pro redemptione regis diutius tractatum est. Tandem ad hoc perventum est, ut pro redemptione ejus imperatori

Terms for the ransom of Richard.

Rog. Wend. iii. 73.

[1] *Assesinis*] Arsacidis, id est, Assessinis, A. C.; *Arsacidis*, Edd.

[2] *projici*] proici, MS.

[3] *qui ut... adorare*] This sentence would be clearer if inserted after *Theutonicos*.

[4] *in*] Supplied from W. B. C.

[5] *disertissime*] desertissime, MS.

A.D. 1193. darentur centum quadraginta[1] milia marcarum argenti, ad pondus Coloniensium ;[2] quæ omnia ante liberationem forent solvenda, et,[3] antequam inter eos conveniret, exceptis expensis hinc inde faciendis. Præstitum quoque est sacramentum ab episcopis, ducibus ac baronibus, die
29 June. apostolorum Petri et Pauli, ut, quamcitius prænominatam pecuniam rex persolvisset, continuo liber ad propria remearet. Perlata autem in Angliam hujus concordiæ sententia a regis cancellario, W[illelmo], Elyensi episcopo, qui literas regis cum bulla imperatoris aurea secum detulit, ilico exiit edictum a justiciariis regis, ut omnes episcopi, clerici, comites et barones, abbatiæ, sive
Tax imposed for that purpose. prioratus, quartam partem reddituum suorum ad regis conferrent redemptionem ; insuper ad hoc, ecclesia ca- fol. 82 *a*.
lices contulit. Ordo Cisterciensis lanam contulit unius anni. Nulla ecclesia, nullus ordo prætermissus est. Johannes vero, Norwicensis episcopus, per totam diocesim suam dimidium pretii de calicibus ad hoc sumpsit, et dimidium de thesauro suo adquietavit. Abbas quoque Sancti Albani Warinus omnes suæ ecclesiæ et diocesis
Hugh, bishop of Chester, is robbed. adquietavit de suo, c. marcas conferendo.[4] Eodem tem- R. Wend. iii. 75.
pore[5] Hugo, Cestrensis episcopus, cum magnis exenniis, quæ summo studio præparaverat ad opus regis Ricardi, dum prope Cantuariam quiesceret, de nocte
Matthew de Clere, constable of Dover, excommunicated. comprehensus bonis omnibus spoliatur. Mathæus de Clera, municeps Doverensis, prædonibus illis favorem præstitit et auxilium, unde ab archiepiscopo excommunicatur.

De morte Salahadini.

Death of Saladin. Per idem tempus Salahadinus, Sarracenorum poten- R. Wend. iii. 75.
tissimus, publicus veritatis et crucis inimicus, divina

[1] *quadraginta*] quinquaginta, Dicceto, col. 670, and Coggeshale, p. 74.

[2] *Coloniensium*] Colonensium, MS.

[3] *et*] Interlined.

[4] *c. marcas conferendo*] Added in marg., and in text of F.

[5] In F. this is made a separate chapter, with a rubric prefixed, taken from C.

animadversione percussus, apud Nazareth inter epulas subito expiravit ingurgitatus, cujus regnum Saphadinus, frater ejus, ilico sibi usurpavit. A.D. 1193. He is succeeded by Saphadin.

Ut Johannes comes, frater scilicet regis, regnum sibi moliebatur subjugare.

Rog.Wend. iii. 78. Rege autem Ricardo ab imperatore, ut dictum est, detento, audito regis infortunio atque de ejus reditu diffidens, comes Johannes, frater ejus, fœdus amicitiæ cum Philippo, Francorum rege, iniit, qui libens, in odium regis Ricardi, ejus suscepit amicitiam, et propositum acceptavit. Sinistro quoque idem comes inclinans consilio, disposuit coronari, et pro fratre in Anglia alter Jacob regnare. Dicebat enim periculum, regnum esse sine rege, sicut navem sine gubernaculo; sed[1] Anglorum fidelitate laudabili fuit impeditus.[2] Rog.Wend. iii. 79. Attempt of earl John to seize the throne, frustrated.

Ut rex Francorum Normanniam invaserit.

R. Wend. iii. 79. Rex Francorum Philippus, juramenti sui immemor et fidei, Normanniam hostiliter aggreditur; qui fraudulenter liberationem regis Ricardi, prout potuit, impedivit. Vastans igitur et occupans dictam terram, non ætati, non ordini pepercit, aut sexui. Cui Gilebertus de Wascoil Gisortium proditiose[3] tradidit. Deinde idem rex totum Vegesinum Normannicum, et comitatum de Alba-marla usque ad Diepe, et Vallem de Roil, cum castellis præcipuis, plus proditione et fictis mendaciis et falsis mandatis quam expugnatione,[4] in brevi subegit. Rothomagum insuper obsidione vallavit, sed comitis Legrecestriæ R[oberti] magnifica virtute et civium probitate cum suorum amissione et sui confusione recessit. Civitatem Ebroicensem cepit, et eam Johanni comiti ad custodiendum commisit. Philip, king of France, ravages Normandy. He besieges Rouen without success, and takes Evreux.

[1] *sed*] set, MS., and so elsewhere.

[2] *atque de ejus . . . . impeditus*] Opposite to these lines is written in the margin "*cave*," in red letters, but they are copied in F., and a similar statement, but shorter, occurs in W. B. C.

[3] *proditiose*] eum prodiciose, MS.

[4] *expugnatione*] expungnacione, MS.

A.D. 1193.

Rex Francorum sororem regis Daciæ duxit in uxorem.

Philip marries, and afterwards repudiates, Ingelburga, sister of the king of Denmark.

Per idem tempus rex Francorum sororem regis Daciæ, nomine Ingelburgam, puellam miræ pulchritudinis, ut partem suam plus contra regem R[icardum] roboraret, accepit in uxorem. Quam post nuptias repudians, inter sanctimoniales apud Suesionem [1] includens, collocavit, Dacosque omnes, qui cum ipsa venerant, jussit repatriare. Rog.Wend. iii. 79.

Hubertus Walteri [2] in archiepiscopum Cantuariensem sublimatur.[3]

Hubert Walter, bishop of Salisbury, made archbishop of Canterbury.

Eodem anno Hubertus Walteri, Saresbiriensis episcopus, in Cantuariensem archiepiscopum promovetur. Rog.Wend. iii. 79.

Cujus industriæ ac fidelitati, ex præcepto regis Ricardi, administratio totius Angliæ committitur, amoto Waltero, Rothomagensi archiepiscopo, qui vocatus a rege in Alemanniam transiit; cum quo etiam regina Alienora, mater et amatrix regis indefessa proficiscens, filium suum visere maturavit. Archiepiscopus vero memoratus ambitiosos impetus comitis Johannis potenter interim refrænavit. Rog.Wend. iii. 80.

Alienor, the king's mother, goes to visit him.

Ut rex Ricardus a carcere liberatus, in Angliam venerit.

A.D. 1194. Richard is set at

Anno gratiæ M°.C°.XC°.IIII°. rex Ricardus, jam maxima parte [4] suæ redemptionis soluta, obsidibusque datis pro parte quæ restabat persolvenda, die Purificationis Rog.Wend. iii. 80.

---

[1] *Suesionem*] So also Wendover, and Coggeshale, p. 74, but the editors of "Rec. des Hist. de France" correct it *Cisonium*, (Cisoing, an abbey of regular canons) in the territory of Tournay. See "L'Art de Vérifier les Dates," i. 579.

[2] *Walteri*] Walterus, MS.

[3] In the margin are drawn a mitre, crosier, and archiepiscopal cross.

[4] *parte*] Added in marg.

beatæ Mariæ ab omni custodia imperatoris liber effectus, permissus est ad propria remeare. Qui cum matre sua A[lienora] et cancellario suo, die Dominica post festum sancti Gregorii [1] proxima, in Angliam [2] applicuit, et confestim Cantuariam veniens, beatum Thomam devotus adiens, oravit et gratias persolvit. Deinde Londoniam veniens, cum magna lætitiæ pompa a clero et populo est receptus, occurrentibus et applaudentibus regni magnatibus, solo comite J[ohanne] ingemiscente. A.D. 1194. liberty, and returns to England. 2 Feb. 12 March. He is received at London joyfully.

Rex apud Notingham properat.

Rog. Wend. iii. 81. Rege vero vix per diem apud Westmonasterium commorante, ubi xenium ab abbate Sancti Albani Guarino suscepit nobilissimum, qui sese præcordialiter diligebant,—misit enim ei iiii. cuppas argenteas, et totidem anulos nobilissimos, et c. coclearia, et zonas vi. carissimas, per famulum quendam dictum Galfridum Hackesalt, qui me scriptorem super hoc reddit certiorem,[3]—misitque rex regalem oblationem ecclesiæ Sancti Albani, suam excusando absentiam, ad Sanctum Ædmundum, gratia orationis et gratiarum persolvendarum, perrexit. Indeque Nothinham [4] properavit, expugnaturus [5] eos qui contra eum conspirare præsumpserant, et se comiti J[ohanni] obligaverant. Exercitus autem fidelium regis omnia præfati comitis jam ceperat castra, excepto [6] isto solo, quia forti, se tenente et [7] se viriliter defendente; sed statim regi adventanti qui in ipso erant sese statim [8] reddiderunt, comite J[ohanne] jam obmurmurante. Quorum quosdam rex incarceratos Gifts to the king from the abbat of St. Alban's. Richard proceeds to Nottingham against the adherents of earl John. The castle surrenders.

---

[1] *Gregorii*] Georgii, MS. and F. Corr. from W. B. C., and Cogg. p. 74. Hoveden, p. 735, says, "3 id. Martii" [13 March].

[2] *Angliam*] Angliæ, MS.

[3] *misit ... certiorem*] Added in the margin, and inserted here in text of F.

[4] *Nothinham*] Nothingeham, W. B. C.

[5] *expugnaturus*] expungnaturus, MS.

[6] *castra, excepto*] Added in marg.

[7] *et*] Is repeated between the lines, but unnecessarily. Om. F.

[8] *statim*] Repeated also in F.

A.D. 1194. graviter redemit, quosdam nimirum exheredavit, quosdem proscripsit, assumptis sibi eorum terris et catallis. Qui mendicaturi exularunt, comitis J[ohannis] et[1] propriam[2] ambitionem et præsumptionem et infidelitatem detestantes.

Ut rex Ricardus coronam portaverit, et statim in Normanniam transierit.

Richard is crowned at Winchester.

Subactis igitur in brevi omnibus adversariis suis in Anglia, et, multiplicatis amicorum precibus, comite J[ohanne] in fraternam amicitiam revocato, rex apud Wintoniam coronam portavit, archiepiscopo Cantuariensi missam celebrante, et Willelmo, rege Scotorum, præsente. Deinde in festo sanctorum Nerei et Achillei apud Portesmue navem ascendens, prospere in Normanniam applicuit, et apud Bruis nocte illa quievit. Comes autem J[ohannes], frater ejus, sciens se jam ei pacificatum, ibi eidem occurrens, se pedibus suis prosternens, misericordiam imploravit de commissis. Commota sunt regis viscera super fratre suo, et omnem remittens indignationem, in osculo eum[3] recepit; verumtamen terras suas ei ablatas non continuo restituit. Rog.Wend. iii. 82.

12 May.

He crosses over to Normandy, and is reconciled to earl John.

Ut rex Ricardus regem Francorum a Vernolio fugaverit.

The siege of Vernenil raised.

Audiens autem rex Ricardus regem Francorum Vernolium obsidione vallasse, et per viii°. dies et noctes infatigabiliter infestasse, illuc festinanter advolavit.[4] fol. 82 *b*. Rog.Wend. iii. 82.

29 May.

Instabat autem dies Pentecostes, et ecce, audierunt sub ipso noctis crepusculo, quod rex Anglorum accinc- Rog.Wend. iii. 83.

---

[1] *comitis J. et*] Added in marg.

[2] *propriam*] Written on a piece of vellum, pasted over a word now erased. F. follows the correction.

[3] *eum*] Interlined.

[4] *advolavit*] avolavit. MS., and so E. F.

tus ad pugnam summo mane foret adventurus fulgu- A.D. 1194.
rando. Quo rumore perterriti Franci, ut qui ejus audaciam sæpius experti fuerant, elegerunt potius fugere, quam dubia fata Martis experiri.

Herbertus Pauper in episcopatum Saresbiriensem promovetur.

Herbert 'the Poor,' archdeacon of Canterbury, elected bishop of Salisbury.

Rog. Wend. iii. 83. Per idem tempus Herbertus, cognomento Pauper, Cantuariensis archidiaconus, in episcopatum Saresbiriensem canonice electus, sabbato Pentecostes presbiter est ordinatus, et in crastino ab archiepiscopo Cantuariensi H[uberto] apud Westmonasterium episcopus est consecratus.[1] Eodemque tempore rex Francorum a Vernolio turpiter recedens, ne nil egisse videretur, castellum quod Fontes appellatur, quasi in ultionem furibundus subvertit. Et sic cum qualiquali victoria ad propria remeavit.

28 May.

The king of France captures the castle of Fontaines.

Ut rex Ricardus castrum de Luches ceperit.

Rog. Wend. iii. 83. Hiis ita gestis, rex Ricardus Turonis veniens, a Novi-Castelli burgensibus, ubi beatus requiescit Martinus, duo milia marcas [argenti][2] nomine exenii suscepit. Tendensque inde intra fines Turoniæ, castellum de Luches infra paucos dies expugnavit. Venitque tunc in auxilium regis Ricardi filius regis Navariæ, exercitum ducens cum quinquaginta balistariis optimis copiosum, terramque Galfridi de Ravenna[3] cum terra comitis Engolismi penitus devastavit.

Rog. Wend. iii. 84.

Richard takes the castle of Loches.

He is joined by the son of the king of Navarre.

---

[1] According to Diceto, col. 673, he was consecrated 5th June.

[2] *argenti*] Supplied from W. B. C.

[3] *Ravenna*] So also B. C. F., copied from Wendover, but, probably, an error, since Diceto, col. 674, Hoveden, p. 741, and Will. Newburgh, ii. 125, ed. Hamilton, read, here and below, *Rancuna*. See *ante*, vol. i. p. 419.

A.D. 1194. *Ut rex Ricardus regem Francorum de finibus Turoniæ fugaverit.*

Success of Richard in Poitou.

Hiis quoque diebus rex Francorum Philippus in finibus[1] Turoniæ prope Vindecinum sua securus fixit tentoria; sed cum regem Ricardum per suos exploratores adventasse[2] cognovisset,[3] summo mane tentoriis avulsis, Fractam-vallem festinanter petivit. Rex autem Ricardus illum concito insecutus, quadrigas ejus, necnon comitum et baronum sub eo militantium sarcinas omnes accepit; aurum quoque et argentum, tentoria, balistas, arma, cum utensilibus et victualibus, cepit, et secum adduxit. Sicque victoriosus et locupletatus in Pictaviam transiens, infra dies paucos Tailleburc castellum, terrasque omnium adversariorum suorum, comitis scilicet Engolsimi, et Galfridi de Ravenna, sine moræ dispendio suæ subjugavit potestati; ita ut a castello Vernolii usque ad Crucem-Karoli, nullus ei rebellis inveniretur. Rog.Wend. iii. 84.

Ut rex Francorum regem R[icardum] circumvenire attemptaverit.

Philip proposes to Richard, to decide their quarrel by a combat between five men selected from either side.

Circa quos[4] dies rex Francorum iiii^{or}. sollempnes nuncios ad regem R[icardum] cum verbis pacificis in dolo destinavit, petens ut populis utriusque regis potestati rite subjectis, absque majori dispendio, sub examine[6] quinque virorum fidedignorum hinc inde dirimerentur quæstiones amborum, considentibus regni utriusque principibus et belli eventum expectantibus, donec, conflictu terminato, adjudicarent quid utrique regum cedere de jure deberet. Placuit provisio ista regi Ricardi, dummodo rex Francorum quintus inter Rog.Wend. iii. 84. Rog.Wend. iii. 85.

---

[1] *in finibus*] Written at first, *fines*, as in W. B. C.

[2] *adventasse*] Added in marg.

[3] *cognovisset*] congnovisset, MS.

[4] *quos*] hos, W. B. C. F.

[5] *examine*] certamine, W. B. C.

suos, et rex Anglorum inter suos similiter quintus censeretur. Quod rex Francorum præcise agere recusavit. A.D. 1194.

Eodem quoque anno Robertus, comes Legecestriæ, per Rocelinum, vicecomitem[1] Belli-montis[2] capitur, unde pax levius reformanda videbatur. Robert, earl of Leicester, taken prisoner.

Henricus Marescallus fit episcopus Exoniensis.[3]

Eodemque anno Henricus Marescallus, filius[4] W[illelmi] Marescalli senioris, fit episcopus Exoniensis. Henry Mareschal made bp. of Exeter.

Treugæ inter reges capiuntur.

Rog. Wend. iii. 85. Tempore quoque sub eodem, mediantibus viris religiosis, inter reges Francorum et Anglorum treugæ statutæ sunt, commeatu negotiatorum interdicto. Truce between France and England.

Rex Ricardus præcepit in Anglia torneamenta exerceri.[5]

Cf. Rog. Wend. iii. 85. Diebus sub eisdem rex Ricardus præcepit torneamenta per Angliam, propter exercitium[6] militare, licenter capi et strenue frequentari. Tournaments ordered to be kept in England.

Imperator Constantinopolitanus capitur.

Rog. Wend. iii. 85. Hiis etiam diebus Alexius quidam, Manuelis, quondam Constantinopolitani imperatoris, filius, innumerabili multitudine armatorum congregata, Cursac,[7] tunc im- Alexius usurps the throne of Constantinople.

---

[1] *vicecomitem*] The first two letters erased, but rewritten in marg.

[2] *per Rocelinum . . . Belli-montis*] In B. C., *a rege Francorum et comite Perticense ;* but in B. is added in the margin by the hand of Matthew Paris, *et Rocel' vicecom. Bellim.*

[3] A small mitre and crosier are sketched with a plummet in the margin.

[4] *filius*] frater, B. C. See Dugd. Bar. i. 600.

[5] *exerceri*] excerceri, MS.

[6] *exercitium*] excercitium, MS.

[7] *Cursac*] Isaac Angelus, brother of Alexius.

A.D. 1194. peratorem Constantinopolitanum, hostiliter aggressum[1] cepit, excæcavit, et ementulatum perpetuo carcere condempnavit, ejusque imperium occupavit.

Rex Anglorum conqueritur domino papæ de captione sua in Christi peregrinatione.

A.D. 1195. Richard sends to the pope, to complain of the duke of Austria.

Anno gratiæ M°.C°.XC°.V°.[2] rex R[icardus] ad sedem apostolicam nuncios sollempnes destinavit, qui in præsentia domini[3] papæ constituti, talem deposuerunt querelam: "Pater sancte, salutat excellentiam vestram dominus rex noster Angliæ Ricardus, et postulat sibi justitiam exhiberi de duce Austriæ, qui ipsum de peregrinatione sua tam laboriosa, tam sumptuosa, tamque periculosa revertentem cepit, et, aliter quam tantum principem decuit, afflixit, imperatorique, ac si bos esset vel asinus, vendidit; et postmodum [ambo][4] regnum intolerabili redemptionis debito contriverunt. Ipsi insuper, a Christianæ fidei legibus alieni,[5] in tali casu regi detento graviora exercuerunt judicia, quam ipse Salahadinus fecisset, si in manibus suis, etiam exercendo prœlia, vel saltem per similem infortunium incidisset; sed et ipse Salahadinus moriturus coram multis hoc[6] protestatus est. Movet[7] itaque dominum nostrum non mediocriter, quod sub pace et protectione ecclesiæ et vestra, omnibus peregrinis usque ad triennium[8] concessa, et in pœnam excommunicationis inflicta et firmata, ipsum a peregrinatione venientem et iterum redire disponentem ceperunt, atque sub custodia carcerali detrudentes, ad gravissimam redemptionis summam coegerunt. Jubeat

Rog. Wend. iii. 86.

Rog. Wend. iii. 87.

---

[1] *aggressum*] agressum, MS.

[2] Throughout this year F. has a mixed text, partly from B.C. and partly agreeing with what is here printed.

[3] *domini*] domni, MS.

[4] *ambo*] Supplied from W. B. C.

[5] *alieni*] non alieni, Edd. and ed. Wend., but without authority.

[6] *hoc*] Added on to the text.

[7] *Movet*] Moveat, MS. and F. Corr. from W. B. C.

[8] *triennium*] terminum, MS. and F. Corr. from W. B. C.

ergo excellentia vestra cum festinatione, ut obsides A.D. 1195.
domini nostri regis, qui adhuc pro parte redemptionis,
quæ solvenda restat, detinentur in vinculis, liberos
exire [dux ille][1] permittat, et pecuniam, quam a do-
fol. 83 *a*. mino nostro excommunicatus extorquendo recepit, ex
integro restituat, necnon sibi et suis illatam injuriam
condigna satisfactione emendet."

Excommunicatur dux. Tandem male moritur.

Papa igitur statim, missis sollempnibus nunciis, du- The duke is excommunicated, and his territories placed under an interdict.
. cem ter ammonuit, ut tantam transgressionem emen-
. dans, regi piissimo Ricardo, qui toti universali ecclesiæ
. fideliter militavit, condigna respondeat satisfactione.
R. Wend. iii. 87. . Quod cum facere recusavit, papa cum suis cardinalibus
ipsum ducem terribiliter[2] excommunicavit, et in genere
omnes, qui in regem et suos manus injecerant vio-
Rog. Wend. iii. 88. lentas, totamque terram ejus supposuit interdicto. Hiis
igitur omnibus duci ab episcopo Veronensi rite denun-
ciatis, dux omnia sprevit. Percussa est igitur terra
ejus sterilitate inaudita, fame et peste generali. Danu-
bius insuper fluvius plusquam decem milia hominum
absorbuit derivatus. Insuper die sancti Stephani, dum 26 Dec.
spaciatum equitando dux cum suis sociis pergeret, He is thrown from his horse, and has his foot amputated.
. equus ejus offensus tibiam ipsius cum pede ad arborem
violenter contrivit. Tibia igitur cum pede nigredine
tincta, et dolore horribiliter contumescens, igne percu-
titur infernali; cujus cruciatum dux non valens tole-
rare, pedem a crure, ipso interim dolabrum tenente,
fecit amputari. Sed nec sic doloris incurabilis evasit He promises to repay Richard's ransom money.
vehementiam, femur enim cum corpore igne memorato
depascebatur. Tandem vero culpam recognoscens,[3] sua-
. dentibus episcopis qui aderant, qui hæc in ultionem
. missa a Deo protestabantur, obsides absolvuntur, et
residuum pecuniæ se spopondit redditurum, ut absolvi

[1] *dux ille*] Supplied from W. B. C.
[2] *terribiliter*] terribibilr̃, MS.
[3] *recognoscens*] recongnoscens, MS.

A.D. 1195. After his death, his body lies unburied a long time.

ante mortem mereretur. Cujus corpus diu jacuit inhumatum, donec detestabiliter vermibus scateret, eo quod filius ejus mandata patris morituri exequi dedignabatur. Rog. Wend. iii. 89.

Imperator Henricus terras suas ampliavit.

The emperor Henry subdues Apulia and Sicily.

Imperator Henricus thesauris ampliatis instauratus, illis diebus subjugavit regnum Apuliæ sibi et Siciliæ, mortuo Tancredo, qui Willelmo regi injuste successerat. Duxerat enim in uxorem sororem Willelmi, cui regnum illud, mortuo fratre, justius debebatur. R. Wend. iii. 89.

De horribili adventu paganorum in Hispaniam.

Invasion of Spain by the Moors.

Circa dies illos rex de Marroch cum regulis xxx. et innumerabili paganorum exercitu, in quo sexdecies centum milia paganorum fuisse perhibentur, ex Affrica prorumpens, in Hyspaniam applicuit, terramque regis Petith[1] Hispaniæ, aliasque provincias exterminantes, tandem audierunt quod proposuit papa, convocato concilio, generalem crucesignationem constituere[2] contra eos, cui exercitui præesse debuerat rex Anglorum Ricardus magnanimus, cujus fama jam totum repleverat orientem, et etiam multos terruerat Affricanos, quibus nota fuit et incarceratio et deliberatio, et quod etiam regem postea Francorum coegerat retroire. Omnes igitur increduli ad propria sunt regressi. Rog. Wend. iii. 89.

Hubertus, Cantuariensis archiepiscopus, est legatus constitutus.

Hubert, abp. of Canterbury,

Per idem tempus papa Celestinus constituit Hubertum, Cantuariensem archiepiscopum, totius Angliæ. Cf. Rog. Wend. iii. 90.

[1] *Petith*] Petit, W., and so Cogg., p. 75; *dicti Petit*, B. C. In E., *Petit, Hispaniæ regis*. The Edd. read *dictæ petens*, and in ed. Wend. the last word is improperly printed *petit*, as if a verb. The sovereign referred to is Alfonso VIII., of Castille, called *Petit*, on account of his being only three years old when he became king.

[2] *constituere*] constuere, MS.

. legatum; hoc reverenter omnibus Angliæ prælatis sig- A.D. 1195.
.. nificando. appointed legate.

[*De morte Guarini, abbatis Sancti Albani, et successione abbatis Johannis.*[1]]

Cf. Rog. Wend. iii. 89.

. Hoc anno[2] obiit abbas ecclesiæ Sancti Albani ma- Death of Warin, abbat of St. Alban's.
.. gister Garinus, vir profundi pectoris et in ordine
. monastico rigidissimi, et elegantissime literati. Cui
. successit magister Johannes de Cella, vir quidem emi-
. nentissimæ literaturæ ac religionis.[3] Quorum acta, quia
. speciales exigunt tractatus, in Gestorum libro Abbatum
. Sancti Albani poterit, si voluerit diligens indagator,
. invenire.[4]

Admonetur rex Francorum resumere uxorem suam.[5]

Cf. Rog. Wend. iii. 90.

. Admonetur interim rex Francorum diligenter, auc- The king of France is admonished to take back his repudiated wife.
. toritate apostolica, ut quam repudiaverat injuste, resu-
. mat. Sin autem, tota terra sua sub certa comminatione
. supponenda foret interdicto; nec, ea vivente, aliam
. superduceret.

---

[1] This rubric is supplied from W. B. C. In F. this chapter is omitted, and in its place is inserted the letter of pope Celestin, from B. C. (ed. Wats, p. 178.)

[2] *anno*] W. B. C. add, "tertio kal. Maii" [29 April].

[3] In B. C. is added, "monachus ejusdem ecclesiæ et prior cellæ de Walingeford."

[4] *Hoc anno . . . invenire*] Added on the lower margin, and previously, on the lower margin of f. 82 *b.*, is written with a plummet, "*Secundum Ymagines* [*i.e.*, Rad. de Diceto, col. 678.], hoc anno obiit Garinus abbas; creatus est Johannes." Consult the *Vitæ Abbatum*, ap. Wats, p. 103.

[5] This chapter and the next in F. are taken also from B.C., including two letters of pope Celestin; after which is inserted, from the same source, the long apologue of Vitalis, the Venetian (ed. Wats, pp. 179, 180.) This is one of the additions made by Matth. Paris himself to Wendover in the margin of B., fol. 11 *b.*, with this remarkable rubric, "*Apologus Ricardi regis, quam abbati Sancti Albani Guarino, et ipse nobis enarravit.*"

A.D. 1195. *Fit generalis prædicatio pro negotio Terræ Sanctæ.*

Richard causes a crusade to be preached.

Diebus igitur sub eisdem, procurante rege Ricardo, qui adhuc firmiter propositum tenuerat reperegrinandi, archiepiscopus Cantuariensis H[ubertus] et apostolicæ sedis legatus fecit prædicari generaliter de cruce, concedens cruce-signatis et eorum possessionibus ecclesiæ protectionem, et eisdem plenissimam peccatorum absolutionem.

De quadam pactione facta inter reges Francorum et Anglorum.[1]

A.D. 1196. Treaty between Philip and Richard. 13 Jan.

Anno gratiæ M°.C°.XC°.VI°. rex Anglorum fuit ad Natale Domini apud Pictavim. Deinde, post festum sancti Hillarii, convenerunt ad colloquium Philippus, rex Francorum, et Ricardus, rex Anglorum, apud Loivers, ubi inter eos convenit in hunc modum: Rex Francorum quietam clamavit regi Ricardo et heredibus suis Yssoudun cum pertinentiis suis, et jus totum quod habuit in Berri et Alvernia et Wasconia. Et reddidit ei quiete castellum de Archis et comitatum de Albamarla, aliaque castella multa, quæ occupaverat post reditum suum de peregrinatione. Et rex R[icardus] quieta clamavit regi Francorum castella de Gisorcio et locis finitimis municipia. Et hæc omnia, ut rata haberentur, fidejussiones ad invicem invenerunt, et pœnam xv. milium marcarum argenti inter se communi assensu statuerunt. Procedente autem tempore, cum rex Ricardus hæc omnia prædicta pacifice possideret, et idem[2] rex Ricardus ad ulteriora et majora, scilicet ad ultionem prætactarum injuriarum aspiraret, pœnituit regem Francorum tale fecisse commercium; et magnum[3] congerens exercitum, Albam-marlam obsidione vallavit.

Rog. Wend. iii. 93.

War again breaks out between them.

---

[1] MS. F. follows the text of B. C. from this chapter to the bottom of p. 58.

[2] *idem*] Interlined.

[3] *magnum*] mangnum, MS.

Quo facto, rex Anglorum præcepit saisiri[1] in manu sua omnes res et possessiones abbatum Majoris-Monasterii, et de Cluniaco, et de Sancto Dionisio, et de Caritate, qui fidejussores erant regis Francorum super pactione memorata, scilicet, quod si rex Francorum conventionem prætaxatam non servaret, ipsi darent regi Angliæ pecuniam supradictam. Cepit interim iratus rex Francorum castellum de Alba-marla per insultum, et subvertit illud. Et rex Anglorum dedit ei tria milia marcas argenti de præfata pecunia, pro redemptione militum et servientium suorum, ut, salvis equis et armis, liberi sinerentur abire. Deinde rex Francorum cepit Nunantcurt, et rex Ricardus cepit castellum de Gamerges; et sic infelix odium cum prœlio diatim suscepit incrementum.

A.D. 1196.

Rog. Wend. iii. 94.

De morte Willelmi cum Barba, civis Londoniarum.

Eodem tempore Willelmus, cognomento[2] cum Barba,[3] qui erat de nobilissimis civibus Londoniarum originc, divitiis et ædificiis, fovens semper causam publicam justam, videlicet causam pauperum, in contribuendis regiis auxiliis et aliis extorsionibus regios exactores ad iram proinde tandem provocavit; unde appetitus ut caperetur, tandem dictus Willelmus fugit in quandam ecclesiam, scilicet Sanctæ Mariæ de Arcubus,[4] ut ea protegeretur. Regii autem ballivi, pauperum et veritatis ac pietatis adversarii, eum, igne et fumo supposito, exire coegerunt. Captus igitur et vinctus ad caudam equinam, usque ad patibulum, quod est ad Ulmetum,[5]

William with the Beard, citizen of London, is hung.

Cf. Rog. Wend. iii. 95.

fol. 83 *b*.

[1] *saisiri*] In the text, *saisiari*, but corr. in marg.

[2] *cognomento*] congnomento, MS.

[3] *Willelmus . . . cum Barba*] Willelmus filius-Osberti, W. B. C., and Diceto, col. 691; printed falsely *Roberti* in Edd.

[4] *scilicet . . . Arcubus*] Added in marg.

[5] *ad Ulmetum*] ad furcas prope Tiburcinam, W. I., which is taken from Diceto, except that the latter has *Tiburnam*.

A.D. 1196. suspensus est. Cujus quia causa bona erat, creditur a multis et affirmatur, præmio martirum non debere merito defraudari.

Hugo de Calvo-monte capitur.

Hugh de Caumont taken prisoner.

Eodem anno, facto quadam hostili congressione inter reges sæpedictos, captus est Hugo de Calvo-monte, miles strenuissimus, Ricardo regi multum nocivus et infestus, et regi Francorum carissimus et familiarissimus. Qui committitur Roberto de Ros custodiendus, sed de nocte per murum demissus, evasit. Unde rex R[icardus], usque ad amaritudinem spiritus dolens et iratus, cepit a Roberto mille et ducentas marcas pro transgressione, et Willelmum de Spineto, famulum Roberti, pro consensu patibulo jussit suspendi.

Rog. Wend. iii. 95.

Rog. Wend. iii. 96.

Philippus Pictavensis consecratur in episcopum Dunelmensem.

Philip of Poitiers consecrated bp. of Durham.

Nota.

The emperor Henry offers the ransom money of Richard to the Cistercians.

Hiis quoque diebus[1] Phillippus Pictavensis in episcopum Dunelmensem consecratur. Ipsis quoque diebus imperator Henricus ab omnibus mundi principibus, sed maxime a prælatis correptus et scandalizatus, cœpit vehementer ultionem ab hominibus vel a Deo infligendam pro redemptione et præcipue emptione[2] regis Ricardi formidare. Exemplo igitur ducis Austriæ perterritus, pœnitens legavit capitulo Cisterciensium redemptionem regis supradicti, ad calices et thurribula facienda. Abbates vero, qui omnes regem R[icardum] sibi semper devotum amaverunt, illam pecuniam tanquam rapinam execrantes, noluerunt ipsam pecuniam sub tali forma recipere. Erubuit imperator, et placuit regi R[icardo] abbatum responsio.

Rog. Wend. iii. 123.

---

[1] Philip of Poitiers was not consecrated till 20 April 1197. See "Fasti Eccles. Anglicanæ," iii. 284; and in W. and B. C. this event is entered rightly at the end of that year.

[2] *emptione*] epcione, MS.

De captione episcopi Belvacensis et Willelmi de Merlo. A.D. 1196.

R. Wend. iii. 96.

Capture of the bp. of Beauvais and William de Merlou.

Hiis ita gestis, Johannes, frater regis, cupiens famam suam restaurare, et domini regis gratiam revocare, et Marchadeus, princeps et dux ruptariorum et incendiariorum in exercitu regis R[icardi], equitationem fecerunt[1] ante civitatem Belvacensem. Ubi, dum captioni prædæ intenderent, Philippus, ejusdem civitatis episcopus, plus armis martiis quam divinæ paginæ promptus et paratus, regi tamen Francorum familiarissimus quia bellicosus, et Willelmus de Merlou, cum filio suo,[2] præstantissimus,[3] cum militibus multis et plebe armata numerosa, exierunt contra eos imperterriti; sed mox capti sunt universi, et ex vulgo pars maxima interfecta. Et eodem die processerunt ad Milium, castellum dicti episcopi, et ceperunt et subverterunt illud;[4] et sic gloriose triumphantes, regi Anglorum captivos suos præsentaverunt. Inter quos cum processisset memoratus Marchadeus, qui episcopum cum suo archidiacono in armis ceperat, et ipsos ante regem offerens ostendisset, ait ridiculose lingua sua nativa, "Pris vus[5] ai le canthathur e le respondethur," quod est dictu,[6] "Cepi vobis cantatorem et responsorem." Rex vero subridens, quia sæpe dampnificabatur per episcopum et suos, jussit ipsos armatos incarcerari. Sed cum canonici[7] Belvacenses super hoc querelam domino papæ reposuissent, scripsit dominus papa regi R[icardo] amicabiliter, ut misericorditer ageret cum eisdem, asserens ipsos incarceratos filios ac fratres suos fuisse, et ecclesiæ Romanæ familiares.[8] Rex igitur ob papalem reverentiam

The canons of Beauvais complain to the pope.

---

[1] *fccerunt*] At first written *fece*, and *runt* subsequently added.

[2] *cum filio suo*] Repeated again superfluously after *præstantissimus*, but omitted in F.

[3] *præstantissimus*] Om. F.

[4] *illud*] Interlined.

[5] *vus*] Om. F.

[6] *lingua . . . . dictu*] Added in marg., and inserted in text of F.

[7] *canonici*] canoci, MS.

[8] *familiares*] On an erasure.

A.D. 1196. jussit pondus armorum episcopi et archidiaconi, et cle-
ricorum qui cum ipsis erant,[1] in tantum alleviari, ut
Richard sends the bishop's coat of mail to the pope. loricæ eorum deponerentur. Et, missa lorica archi-
diaconi et[2] episcopi domino papæ, scripsit ei sic in-
quiens, "Vide, si tunica filii tui sit, an non?" At
papa subridens respondit, cum vidisset loricam mag-
nam et rubigine jam tinctam, "Vere, non est tunica
vel fratris vel filii mei, immo nec filii pacis vel ecclesiæ,
sed potius filii Martis; liberentur igitur talis episcopus
et sui, qui armati inveniebantur, per redemptionem ad
regis voluntatem."

De quadam mirabile visione sive revelatione facta cuidam monacho de Evesham.

Vision seen by a monk of Evesham. Circa illos dies facta est divinitus quædam mirabilis
visio sive revelatio cuidam monacho Eveshamensi, de
gaudiis paradisi, et de locis pœnalibus et purgatorio.
Quæ visio ideo plus credebatur, quia per aliquot dies
jacuit idem monachus quasi in extasi, ut nec vivus nec
mortuus judicaretur. Cujus visionis vel revelationis
quia narratio prolixa est, ipsam huic paginæ[3] non cen-
seo contexendam. Sed siquis eam, quia mirabilis est
et vera, inspicere desiderat,[4] apud Sanctum Albanum,
sicut et apud Euuesham, plenius inscriptam poterit re-
perire.[5]

---

[1] *erant*] Added on to the text.
[2] *archidiaconi et*] Added in marg.
[3] *paginæ*] pegine, MS.
[4] *desiderat*] disiderat, MS.
[5] This legend is inserted at length in Wendover, iii. 97–117, and in B. C. F. (ed. Wats, pp. 182–189.)

A.D. 1196.



Death of Henry de Champagne, king of Jerusalem.

John de Breisne succeeds.

De morte Henrici, regis Jerosolimitani.[1]

Rog. Wend. iii. 117.

Eodem tempore Henricus de Campania, rex Jerosolimitanus, qui regi Guidoni successerat, de fenestra eminentiori cujusdam cœnaculi in plateæ pavimentum corruens, fractis cervicibus,[2] expiravit. Cui successit per electionem Johannes de Breisnes,[3] miles peritus et illustris.

Rex Ricardus nuncios misit Romam contra archiepiscopum Rothomagensem.

Rog. Wend. iii. 118.

A.D. 1197. Richard complains to the pope of the interdict laid on Normandy.

Anno gratiæ M°.C°.XC°.VII°. rex Anglorum Ricardus fuit in Normannia apud Barum, nimia confusus angustia, ex quod archiepiscopus Rothomagensis in Normanniam sententiam tulerat interdicti. Jacebant enim corpora defunctorum insepulta per plateas civitatum, quæ viventibus fœtorem incusserunt. Misit ergo rex Willelmum, Elyensem episcopum, cancellarium suum, episcoposque Dunelmensem et Lixoviensem, ad curiam Romanam, ut causam suam defenderent contra archiepiscopum memoratum; sed Willelmus, episcopus Elyensis, Romam tendens, apud Pictavim diem clausit extremum. Socii autem ejus, episcopi scilicet supradicti, iter propositum expedientes, Romam pervenerunt. Convenientibus autem partibus in præsentia papæ, illisque diligenter auditis, dederunt archiepiscopo consilium, ut domino suo regi amicabiliter componeret, et ab eo susciperet sufficientem ablatorum recompensationem. Quod

¶ *Obiit Elyensis episcopus.*

---

[1] In the margin is drawn in trick the shield of arms of Jerusalem, reversed, with a crown beneath.

[2] *cervicibus*] cervibus, MS.

[3] Jehan de Breisne or Brienne did not succeed to the throne of Jerusalem till 1210. On the death of Henry de Champagne in 1197, Amauri II., king of Cyprus, was elected, who had married the widow of Henry. See "L'Art de Vérifier les Dates," i. 451.

A.D. 1197. Composition between the king and the archbishop of Rouen.

et prudenter est consummatum. Nam pro escambio, videlicet pro villa de Andeli et quibusdam aliis locis adjacentibus, quæ omnia ceperat rex super archiepiscopum, ut ibidem firmatis castris infirmiora[1] terræ roboraret, recepit idem archiepiscopus omnia molendina quæ regis fuerant apud Rothomagum, cum omni sequela sua, et villam de Diepe, et villam de Buceles,[2] cum omnibus suis libertatibus. Factum est autem hoc anno gratiæ M.C.XC.VII., anno regni regis Ricardi vii°.

Cf. Rog. Wend. iii. 119, 120.

Rog. Wend. iii. 121.

Floruit Fulco, prædicator eximius.

Fulk, a preacher in France, endeavours to abolish usury.

Diebus autem sub eisdem quidam prædicator eximius, Fulco nomine, in Gallia floruit, pro quo Dominus palam virtutes operari dignatus est. Iste usuram in Francorum, maxime in Flandriæ, partibus[3] conatus est exstirpare, quæ ex partibus Ytalicis veniens, partes Cisalpinas infecerat.

fol. 84 *a*.

The abbat of Flai sent into England.

Consilio etiam illius est missus in Angliam eodem tempore ad prædicandum abbas de Flai, qui mercaturas, dominicis diebus quæ exerceri[4] solent, delevit.

Robert of Shrewsbury consecrated bp. of Bangor.

Eodem etiam tempore Robertus de Salopesbire[5] consecratus est in episcopum de Bangor.[6]

Quid rex Ricardus fecerit apud Sanctum Valericum.

Richard destroys the town of S. Valeri.

Tempore quoque sub eodem suggestum est regi Ricardo, quod naves ex Anglia venire consueverant apud Sanctum Walericum, ad deferendum victualia regi Francorum et aliis inimicis suis, nec super hoc[7] redarguti incolæ hoc emendare curaverunt. Facta igitur illuc equitatione, villam combussit, monachos destruxit,

Rog. Wend. iii. 121.

---

[1] *infirmiora*] imfirmiora, MS.

[2] *Buceles*] Buteiles, W. B. C.

[3] *Flandriæ partibus*] On an erasure.

[4] *exerceri*] excerceri, MS.

[5] *Salopesbire*] Salepesbires, MS.

[6] In F. is inserted here the legend of Richard with the knight and crucifix, which in Wendover, iv. 234–237, and B. C. (ed. Wats, p. 373) is found under the year 1232.

[7] *hoc*] Interlined.

feretrum sancti Walerici cum reliquiis transvexit in Normanniam. In portu autem illo naves victualibus onustas combussit, nautas suspendi præcepit, victualia militibus suis egentibus distribuit. A.D. 1197.

Ut rex Ricardus comitem Flandriæ et alios sibi obligaverit.

Rog. Wend. iii. 121.

Per idem tempus rex Ricardus, datis caute muneribus, multos de regno Francorum potentes in sui favorem allexit. Baldewino quippe, comiti Flandriæ, pro auxilio suo v. milia marcas argenti contulit, et ejus[1] homagium, cum juramento et fidei interpositione et obsidibus, accepit. Willelmus Crepin, vir potens et ingeniosus, constabularius de Augi, regi Ricardo castellum idem tradidit, quod rex statim optime communivit. Campani cum Britonibus, relicto rege Francorum, regi Ricardo adhæserunt. Imminebat[2] enim eis pro certo, quod in brevi per omnia triumphaturus foret rex Ricardus imperterritus;[3] secundum igitur illud poeticum,

He gains over the count of Flanders and others.

The castle of Eu given up to him.

The Champenois and Bretons adhere to Richard.

"Mobile versatur semper cum principe vulgus."[4]

Rex Ricardus x. castella regis Francorum cepit indistanter.

Rog. Wend. iii. 122.

Et dum hæc fierent, rex Anglorum R[icardus] in Alverniam hostiliter progrediens, decem castella regis Francorum indistanter et hominum maximam cepit multitudinem. Sed antequam rediret in Normanniam, rex Francorum cepit Dango castellum, concessis militibus in ejus præsidio existentibus vita, membris, equis et armis, pro[5] l. marcis argenti. Rex autem castellum retinuit, et illud communivit.

Richard takes some castles in Auvergne.

The castle of Dangu surrendered to Philip.

---

[1] *ejus*] Interlined.

[2] *Imminebat*] Iminebat, MS.

[3] *imperterritus*] imperteritus, MS.

[4] Apparently altered from Ovid. Trist., i. 9, 13.

[5] *pro*] et, MS. and F. Corr. from W. B. C.

A.D. 1197. *Ut rex Francorum in arcto positus fuerit in Flandria.*

Siege of the castle of Arras raised by the count of Flanders.

Interea comes Flandriæ castellum de Arraz obsedit, quo audito, rex Francorum cum magno exercitu venit Atrabatum properanter. Comes autem, obsidione relicta, abiit in terram suam, insequente rege Francorum. Cum autem rex longius processisset inter paludes et recessus maris, comes infregit pontes et aquæductus fecit aperire, ita quidem quod rex neque procedere valuit nec redire, nec ad eundem poterant deferri victualia. Tunc rex nimis in arcto constitutus, comiti humiliter significavit, quod ea intentione illuc venerat, ut cum eo vel amicabiliter componeret, vel demum a fidelitate regis Anglorum revocaret. Nunciavit insuper ei, quod ligius homo ejus erat, et unus de xii, paribus; unde nec debuit nec decuit illum coronam Franciæ usque ad confusionem impugnare. Comitis igitur cor est[1] ad misericordiam inclinatum, sed tamen antequam comes ei licentiam concederet abeundi, juravit rex, quod tam ipsi comiti quam regi Anglorum omnia quæ per guerram occupaverat castella, aliaque jura sua, eis sine alicujus contradictionis obstaculo vel aliqua difficultate vel moræ dispendio restitueret. Ad hujus autem pacti executionem statuit diem, ut tam ipse quam rex Anglorum venirent ad colloquium inter Wailum et Andeliacum,[2] feria iiii[a]. post Exaltationem [sanctæ][3] Crucis. Et sic liberatus a captione comitis, rex lætus ad propria remeavit. Reversus autem Parisius consilium habuit a suis, ut a pacto resiliret; non enim ad observationem juramenti, ut dixerunt, quod in tali articulo et informidine, quæ in constantem cadere poterat, et quasi coactus fecerat et invitus, tenebatur obligatus.

Rog. Wend. iii. 122.

The king of France is compelled to accept terms from the count.

Meeting appointed between Philip and Richard. 14 Sept.

Rog. Wend. iii. 123.

---

[1] *est*] Interlined.

[2] *Andeliacum*] Adeliacum, MS.

[3] *sanctæ*] Supplied from W. B. C.

De quibusdam constitutionibus regis Ricardi.

A.D. 1197. Laws enacted for uniform measures. 22 Nov.

Rog. Wend. iii. 123. Eodem anno constitutum est a rege Ricardo, ad instantiam H[uberti], Cantuariensis archiepiscopi et Angliæ justiciarii, die sancti Edmundi apud Westmonasterium, ut omnes mensuræ per totam Angliam in bladis et leguminibus, tam in civitatibus quam extra, ejusdem sint quantitatis, et maxime mensura celiæ,[1] vini, et pondera[2] mercatorum. Constitutum est etiam, ut lanei panni, ubicunque in regno[3] fiant, duas ulnas habeant latitudinis infra lisuras, et sint in medio et lateribus ejusdem bonitatis. Statutum est insuper, ne quis[4] mercator prætendet seldæ suæ rubeos vel nigros pannos, vel aliquid aliud, unde visus ementium decipiatur. Exiit præterea edictum, quod nulla tinctura, nisi solummodo nigra, fiat alicubi in regno, nisi in capitalibus civitatibus aut burgis. Et si quis in aliquo istorum transgressor convictus fuerit, corpus illius capiatur et incarceretur, et omnia quæ ejus sunt cedant in commodum[5] fisci.

Ut Otho in regem Alemanniæ coronatus fuerit.[6]

A.D. 1198. Coronation of Otho, king of Germany.

Rog. Wend. iii. 124. Anno gratiæ M°.C°.XC°.VIII°., qui est annus regis Ricardi regnantis[7] nonus, procurante eodem rege, Otho, nepos ejus, Aquisgrani in regem Alemanniæ sive Germanniæ coronatus est; qui statim filiam ducis Lovaniæ uxorem ducens, in die coronationis suæ sedit simul cum ea in cathedra ad mensam, non tamen coronata.

Scutum Ottonis imperatoris, cujus medietas de scuto est Imperii, alia vero de scuto regis Angliæ.

[1] *celiæ*] So also, correctly, W. *pr. m.*, B. F. I.; *celii*, W. *sec. m.* In C., falsely, *ceræ*, and in Edd. *olei.*

[2] *pondera*] So all the MSS., but corrected *ponderum* in Edd. and ed. Wend.

[3] *regno*] rengno, MS.

[4] *quis*] After this word is added *pannos* in the margin, and in the text of F., but it is superfluous.

[5] *commodum*] comodum, MS.

[6] In the margin is drawn, in trick, the shield of Otho, *viz.*, on the dexter half, [gules,] three lions passant-gardant [or], impaling [sable], an eagle displayed [or], dimidiated on both sides; with a crown above.

[7] *regnantis nonus*] At first, *nonus regnantis*, but marked to be transposed.

A.D. 1198. *Mortuo Celestino papa, successit Innocentius.*

Death of pope Celestin III. 22 Feb. Innocent III. succeeds. Origin of the Jacobites. The physician of the king of France gives them a house at Paris. Rules of the Order.

Eodem anno, defuncto papa Celestino,[1] successit Innocentius III^us., in die Cathedræ sancti Petri consecratus. Cujus favore exortum est in Ytalia novum genus prædicatorum, qui Jacobitæ jam appellantur, eo quod vitam apostolicam cœperunt imitari. Quod nomen in principio subarratum, tunc demum cœpit eis adhærere, cum magister Johannes, regis Francorum phisicus, natione Anglicus et de pago Sancti Albani oriundus, eisdem prædicatoribus mansionem suam dedit, quam peregrinis hospitium quærentibus Parisius assignaverat; quæ domus Sancti Jacobi fuerat appellatum; unde Jacobitæ ipsi prædicatores hodie appellantur.[2] Isti victu ac vestitu satis tenues,[3] aurum et argentum, vel aliud quid proprium non possidentes, ibant per civitates et vicos et castella verbum evangelii[4] prædicantes. Multiplicati sunt[5] autem in brevi per orbem universum, propter spontaneam quam professi sunt paupertatem; habitantes deni vel septeni simul in urbibus capitalibus, nihil[6] de crastino cogitantes, nec quicquam usque ad mane reservantes. De evangelio[7] quoque, juxta regulam apostolicam vivebant, et si quid in mensa sibi in reliquiis ex elemosinarum largitione supererat, continuo pauperibus erogabant. Ibant autem calciati in præparatione evangelii, vestiti dormiebant, mattis pro stratu utebantur, saccis cervicalibus capitibus subnixis. Rog. Wend. iii. 124. fol. 84 *b*.

---

[1] *Celestino*] Here is added in the margin, *ut prætactum est*, but these words are omitted in F. and are erroneous.

[2] *quæ domus . . . appellantur*] Added in marg., and in text of F.

[3] *tenues*] tenui, W. B. *pr. m.*, I.

[4] *evangelii*] ewangelii, MS., here and below.

[5] *sunt*] Interlined.

[6] *nihil*] nichil, MS., and so elsewhere.

[7] *evangelio*] euuangelio, MS.

[8] *mattis pro stratu*] In W. I. written falsely *matris prostratu*, and so printed in ed. Wend. In Edd. of Matthew Paris, *mattis prostratis*.

De pœnitentia Hugonis de Nunant, episcopi Cestrensis. A.D. 1198.

Cf. Rog. Wend. iii. 125.

Death-bed penitence of Hugh de Nunant, bp. of Chester.

Eodem anno Hugo de Nunant, episcopus Cestrensis sive Coventrensis, in Normannia[1] graviter cœpit infirmari[2] usque ad mortem. Convocatis igitur amicis quoscunque poterat, confessus est[3] se multa peccata perpetrasse; sed unum[4] plus sibi timebat, quod, amotis monachis Coventrensibus, clericos substituerat,[5] qui vagi et mendicantes, sibi ut potuerant consulebant. Et cum hæsitassent audientes, quid ideo injungerent ei, dixit episcopus, "Scio, quod propter facti enormitatem quid injungatis pœnitentiæ dubitatis. Postulo Dominum Deum meum justum et misericordem, ut sim in purgatorio usque ad diem judicii, ut saltem tunc salver."

Cf. Rog. Wend. iii. 126, 127.

Dixitque abbati de Becco, qui ibi erat, "Obsecro, ut concedas mihi, ut moriar in habitu vestro, in diaboli confusionem, cujus instinctu prædicta perpetravi, et in monastici ordinis honorem." Et sic, legatis omnibus et datis pauperibus, accepto salutis viatico, et inunctus rite infirmorum oleo, Domini invocans misericordiam spiritum reddidit. Quod, procurantibus qui huic eventui intererant, simul cum monachis expulsis, cum domino papæ innotuerant, præcepit ut, expulsis clericis secularibus, qui jam dissolute et enormiter vivebant, monachi revocarentur. Et quoniam prior illius loci, monachis exulantibus, defunctus jam fuerat, archiepiscopus Cantuariensis H[ubertus], qui executionem introductionis a papa acceperat, præfecit eis priorem nomine Joibertum, natione Normannum, qui propter eminentiam prudentiæ secularis tres prioratus, de Daventre, de Weneloc, et de Bermundeseia, susceperat ad regendum. Qui continuo cum consilio monachorum de electione episcopi tractare incipiens, communi deliberatione Gaufridum de Muschamp elegerunt.

The pope orders the monks to be restored to Coventry.

Rog. Wend. iii. 128.

Joibert appointed their prior.

Geoffrey de Muschamp elected bishop of Coventry.

[1] *Normannia*] Normamania, MS.

[2] *infirmari*] imfirmari, MS.

[3] *est*] Interlined.

[4] *unum*] uñ, MS. It may also be read *unde*, as in F.

[5] *substituerat*] At first written *substituit*.

A.D. 1198.

De consecratione quorumdam episcoporum.[1]

Consecration of the bishops of Ely and Coventry.

Per idem tempus, Dominica qua cantatur "Lætare Jerusalem," Eustachius, Saresbiriensis decanus, Elyensis episcopatus munus [consecrationis][2] accepit, per manum H[uberti], Cantuariensis archiepiscopi, apud Westmonasterium. Deinde Gaufridus, Coventrensis electus, ab eodem archiepiscopo consecratus est xi°. kalendas Julii. Quo etiam tempore, scilicet idus Maii, pluit sanguis undatim super ædificantes turrim apud Andeliacum in Normannia, mortem, ut creditur, regis Ricardi denuncians in brevi futuram. Hiis quoque diebus Gaufridus, Eboracensis archiepiscopus, regi Ricardo et fratri suo in Normannia pacificatus est. Erat enim commotus in eum, propter dejectionem cancellarii sui W[illelmi], dum idem rex ab imperatore in vinculis teneretur.

Rog. Wend. iii. 128.

8 March.

21 June.

15 May. Shower of blood at Andeli.

Geoffrey, abp. of York, is reconciled to king Richard.

H[ubertus], Cantuariensis archiepiscopus, ab officio justiciariæ amotus est.

Dissension between abp. Hubert, and the monks of the Holy Trinity, Canterbury.

Circa dies illos[3] surrexit dissensio inter archiepiscopum Contuariensem H[ubertum] et monachos Sanctæ Trinitatis Cantuariæ, propter ecclesiam, quam tamen capellam idem archiepiscopus ad[4] cautelam appellavit, Londoniis apud Lamhethiam. Timebant enim monachi, quia hoc passim dicebatur, et etiam ipse archiepiscopus hoc comminando asseruerat, ne sedem illuc transferret cathedralem, et, quod pejus erat, in contemptum et obprobrium totius ordinis monastici, dejectis monachis, illuc canonicos institueret seculares. Quod non sine[5] injuria multiplici, ingratitudine quoque eligentium, sanctorum quoque in ecclesia Cantuariensi plurimorum,

Rog. Wend. iii. 128.

Rog. Wend. iii. 129.

---

[1] In the margin are sketched three small crosiers.

[2] *consecrationis*] Supplied from W. B. C.

[3] *illos*] Interlined.

[4] *ad*] On an erasure.

[5] *Quod non sine*] On an erasure.

. qui monachi extiterunt, fieret, si ad finem optatum A.D. 1198.
. propositum perduceretur. Unde monachi Romam profecti, Innocentio papæ graviter conquesti sunt, quod scilicet archiepiscopus, contra ordinem dignitatis suæ, gerebat se justiciarium Angliæ et judicem sanguinis, ita quod, omissis ecclesiasticis negotiis, secularibus plus . æquo intendebat, contra Deum et justitiam, et consi- . lium apostoli dicentis, "Nemo Deo [1] militans, implicet . se [2] negotiis secularibus." [3] Imposuerunt insuper ei, quod ex illius mandato fuerat ecclesia Sanctæ Mariæ de Archis Londoniis enormiter violata, et Willelmus . cum Barba, nobilis civis Londoniensis, justus et con- . stans, cujus persecutionis causam constat esse justam, . ab illa violenter extractus et suffumigatus, et tractus . ad equinam caudam, miserabiliter, ad obprobrium . totius civitatis Londoniarum, ad patibulum suspensus est. Sicque monachi amarefacti, multo ibidem ære . effuso, quod dominus papa, licet de oblationibus pauperum super tumbam beati Thomæ colligeretur, non refutavit, famam archiepiscopi non mediocriter denigrarunt. . De capellæ autem injuria exauditi bene fuerunt.[4] Hiis igitur papa auditis, regi Anglorum dedit in mandatis, quatinus statim, visis literis, sub pœna interdicti præfatum archiepiscopum ab officio justiciariæ removeret, præcipue cum non liceat episcopis negotiis secularibus implicari. Amoto igitur archiepiscopo, rex Ricardus Gaufridum filium-Petri, virum fidelem et discretum, . subrogavit. Insuper dominus papa temerarium de ca- . pella[5] propositum archiepiscopi, de quo supradictum est,[6] modeste refrenavit.

The pope orders Richard to remove the abp. from the post of justiciary.

Geoffrey Fitz-Peter is put in his place.

---

[1] *Deo*] Added in marg.
[2] *se*] Interlined.
[3] 2 Ep. Tim. ii. 4.
[4] *De capellæ . . . fuerunt*] Added in marg., and is in text of F.
[5] *de capella*] Added on to the text.
[6] *est*] Interlined.

A.D. 1198. *De prœlio campestri inter Anglos et Walenses.*

Geoffrey Fitz-Peter assembles forces against the Welsh.

Eodem tempore, rege Ricardo in partibus transmarinis prœliis intendente, Galfridus filius-Petri, justiciarius, magno exercitu congregato, profectus est in Walliam, ad succurrendum hominibus Willelmi de Brause, quos Wenunwen obsederat in castro Matildis. Quo cum pervenisset, congregati sunt omnes fere Walenses Walliæ, conjurantes ad invicem constanter stare, quamdiu[1] vita in pectoribus palpitaret, pro causa eorum et terræ suæ libertatibus contra Anglorum protervitatem. Et cum contra Anglorum exercitum densissimum cornu in fronte constituissent, advenit cum suis aciebus militari disciplina ordinatis ipse P.[2] justiciarius, qui erat miles strenuus et circumspectus, contra eos dimicaturus. Et cum alacriter suas acies animando persuasisset, ut aliquis animosus præiret,[3] densitatem initialem adversantis exercitus dissipaturus, respondit quidam de servientibus suis, nomine Walterus de Hamme, de Trumpintona oriundus, dicens palam ipsi justiciario[4] et suis primatibus, "Absit, domine, ut aliquis nobilis et famosus miles sponte periturus, tam ancipiti se supponat periculo, neque decet aut expedit, ut aliquis magnus vitæ suæ prodigus existat. Sed de me, vestro paupere serviente, non est magnum dampnum si peream, nec multum exultabunt de casu meo inimici." Et, hoc dicto, non expectans responsum, equum, quem habuit præelectum, utroque latere cruentans, demissa hasta, unum in fronte exercitus, qui videbatur omnium præstantior, insanabiliter vulneratum præcipitavit. Et post hunc, primum obvium, virtute equi et assessoris strenuitate, cum ipso equo contritum et omnibus membris dissipatum pro-

Rog. Wend. iii. 129.

Bravery of Walter de Hamme.

fol. 85 *a*.

[1] *quamdiu*] Partly in marg. and partly on erasure.

[2] *P.*] So in MS. and F., but we should read *Galfridus filius-Petri*. In E., *Petri filius*.

[3] *præiret*] The first three letters are on an erasure.

[4] *justiciario*] justiario, MS.

. stravit in cumulum. Et tertium truculenter per galeam A.D. 1198.
. arreptum adeo læsit contorquendo, ut seminecem [1] re-
. linqueret et inutilum. Et, hiis factis, respexit inse-
. quentes clamans, "Regales, regales, appropinquate,
. ferite, ferite, triumphavimus!" Et antequam hæc
. dixisset, dissipato Walensium agmine, subintravit cornu
. primum Anglorum invadentium, et hostes a dextris [2]
R. Wend. iii. 130. · et a sinistris ab illis ceciderunt trucidati. Walenses
· igitur Anglis minime valentes resistere exeuntibus ob-
· sessis contra eos, arma sua projiciunt,[3] et duplici con-
. tritione compressi, insequentium scilicet et obviorum,
. citius fugiendo avolant, sese in notis latibulis recipien-
. tes; quos Angli insequentes, multos ex illis trucidarunt.
Occisi autem referuntur ex Walensibus in illo conflictu
tria milia septingenti armatorum, exceptis retentis et
letaliter vulneratis. Et, quod admirandum fuit, ex
Anglis unus solummodo, a quodam socio suo, ex ictu
. sagittæ inopinato vulneratus interiit. Prædictus autem
. Walterus serviens in uno pedum saucius, vix per viii°.
. dies ipso vulnusculo claudicavit, sed ab ipso tempore
. omnibus diebus vitæ justiciario ipsi familiaris, in hono-
. rabilibus clientelis fideliter ministravit.

Flight and slaughter of the Welsh.

Qualiter rex Ricardus, facto congressu cum rege Francorum, ceperit xx^ti. milites electos.

Rog. Wend. iii. 130. Per idem tempus rex Francorum Philippus et rex Anglorum Ricardus congressi sunt inter Games [4] et Vernonem. In quo congressu rex Francorum et sui per fugam sibi consulentes rapido equorum cursu, Vernonem pro refugio petierunt. Sed antequam castellum ingredi potuissent, rex Ricardus eos in ore gladii insecutus,

Richard defeats Philip near Vernon.

---

[1] *seminecem*] In the text *seminem*, but *nem* expuncted, and *necem* added in marg.

[2] *a dextris*] On an erasure.

[3] *projiciunt*] proiciunt, MS.

[4] *Games*] So also W. B. C. E. F., but *Gameges*, Hoveden, p. 781. See previously, p. 57.

A.D. 1198. cepit ex eis xx. milites præelectos, qui vix fugere dig-. nabantur, unde ultimi fuerunt in fuga, et servientes. plusquam lx.

Obiit Londoniensis[1] [*episcopus*].[2]

Death of Richard, bp. of London. 10 Sept.

Eodem tempore Ricardus, Londoniensis[1] episcopus, naturæ debita persolvit, iiii°. idus Septembris. Rog. Wend. iii. 130.

De quadam regis Ricardi victoria.

Richard gains the victory over Philip at Gisors.

Circa hos denique dies rex Ricardus, omnibus viribus congregatis, cepit per insultum tria castella super regem Francorum, Siresfontanum videlicet, Burtiz,[3] et castrum de Curceles. Rex autem Francorum cum militibus quadringentis et servientibus multo pluribus et omnibus communis[4] suis de Mantua exiens, profectus est ad succurrendum castro de Curceles, quod nondum credidit esse captum. Quod cum audisset per exploratores suos rex Ricardus, venit ex adverso ei obviam, et inter Curceles et Gisorcium campestre cum illo prœlium commisit. In hoc autem congressu rex Francorum, pondus prœlii ferre non valens, coactus cum suis ad Gisorcium scilicet castellum aufugit. Et cum fugiendo pontem Gisorcii ascendissent fugientes, confractus est pons præ multitudine transeuntium, et ipse rex cum equo et armis cecidit in flumen de Eethe, cum aliis innumeris de regno Francorum. Ubi rex ipse in cœno jacens volutatus ridiculose ac periculose, a mortis discrimine vix est ereptus; quia[5] interea acies quædam de Francigenis electissima, ut dominus eorum per fugam liberius sibi consuleret, reversi de

Rog. Wend. iii. 130.

Rog. Wend. iii. 131.

Philip falls into the river Epte, and is saved with difficulty.

---

[1] *Londoniensis*] Lincolniensis, MS., and so E. F. Corr. from W. B. C.

[2] *episcopus*] Supplied from F.

[3] *Burtiz*] So C.; Buzi, E.; but Burriz, W. B. I., and Dic., col. 704, Hoved. p. 782.

[4] *communis*] So in all the MSS., but corrected *communibus* in Edd. and ed. Wend.

[5] *quia*] sed, W. B. C.

fronte contra regem Ricardum, impetum in eum fecerunt acerrimum, sese pro domini sui ereptione mortis periculo, more Francigenarum, sponte exponendo.[1] Tunc bellum utrobique accenditur cruentissimum, enses fulminant circa capita galeata, ignibus emicantibus galeæ tinniunt, lancearum rigor hostes hinc inde prosternit,[2] fabulis vacare non est locus; nec furor cessavit accensus, donec rex Anglorum aciem præfatam in se conversam sub captione conclusit. In quo conflictu rex Ricardus tres electos milites, Mathæum scilicet de Monte-Morcino,[3] Alanum de Ruscy, et Fulconem de Gilervallis, ab equis prostravit et cepit; et cum eis quamplures de nobilioribus regni Francorum, barones et milites nominatissimos, quorum nomina in Historia Normannorum[4] plenius annotantur. Et præter eos, milites centum stipendiarios equosque ferro coopertos ducentos, servientes autem equites et pedites circiter mille. Hiis ita gestis, victoriosissimus rex Anglorum Ricardus invitavit ad epulas amicos suos et consortes in conflictu, per tres dies fatigatos;[5] direxitque epistolas ad omnes prælatos Angliæ, ut Deum glorificarent, gratias Deo exercituum persolvendo, qui talem ac tam gloriosum sibi concessit indigno ab hostibus triumphum reportare. Commilitonibus autem pretiosa distribuit donativa, ut essent consortes retributionis, qui fuerunt participes tribulationis.

A.D. 1198.

The conflict is renewed.

Personal prowess of Richard.

Nobles of France slain or captured.

Rog. Wend. iii. 132.

Letters written to the English prelates, to notify the victory.

---

[1] *sponte exponendo*] Partly on an erasure.

[2] *prosternit*] prosternunt, MS. and F. Corr. from W. B. C. In Edd. and ed. Wend. *prostravit.*

[3] *Monte-morcino*] Monte-mortuo, E.; Mommorenci, Hoveden, p. 782.

[4] *quorum . . . . Normannorum*] These words are written on a slip of parchment pasted over an erasure, (but which can still be partially read, *quorum nomine in libro . . . . . ani,*) and are copied in F. The names are given at length in W. B. C., and in Hoveden, p. 782.

[5] *fatigatos*] Added on to the text.

A.D. 1198. *De treugis inter Francorum et Anglorum reges statutis.*

Philip applies to the pope, to make terms of peace.

Videns igitur rex Francorum Philippus vires regis Anglorum diatim succrescere, propriasque paulatim deficere, necessitate compulsus nuncios latenter ad summum pontificem destinavit, proponens per procuratores suos se velle libenter [1] componere, vel per treugas belli discrimen ad tempus differre, ut per inducias ipsius auctoritate firmatas, cruce-signati utriusque regni vota suæ peregrinationis Deo persolvere, et Terram Promissionis ab hostibus Christi potenter liberare potuissent. Et, ut hoc stabilius fieret, postulavit, ut aliquem cardinalem destinaret cum potestate plenaria ad partes occidentis, qui posset, si necessitas cogeret, per sententiam vel interdictum in alterutrum animadvertere, quem ad concordiam et pacem rebellem inveniret. Rog.Wend. iii. 132. Rog.Wend. iii. 133.

Cardinal Peter of Capua is sent for that purpose.

Misso igitur ad hoc Petro de Capua, cum rex Ricardus multa rationabiliter objiciendo [2] respondisset, ipse cardinalis, rege Anglorum seorsum advocato, recognovit [3] ei sub sigillo confessionis secretissimæ, quod ad instantiam ipsius regis Francorum missus fuerat a papa, ut inter eos prudenter componeret. Rog.Wend. iii. 134.

Richard yields to the cardinal's persuasion.

Dedit igitur regi R[icardo] consilium, precibus adjunctis, ut hac vice petitionibus domini papæ mitis ac deprecabilis adquiesceret, sciturus pro certo, quod dominus papa ipsum de omnibus suis agendis propensius exaudiret. Commota sunt igitur viscera regis piissimi Ricardi, ex quo audivit quod rex Francorum sese licet compulsus humiliavit, pacis quærens diverticula.[4] Promotionem insuper Othonis, nepotis sui, nuper in regem Alemannorum coronati [5] affectaverat. Ut igitur faciliorem haberet a papa ad imperialem consecrationem accessum, omnium victus precibus adquievit. Reges igitur in unum con-

[1] *libenter*] After this word W. B. C. add, "cum rege Anglorum."
[2] *objiciendo*] obiciendo, MS.
[3] *recognovit*] recongnovit, MS.
[4] *diverticula*] divercula, MS. and F.
[5] *coronati*] coronari, MS.

fol. 85 *b*. venientes, treugas tali pactione juraverunt quinquennes, quod homines utriusque regni et mercatores per terras alterutras et nundinas pacifice ire et redire, emere simul et vendere, potuissent. Quo facto, rex Anglorum abbatem Certeshciensem et Reimundum, monachum Sancti Albani, qui eidem pro variis negotiis ecclesiæ suæ ad regem transmissus fuerat in Normanniam, Romam misit, ut ibidem negotia prælocuta perducerent ad effectum. Ad hæc autem negotia perficienda cepit rex de unaquaque carucata terræ suæ hida [1] totius Angliæ v. solidos de auxilio. Et tunc fecit rex fraudem [2] de consilio iniquorum; finxit se amisisse [3] sigillum, et fecit aliud fabricari, et ubique acclamari, quod, perdito sigillo suo, novum fecerat; et quicunque vellet prius concessa perpetuare, ad novum sigillum veniret, et, data pecunia, eo faceret roborari; sin autem, pro nulla carta haberetur. Et, hac inventa cavillatione, infinitam extorsit pecuniam.[4] Circa festum sancti Michaelis mutatæ sunt cartæ, quas prius fecerat rex Ricardus, novo sigillo suo.

A.D. 1198. A truce of five years concluded.

The abbat of Chertsey, and Reimund of St. Alban's, sent to Rome.

Nota subdolum consilium G[alfridi] filii-Petri, justiciarii.

Fraud practised by the king in making a new seal. 29 Sept. *Nota.*

Ut H[ubertus], Cantuariensis archiepiscopus, ecclesiam de Lamheia complanaverit.

Rog. Wend. iii. 134. Rog. Wend. iii. 135. Anno gratiæ M°.C°.XC°.IX°. H[ubertus], Cantuariensis archiepiscopus, ecclesiam quam Baldewinus, prædecessor suus, in honore beati Thomæ fundaverat, procurantibus monachis Cantuariensibus, summoque pontifice imperante, propriis sumptibus nolens volens, ad sui et multorum ignominiam, complanavit.

A.D. 1199. Abp. Hubert pulls down the church at Lambeth.

---

[1] *hida*] So W. B. C. F. I., but in Hoveden, p. 778, (from whom the passage is borrowed,) *sive hida*, which the sense requires.

[2] *fraudem*] Before this word there is an erasure of some letters, apparently, *hanc*.

[3] *amisisse*] amisse, MS.

[4] *Et tunc . . . pecuniam*] Added in marg., and inserted in text of F.

A.D. 1199. *De lugubri morte regis Ricardi.*

Richard subdues the rebellious nobles in Poitou.

Eodem tempore, statutis, ut dictum est, treugis inter reges, rex Ricardus quosdam barones Pictaviæ sibi rebelles potenter expugnavit, cepit et incarceravit, et quosdam trucidavit. Tandem in Aquitannicum ducatum perveniens, in territorio[1] Limozinico,[2] Chaluz[3] castellum obsidione vallavit; ubi vii°. kalendas Aprilis a Petro Basilii telo, ut dicebatur, venenato percussus est, quam percussionem quasi pro nihilo reputans, comedebat et bibebat pro indifferenti apposita. Denique diebus xii., quibus supervixit, castellum acriter invasit, et tandem violenter cepit, militesque et servientes sub arctiori custodia mancipavit. Impositis autem in castello ministris suis, illud sufficienter munivit. Vulnus autem, quod ibidem receperat, male interim custoditum tumescere incipiens nigrescebat, regemque torquere cœpit intolerabiliter. Tandem, cum periculum sibi cerneret imminere,[4] confessione et corporis Dominici communione se communivit, mortemque suam auctori condonavit, atque liberatum a vinculis abire præcepit. Corpus vero suum delegavit[5] apud Fontem-Ebraudi,[6] secus pedes patris sui, cujus proditorem se fuisse confitebatur, jubens illud[7] sepeliri. Ecclesiæ Rothomagensi inexpugnabile cor suum legavit. Sicque apud castrum præfatum viscera sua in ecclesia recondi præcipiens, hoc pro munere Pictavensibus concessit.[8] Quare igitur de corpore suo talem fieri distributionem decrevit, quibusdam familiaribus suis sub secreti sigillo revelavit. Patri enim corpus suum ratione prædicta

He is mortally wounded at the siege of Chaluz. 26 Mar.

Rog. Wend. iii. 135.

Rog. Wend. iii. 136.

Testamentary dispositions of Richard.

Corona et clipeus regis Ricardi spiculati.

[1] *territorio*] terriritorio, MS.

[2] *Limoziniaco*] Lemovico, W. B. C.

[3] *Chaluz*] Claluz, MS.

[4] *imminere*] iminere, MS.

[5] *delegavit*] Added in marg.

[6] *Fontem - Ebraudi*] Fontem-Ebrauli, MS.

[7] *illud*] Interlined.

[8] In the margin is drawn the shield of Richard, reversed, with a crown beneath. To the point of the shield is joined a cross-bow, strung, with an arrow in the notch.

assignavit; Rothomagensibus, propter incomparabilem[1] fidelitatem, quam in eis expertus fuerat, cor suum pro exenio transmisit; Pictavensibus quoque, propter notam proditionis, stercora sua dereliquit, quos non alia sui corporis portione dignos judicavit. Et, hiis dictis, tumore ad cor ejus subito penetrante, viii°.[2] idus Aprilis, die Martis, vir martius apud castrum prædictum spiritum exhalavit.[3] Sepultus est autem apud Fontem-Ebraudi, sicut ipse adhuc vivens ordinaverat. De cujus morte simul et sepultura quidam epitaphium[4] edidit in hunc modum : A.D. 1199. His death. 6 April.

Epitaphs on him.

"Pictavis exta ducis sepelit, tellusque Calucis,
Corpus dat claudi, sub marmore Fontis-Ebraudi,
Neustria, tuque tegis[5] cor inexpugnabile regis;
Sic loca per trina se sparsit tanta ruina,
Nec fuit hoc funus, cui sufficeret locus unus."

Alius quoque super hoc dampnoso et irrestaurabili funere sic satis eleganter ait versificator :

"In Chaluz cecidit rex, regni cardo, Ricardus,
Hiis ferus, hiis humilis, hiis agnus, et[6] hiis leopardus.
Casus erat lucis Chaluz, per secula nomen
Non intellectum fuerat, sed nominis omen
Non patuit, res clausa fuit, sed, luce cadente,
Prodiit in lucem, pro casu lucis adeptæ."

Alius, sed satirice.[7]

"Christe, tui calicis prædo fit præda Calucis,
Ære brevi rejicis,[8] qui tulit æra crucis."[9]

---

[1] *incomparabilem*] imcomparabilem, MS.

[2] *viii°.*] This is correct, but vii°. in Coggeshale, p. 85, and E.

[3] *exhalavit*] exalavit, MS.

[4] *epitaphium*] epithaphium, MS.

[5] *tegis*] regis, MS., and so E. F.

[6] *et*] On an erasure. Om. B. C.

[7] This epitaph is given also by Brompton, col. 1280, but there consists of six lines, of which only the two last are here quoted.

[8] *rejicis*] reicis, MS.

[9] After this, in F. is inserted a chapter "*De patientia regis Ricardi in tribulationibus*," which is in Wendover, iv. 238–240, under the year 1232, and so also in B. C. (ed. Wats, p. 374.)

A.D. 1199. *Explicit de rege Ricardo.*[1] *Incipit de rege Johanne.*

Corona et clipeus regis Johannis.

Victoriosissimo Anglorum rege Ricardo viam universæ carnis ingresso, Johannes frater ejus, comes Moretonii, protinus archiepiscopum Cantuariensem H[ubertum] et Willelmum Marescallum in Angliam direxit, ad pacem suam ibidem denunciandam et custodiendam, una cum G[alfrido] filio-Petri, justiciario, et aliis regni optimatibus, qui statim fecerunt jurare fidelitatem eidem.[2] Willelmo vero, regi Scotorum, per Eustachium de Vescy denunciaverunt, quod in reditu suo in Angliam, eidem satisfaceret de jure suo in Anglia, eique interim fidem servaret et pacem. Et sic ab omnibus in regno Angliæ contentio conquievit. Rog.Wend. iii. 137.

Steps taken by John, earl of Mortain, to secure the throne.

Quomodo quidam magnatum comiti Johanni adhæserunt, et quidam Arthuro.

John receives the treasure of the late king at Chinon.

Comes vero Johannes, dum hæc in Anglia agerentur, perrexit[3] ad Chinonem, ubi erat thesaurus[4] regis defuncti, quem Robertus de Thurham[5] in custodia habens reddidit ei, cum castellis custodiæ illius deputatis. Rog.Wend. iii. 137.

The nobles of Anjou, Mans, and Touraine, adhere to Arthur.

Thomas vero de Furneus, nepos ipsius Roberti, tradidit Arthuro, comiti Britanniæ, civitatem Andegavis et castellum, et eidem Arthuro adhæsit. Principes quoque Andegaviæ, Cenomanniæ et Turoniæ Arthuro, sicut ligio domino, præcordialiter adhæserunt, dicentes et veraciter affirmantes, judicium esse et consuetudinem illarum regionum, ut Arthurus, filius fratris senioris, in patrimonio sibi debito et hereditate avunculo succedat, quam videlicet Gaufridus, pater ejusdem Arthuri, Rog.Wend. iii. 138.

---

[1] In F., *Expliciunt Cronica regis Angliæ Ricardi a conquestu primi.*

[2] In the lower margin is drawn the shield of John, with a crown above it.

[3] *perrexit*] perexit, MS.

[4] *thesaurus*] thaurus, MS.

[5] *Thurham*] Turnham, W. B. C.; Cogg. p. 87.

esset habiturus, si regem Ricardum supervixisset. A.D. 1199.

fol. 86 *a*. Constancia præterea, mater Arthuri, ad regem Francorum Turonis veniens, tradidit ei Arthurum, quia de eo sollicita fuit. Quem rex continuo misit Parisius educandum, informandum et custodiendum, accipiens in manu sua civitates omnes et castella, quæ Arthuri erant. Quo audito, comes Johannes et mater ejus regina Alienora irati, exercitu copioso stipati Cenomanniam venientes, civitatem et castellum ceperunt, domosque in ea lapideas subverterunt et cives coartabant, eo quod Arthuro adhæserant, et multos sub carcerali custodia recluserunt.

Arthur is committed to the custody of the king of France.

John marches to Mans, and takes the city.

Comes Johannes ducatum Normanniæ suscepit.

Rog.Wend. iii. 138. Comes vero Rothomagum veniens in octabis Paschæ, gladio ducatus accinctus est per ministerium Walteri, Rothomagensis archiepiscopi, in matrice ecclesia; [ubi][1] posuit idem archiepiscopus in capite ejus circulum

Rog.Wend. iii. 139. aureum, habentem in summitate per girum rosulas aureas. Comes igitur jam dux factus, coram populo et clero juravit super reliquias omnes ecclesiæ et evangelium,[2] addito ipso Christi corpore, quod sanctam ecclesiam et ejus dignitates bona fide defenderet, et ejus ordinatos honoraret; et quod leges iniquas, si quæ essent, destrueret, bonas subrogando.

He assumes the insignia of the duchy of Normandy. 25 April.

Episcopus Londoniensis.

Rog.Wend. iii. 139. Eodemque tempore Willelmus, Normannus, ecclesiæ Sancti Pauli canonicus, Londoniensis consecratus est antistes, x. kalendas Junii.

William, canon of St. Paul's, consecrated bp. of London. 23 May.

---

ubi] Supplied from W. B. C. | [2] *evangelium*] euuangelium, MS.

A.D. 1199. *De coronatione regis Johannis.*

John comes to England. 27 May.

Per idem tempus dux Normannorum Johannes transfretans, apud Suorham[1] applicuit, et in vigilia Ascensionis Londonias venit coronandus. Congregatis igitur totius regni primatibus, quorum erat coronationi interesse, archiepiscopus Cantuariensis H[ubertus] stans in medio ait, "Ecce dominus noster dux J[ohannes] in regem sullimandus." Omnibus igitur applaudentibus, quasi sermonem faciens, clero et populo cœpit palam, utpote vir profundi pectoris et magni consilii, enarrare de Saule primo inuncto et in regem electo, postea de David, quorum neuter erat rex per successionem hereditatis, sed unus propter strenuitatem et elegantiam, alius propter humilitatem et sanctitatem, et uterque tamen auctoritate divina. "Eligendus est igitur," ut ait,[2] "potius princeps moribus et præstantia, potius[3] quam carnis aut sanguinis propagatione. Hinc est, quod dominum ducem hic præsentem Johannem in regem, quasi præstantem, insuper regali stemmate[4] procreatum, in regem eligimus et electum consecramus." Et admirans tota universitas regni quare hæc dixerit, nisi forte propter Arthurum, cujus vendicationem formidaverit, exclamavit, "Vivat rex!" In hac igitur coronatione rex J[ohannes] triplici obligatus est sacramento, quod videlicet sanctam ecclesiam et ejus ordinatos veneraretur, et eam ab incursu malignantium indempnem conservaret; et quod, perversis legibus destructis, bonas sustineret[5] et rectam justitiam in regno Angliæ exerceret.[6] Deinde adjuratus est ab eodem archiepiscopo ex parte Dei, et districte prohibitus, ne honorem hunc recipere præsumeret, nisi in mente ha-

Rog. Wend. iii. 139.

Speech of abp. Hubert, in favour of John's claims to the succession.

Oath of John at his Coronation.

Rog. Wend. iii. 140.

---

[1] *Suorham*] Sorham, W. B. C. F.

[2] *ut ait*] Added in marg.

[3] *potius*] Interlined and superfluous, but also in F.

[4] *stemmate*] stemate, MS.

[5] *sustineret*] substitueret, W. B. C.

[6] *exerceret*] excerceret, MS.

beat opere, quod juraverat, adimplere. Ad hoc ille respondens, promisit se per auxilium Dei bona fide ea quæ juraverat adimplere. Et sic archiepiscopus imponens capiti ejus coronam, unxit eum in regem. Postea vero interrogatus archiepiscopus secretius, quare talem præmiserit in coronatione sermonem, asserebat se certificatum fuisse cœlesti oraculo super multis, quæ de ipso rege fuerant ventura. In crastino autem, homagiis et fidelitatibus acceptis, Beatum Albanum, Angliæ protothomartirem, orationis gratia devotus petivit, ubi cum summo honore, solempni processione, ut moris est, susceptus, cum abbate nobilis conviva lætabatur, nec sine pretiosis recessit donativis. Unde certissime se promisit illam ecclesiam specialiter præ omnibus promoturum. Et brevissimam moram in Anglia faciens, ea quæ statuenda erant in regno cum magnatum consilio rite peregit.

A.D. 1199.

He visits the monastery of St. Alban's.

Ut rex Johannes in Normanniam [transiens],[1] multos nobiles sibi conciliaverit.

Rog. Wend. iii. 140.

Instante vero deinceps festo beati Johannis Baptistæ, in Normanniam rex Johannes transfretavit. Et cum venisset Rothomagum, confluebat ad eum multitudo equestris exercitus et pedestris, quos omnes in servitio suo lætus retinuit. Deinde habitum est colloquium inter regem Francorum et ipsum, in quo statutæ sunt treugæ usque in crastinum Assumptionis beatæ Mariæ, ut medio tempore de pace contractarent. Venit interea ad regem Johannem comes Flandrensis apud Rothomagum, et alii multi nobiles de regno Francorum; et pepigerunt fœdus amicitiæ cum eodem, sicut fecerant cum rege Ricardo, contra regem Francorum; factaque securitate ad invicem, quisque ad propria remeavit.

24 June. John crosses to Normandy, where many nobles join him.

Truce with France.

15 Aug. The count of Flanders makes terms with John.

[1] *transiens*] Supplied from W. B. C.

A.D. 1199. *Quomodo reges ad colloquium venientes, discordes recesserunt.*

Arthur, count of Britanny, knighted.

Eodem tempore rex Francorum Arthurum, comitem Britanniæ, cingulo donavit militari, in crastino Assumptionis beatæ Mariæ; et idem Arthurus incontinenti fecit homagium regi Francorum de Andegavia, Pictavia, Turonica, Cenomannia,[1] Britannia, et etiam Normannia. Et rex promisit Arthuro fidele auxilium suum ad hæc omnia perquirenda. Deinde reges die sequenti convenerunt ad colloquium inter Butavant castellum et Waillun, ubi, segregatis omnibus regni magnatibus, collocuti sunt ore ad os, quasi unius horæ spatio. In quo colloquio petiit rex Francorum ad opus suum totum Vegesinum, id est, quicquid continetur inter forestam de Liuns et Sequanam, ex una parte, et riveras de Andeli et de Eethe, ex altera; dicens quod Gaufridus Plantegenest, comes Andegaviæ, avus ejus, dederat illud Lodowico Grosso pro auxilio suo habendo contra regem Stephanum in Normanniam adquirendo. Postulavit insuper, ad opus Arthuri, Pictaviam, Andegaviam, Cenomannicam, Turonicam, et Normanniam, et alia multa, quæ rex J[ohannes] concedere noluit nec debuit. Et sic, soluto concilio, discordes ad invicem recesserunt. Requisitus igitur a suis rex Francorum, quare se adeo iratum exhibuit adversus regem J[ohannem], qui nunquam illi malum fecerat, respondit, quod sine licentia ejus occupaverat Normanniam et ceteras terras supradictas, cum in primis, mortuo rege Ricardo, debuerat ad eum venisse, et de jure suo illi homagium fecisse.[2] Recedente in hunc modum rege Francorum, Willelmus de Rupibus, vir nobilis, Arthurum callide de custodia regis Francorum eripiens, pacificavit eum cum rege Anglorum; tradens eidem regi Cenomanniæ civitatem, quam rex Francorum prædicto Willelmo in custodia

Rog.Wend. iii. 141.

Interview between Philip and John.

The demands made by Philip are not acceded to.

Rog.Wend. iii. 142.

Mans is delivered up to John by Will. de Rupibus, to whom Arthur had been given in charge.

fol. 86 *b*.

[1] *Cenomannia*] Cenemannia, MS. | [2] *fecisse*] Added in marg.

tradiderat cum Arthuro. Sed die eadem dictum fuit Arthuro, quod rex Anglorum ipsum caperet, unde idem Arthurus denuo ad regem Francorum latenter recessit.[1] A.D. 1199. Arthur escapes and returns to the king of France.

Ut rex Otho Romam veniens, ad imperium sit admissus.[2]

Rog.Wend. iii. 142. Circa dies istos, cassata electione Philippi, ducis Suaviæ, et aliorum omnium, Otho, rex Alemanniæ, ab Innocentio papa et Romanis omnibus electus est et ad Romanum imperium admissus.[3] Confirmata igitur ejus electione, Philippus dux excommuñicatus est, et omnes fautores ejus, nisi ab Othonis persecutione desisteret. In capitolio igitur, et in tota urbe acclamatum est, "Vivat et valeat imperator Otho!" Tunc Otho ad memoriam revocans, quod per regem Ricardum ad tantum fuerat promotus honorem, regi J[ohanni] significavit, ut ipse differret cum rege Francorum amicabiliter componere, quia, Deo volente, in brevi succursum sibi tale providebit, quale imperialem decet celsitudinem providere. Oderat insuper ipse imperator regem Francorum, quia quandoque subsanna dixerat de ipso O[thone], "Quando vel rex vel imperator erit, dabo illi Parisius, Estampeiam, et Aurelianas!"[4] Et ex illo tempore latenter rex Francorum Othonis per omnia promotionem impedivit.

Election of Otho IV. as emperor.

He promises to assist John against Philip.

Regnum Francorum interdicitur.

Rog.Wend. iii. 143. Per idem tempus Petrus de Capua, cardinalis et apostolicæ sedis legatus, regnum Francorum sub interdicto conclusit, propter captionem fratris Petri de Duay, Cam-

Interdict laid on the kingdom of France.

[1] *recessit*] recisset, MS.

[2] In the margin is blazoned the imperial shield, *viz.*, gules, 3 lions passant gardant or, impaling or, an eagle displayed sable, both dimidiated. Above the shield are three crowns, over which is written, "*Argentea. Aurea. Ferrea.*"

[3] *admissus*] Before this word is interlined *et*, but it is not wanted.

[4] *Aurelianas*] From F.; *Aurel'* in MS. See p. 109.

A.D. 1199. bracensis electi. Sed antequam sententia relaxaretur, rex Francorum præfatum electum ab omni custodia *Continuum.* liberavit. Eodem quoque tempore idem legatus ad regem Anglorum veniens, sub pœna interdicti rogavit, ut episcopum Belvacensem, qui jam per biennium sub crudelissima carceris custodia detentus fuerat, liberam The bp. of Beauvais released, on paying a fine. concederet abeundi licentiam. Sed, quoniam idem episcopus contra ordinis sui dignitatem captus fuerat, ut miles vel ruptarius, non prius abire permissus est, donec sex milia marcarum[1] argenti regi numeraret. Juravit insuper, quod nunquam contra quempiam Christianum arma gestaret.

Ut Alienora regina missa fuerat pro Blanca puella Lodowico maritanda.

A.D. 1200. Anno gratiæ M°.CC°., rex Francorum Philippus et rex Rog.Wend iii. 146.
Treaty made with Philip. Anglorum J[ohannes], post festum sancti Hillarii, inter
13 Jan. Wailun et Butavant castella ad colloquium convenerunt, ubi convenit inter eos,[2] quod videlicet Lodowicus, filius regis Francorum et heres, duceret uxorem filiam Aldefonsi, regis Castellæ, neptem regis J[ohannis]; et rex Anglorum pro hoc matrimonio contrahendo daret Lodowico cum nepte sua B[lanca] in maritagio civitatem Ebroicarum cum toto comitatu, et insuper xxx. milia marcas argenti. Petivit præterea rex Francorum ab Anglorum rege, ut faceret ei securitatem, quod nullum Othoni, nepoti suo, faceret auxilium de hominibus neque de pecunia, ad imperium optinendum,[3] in Franciæ detrimentum.[4] Denique inter reges fœdere, ut præmissum Rog.Wend. iii. 147.
est, confirmato, terminum ad sequens festum sancti
24 June. Johannis Baptistæ statuerunt, ut tunc ea, quæ sunt

---

[1] *milia marcarum*] The last letters of both words are on erasure, and no doubt they were first written *milibus marcis*, as in W. B. C.

[2] The treaty is in Rymer, i. 79 dated "apud Guleton," May, 1200.

[3] *optinendum*] On an erasure.

[4] *in Franciæ detrimentum*] Added in marg.

prælocuta, irrefragabiliter[1] sortiantur[2] effectum. Sicque, soluto colloquio, rex J[ohannes], sperans se per hoc matrimonium pace diuturna gratulari, misit matrem suam Alienoram reginam propter puellam memoratam, ut salvo conductu cum ipsa ad terminum præfixum rediret. Rex Anglorum interim transiit in Angliam, et cepit de unaquaque carucata terræ totius Angliæ tres solidos de auxilio. Et cito post, in Normanniam[3] remeavit. A.D. 1200. Queen Alienor is sent for Blanche of Castille, to be married to Philip's heir. John imposes an aid in England; then returns to Normandy.

Ut Lodowicus Blancam, filiam Aldefonsi regis Castellæ, duxerit.

Rog.Wend. iii. 147. Hiis ita gestis, rediit Alienora regina cum puella præfata Lodowico maritanda, quam regi J[ohanni] statim præsentavit. Deinde reges convenerunt ad colloquium inter Guletune et Butavant castella, xi°. kalendas Julii,[4] ubi rex Francorum reddidit[5] regi Anglorum civitatem Ebroicarum et totum comitatum, atque terras universas per werram in Normannia occupatas, et in aliis terris regis Anglorum. Et rex J[ohannes] incontinenti inde fecit homagium regi Francorum; et sic dedit universa illa Lodowico cum nepte sua B[lanca] in maritagio, et homagium inde a Lodowico suscepit. Quo facto, puella in crastino desponsata est Lodowico, apud Purmor in Normannia, ab archi- Rog.Wend. iii. 148. episcopo Burdegalensi. Erat enim tunc regnum Francorum interdictum propter Botildam[6] reginam, quam rex Francorum dimiserat. Atque protinus post desponsationem, Lodowicus duxit Parisius sponsam suam in

The terms of the treaty with Philip carried into effect. 21 June.

Marriage of Blanche to Louis.

[1] *irrefragabiliter*] irrefrabiliter, MS.

[2] *sortiantur*] Repeated by error, but underscored for omission.

[3] *Normanniam*] At first written *Nom̄*, but corr. in marg.

[4] *Julii*] So also in W. B. C. I., but, according to Hardy, Intr. Pat. Rolls, p. xlv., we ought o read *Junii* [26 May], and so it is in Hoveden, p. 802.

[5] *reddidit*] At first written *reddit*.

[6] *Botildam*] So also Hoveden, pp. 802, 810, but her real name was Ingelburga. See p. 46, *ante*, and "L'Art de Vérifier les Dates," i. 579.

A.D. 1200. lætitia magna et exultatione tam cleri quam populi utriusque regni.

Ut rex Johannes Ysabellam reginam desponsaverit.[1]

Marriage of John to Isabel, daughter of the count of Angoulême.

Eodem tempore, celebrato divortio inter regem Anglorum et uxorem suam Hawisiam,[2] comitis Gloverniæ filiam, eo quod affines propinqui[3] erant in tertio gradu consanguinitatis, duxit idem rex, consilio regis Francorum, Ysabellam, filiam comitis Engolismi, quam prius susceperat in suam Hugo, cognomento[4] Brunus, comes Marchiæ. Et Dominica proxima ante festum sancti Dionisii, apud Westmonasterium in reginam consecratur. Nec multum post, convenientibus ad colloquium apud Vernonem regibus, Arthurus ibidem fecit homagium regi Anglorum de Britannia et aliis terris suis; sed adhuc timens sibi, remansit in custodia regis Francorum.

Rog. Wend. iii. 148.

9 Oct.

Arthur does homage to John for Britanny.

Floruit et fructum fecit multiplicem prædicatio Eustachii, abbatis de Flai.

Effects of the preaching of Eustace, abbat of Flai.

Circa dies illos abbas de Flay Eustachius, divino admonitus oraculo, in Anglia publice et eleganter prædicans populo et clero, fructum fecit multiplicem. Perterruit enim non mediocriter quædam, ut dicebatur, carta demissa de cœlo a Deo comminatoria, in terram missa, quam homines præviderant per tres dies et noctes ex alto in aere dependentem, et corruentes in terram, orabant omnes hoc huic[5] mundo in bonum provenisse[6] pronosticum. Unde descendens in Jerusa-

Cf. Rog. Wend. iii. 151.

Miraculous letter said to be sent

R. Wend. iii. 148.

[1] *desponsaverit*] deponsaverit, MS.

[2] *Hawisiam*] An error for *Isabellam*, copied from Wendover, who took it from Coggeshale; repeated also in Matth. Westm., the Annals of Burton, and elsewhere. The original source of the error seems to be Hoveden, p. 803.

[3] *propinqui*] Added in marg.

[4] *cognomento*] congnomento, MS.

[5] *huic*] Interlined.

[6] *provenisse*] Added in marg.

lem, appensa est super altare sancti Simeonis in Golgotha, ubi Dominus Christus Jhesus crucifigebatur pro salute humani generis universali.[1] A.D. 1200. from Heaven, at Jerusalem.

Ut Eboracensis archiepiscopus[2] *omnibus bonis spoliatus sit.*

Rog. Wend. iii. 154. Per eorumdem dierum curricula Gaufridus, Eboracensis archiepiscopus, ex mandato regis J[ohannis] spoliatus est ab omnibus bonis sui archiepiscopatus. Jacobus[3] enim, vicecomes Eboracensis, et ejus ministri maneria illius et clericorum suorum, virorum quoque religiosorum possessiones violenter aggressi, bona eorum distrahebant. Unde idem archiepiscopus Jacobum præfatum nominatim excommunicavit, et in genere omnes hujus auctores violentiæ, qui regem adversus eum conRog. Wend. iii. 155. querendo in iram majorem accenderunt. Causa enim regiæ perturbationis contra eum multiplex extitit. fol. 87 *a*. Primo, quia non permisit præfatum vicecomitem colligere carucagium in sua diocesi ad opus regis, sicut ei fuerat generaliter per Angliam concessum. Secundo, quia noluit transfretare cum ipso in Normanniam, ad illud maritagium faciendum, de quo prædictum est, et componendum cum rege Francorum. Tertio, quia excommunicaverat vicecomitem memoratum, et totam provinciam Eboracensem supposuerat interdicto.

The abp. of York is spoiled of his goods.

He excommunicates the transgressors.

Causes of the king's anger against the abp.

---

[1] *pro . . . universali*] On an erasure. In F. here follows a long insertion from B. C. (ed. Wats, pp. 200–202), containing this miraculous letter, and an account of the miracles performed by the abbat of Flai, which is also in Wend. iii. 148–154.

[2] *Eboracensis archiepiscopus*] Repeated by error.

[3] *Jacobus*] Jacobus de Poterne, Hoveden, p. 811.

A.D. 1200. *Ut rex Johannes et regina Ysabel coronam portaverint Londoniis.*

Coronation of John and Isabel.

Per idem tempus rex Johannes, post completa negotia in partibus transmarinis, rediit in Angliam, sponsamque suam ducens secum, applicuit Doveræ viii°. idus Octobris.[1] Venientes autem Londonias, apud Westmonasterium H[ubertus], Cantuariensis archiepiscopus, et multi magnates regni venientibus applauserunt; ubi etiam G[aufridus], Eboracensis archiepiscopus, cum rege pacificatus est. Portaverunt igitur coronam in gaudio rex J[ohannes] et regina Y[sabella]. *Item.* Quo etiam tempore rex J[ohannes] significavit Willelmo, regi Scotorum, ut veniret ad eum apud Lincolniam, ut ibidem [sibi][2] de jure suo satisfaceret, in crastino sancti Edmundi.

Rog. Wend. iii. 155.

8 Oct.

The abp. of York is reconciled with the king.

The king of Scots summoned to Lincoln.

23 Nov.

Obiit sanctus Hugo, Lincolniensis episcopus.

Death of St. Hugh, bp. of Lincoln.

Circa dies illos Hugo, reverendæ memoriæ Lincolniensis episcopus, de partibus veniens transmarinis, Londoniis apud Vetus Templum quartanis febribus graviter infirmatus, xvi. kalendas Decembris laudabilis vitæ cursum consummavit. Qui, propter vitæ eminentiam et virtutum claritatem, sanctorum cathalago meruit annumerari. Corpus etiam illius, Angliæ J[ohannis] et Scociæ W[illelmi][3] regum, et aliorum magnatum[4] apud Lincolniam tunc congregatorum ministerio, honorifice nimis, postquam ignis inventus est in aliquo cereorum continue ardens a Londoniis usque ad Lincolniam, licet sæpe aeris inclementia ingruisset, traditum est sepulturæ.

Rog. Wend. iii. 155.

16 Nov.

Rog. Wend. iii. 156.

Cf. Rog. Wend. iii. 161.

[1] This is an error, copied from Wendover, since John was crowned at Westminster on 8 October, according to Hoveden, p. 811, and Cont. Flor. Wig., p. 164. Coggeshale, p. 91, says the king returned from Normandy about the feast of St Michael, and was crowned on the Sunday following.

[2] *sibi*] Supplied from W. B. C.

[3] *Angliæ . . . . W.*] Added in marg., and inserted in text of F.

[4] *magnatum*] magnatuum, MS.

De promotione quorundam in episcopatus.

A.D. 1200.

Consecration of several bishops. 24 Sept.

Diebus sub eisdem Gilo, id est Egidius,[1] de Brause consecratus est in episcopum Herefordensem, scilicet viii°. kalendas Octobris, apud Westmonasterium. Maugerus factus est episcopus Wigorniæ; Johannes de Grai, Norwicensis.

De apparitione quinque lunarum.

Rog.Wend. iii. 165.

Marvellous appearance of five moons. *Nota signum discordiæ regum.*

Sub eodem anno ante Natale apparuerunt de nocte quinque lunæ in cœlo, circa primam vigiliam noctis; prima in aquilone, secunda in austro, tertia in oriente, quarta in occidente, quinta in medio illarum, cum multis stellis.

Ut rex Anglorum et regina apud Cantuariam coronam portaverint.

A.D. 1201.

Rog.Wend. iii. 165.

John keeps Christmas at Guildford.

Anno gratiæ M°.CC°.I°. rex J[ohannes] celebravit Natale Domini apud Guldeford, ubi multa militibus suis festiva distribuit indumenta. Hubertus vero, Cantuariensis archiepiscopus, quasi cum rege a pari contendens, eodem modo fecit apud Cantuariam; unde regis animum non mediocriter ad indignationem provocavit. Deinde in Northanhumbriam[2] rex profectus, maximam pecuniæ summam a comprovincialibus regionis illius extorsit.[3] Reversusque Cantuariam, rex cum regina die Paschæ proximo sequente coronati sunt ambo ibi-

He proceeds to Northumberland, and exacts money there.

The king and queen are crowned again at Canterbury. 25 March.

Rog.Wend. iii. 166.

dem; ubi archiepiscopus Cantuariensis copiosas eisdem, ne dicam superfluas, ministravit expensas. Sequenti postea Dominicæ Ascensionis die apud Theokebires[4] 3 May.

---

[1] *id est, Egidius*] Added in marg.; *vel Egidius*, F.

[2] *Northanhumbriam*] At first written *Norhanhumbriam*.

[3] *extorsit*] Interlined is the reading *exegit*, but this occurs no where else.

[4] *Theokebires*] Theokesberi, W. B. C.

A.D. 1201. The barons are summoned to accompany John abroad. 13 May.

generale proposuit edictum, ut comites et barones, et omnes qui militare ei servitium debebant, parati essent apud Portesmues, cum equis et armis, ad transfretandum cum eo ad partes transmarinas, die Pentecostes jam instante. Veniente autem die statuto, multi, impetrata licentia, remanserunt, dantes regi de quolibet scuto duas marcas argenti.

De magistro Simone de Thurnay facto muto.

Simon de Thurnay miraculously struck dumb.

Diebus sub eisdem magister Symon de Thurnay, excellentissimus theologus, dum jactando temere diceret in scola sua palam, se scire totam legem Jhesu improbando reprobare, factus est subito mutus et adeo laicus, ut nec alphabetum[1] legere sciret, nec Dominicam Orationem pronunciare. Episcopus Dunelmensis Nicholaus vidit filium ejusdem Simonis docentem patrem suum literas, sicut esset puer septennis illiteratus, qui hæc mihi hæc scribenti pro facto enarravit.[2]

Ut rex et regina[3] *in Normanniam transfretarunt.*

The king and queen cross over to Normandy. Friendly meeting of Philip and John. John goes to Paris, where he is received with great honour.

Celebrata igitur apud Portesmues sollempnitate Pentecostes, rex cum regina sua naves ascenderunt, et pericula passi, tandem in Normannia applicuerunt. Deinde convenerunt ad colloquium Francorum et Anglorum reges prope insulam Andeliaci, et pacifice convenit inter eos. Et post triduum, rex J[ohannes], ad petitionem regis Francorum, venit Parisius, et ibidem in palatio regis hospitatus est, rege se alibi recipiente Francorum, videlicet in Veteri Templo. Et cum honorifice, ut regem decebat, reciperetur, gaudebant multi de regum mutuo

Rog. Wend. iii. 166.

---

[1] *alphabetum*] In the text, *alphatum*, but corr. in marg.

[2] *Episcopus . . . enarravit*] Added in marg., and inserted in the text of F.

[3] *regina*] regi, MS.

honore et indiciis alternæ dilectioniis, tam Franci quam Angli. Recedens autem inde, rex J[ohannes] venit Chinonem. A.D. 1201. He returns to Chinon.

Scripta fiunt pacis.

Rog.Wend. iii. 166. Eodemque tempore, ut pax firmior inter reges haberetur, statutum est et scriptis confirmatum, quod, si rex Francorum pacem in aliquo violaverit prælocutam, barones de regno Francorum, quos rex fidejussores invenerat, soluti essent a fidelitate ejus, et venirent ad regem Anglorum, ad expugnandum regem Francorum, et compellendum eum ad pacem prælocutam. Eodemque modo factum est ex parte regis Anglorum. Treaty of peace between France and England.

Tempestates significativæ.

Rog.Wend. iii. 167. Hoc autem anno horrendæ tempestates, tonitrua, choruscationes, grandines et pluviarum inundationes mentes hominum concusserunt, et dampna multa locis plurimis intulerunt. Atmospheric phenomena.

Colligitur pecunia ad succursum Terræ Sanctæ.

Rog.Wend. iii. 167. Et eodem tempore, ad instantiam Innocentii papæ, concessa et data est xl[a]. pars reddituum omnium ecclesiarum ad subveniendum Terræ Sanctæ. Et tam magnates quam plebei, qui crucis signaculum deposuerant, districtione apostolica resumere sunt compulsi; hoc tolerantibus regibus, ne qui indigebant in pace sus- fol. 87 *b.* pecta, auxilio papali destituerentur. Quæ argumentosa extorsio per futuros eventus Deo creditur displicuisse.[1] Tax granted by the church in aid of the Holy Land.

[1] *Quæ . . . displicuisse*] These words are marked by Matthew Paris with the word "*vacat*" in red letters; and in F. they are omitted.

De discordia orta inter reges Francorum et Anglorum.

A.D. 1202. John keeps Christmas at Argentan. Anno gratiæ M°.CC°.II°. rex Anglorum J[ohannes] celebravit Natale Domini apud Argentomium in Normannia. Et in Quadragesima [1] sequente habitum est colloquium inter reges sæpedictos juxta castellum de Guletun; ubi rex Francorum contra regem Anglorum mortali armatus odio præcepit indignanter, quatinus incontinenti redderet Arthuro, comiti Britanniæ, universas terras quas tenebat in partibus transmarinis, Normanniam videlicet, Turonicam, Andegaviam et Pictaviam. Multaque alia exegit ab eo, quæ rex Anglorum se minime facturum respondit. Itaque colloquium cum successus non haberet, die sequenti rex Francorum subito irruit in castellum de Butavant truculenter, cum impetu militari, et illud solotenus subvertit. Inde progrediens, cepit in manu forti villam de Augi, cum castello de Liuns, et alia castella quamplura. Castellum vero de Radepunt per dies viii°. obsedit, sed, rege Anglorum superveniente, recessit confusus. Post dies autem paucos, ad Gurnay convertit, et confracto stagno per impetum aquarum, maximam murorum partem, qua villa cingebatur, prostravit; unde fugientibus cunctis in villæ præsidio existentibus, sine omni contradictione rex Francorum villam intravit, et eam sibi subjugavit. Reversusque Parisius, Arthurum sub tutoribus deputavit, tradens ei milites ducentos de regno Francorum, qui cum illo irent hostiliter in Pictaviam, ut bellicis incursionibus regiones illas Arthuro potenter subjugarent. Illis autem pomposo [2] tumultu progredientibus, nunciatum est eis, reginam Alienoram in castello, quod Mirabellum dicitur, paucorum stipatam præsidio commorari. Qui communi omnium deliberatione, sui furoris impetum illuc converterunt.

Another meeting between Philip and John, at which the demands of the former are refused.

Philip takes the castle of Butovant and others.

He assigns forces to march with Arthur into Poitou.

Rog. Wend. iii. 167.

Rog. Wend. iii. 168.

---

[1] *Quadragesima*] xl^a., MS. as elsewhere. | [2] *pomposo*] ponposo, MS.

Castrum de Mirabello cum Alienora regina[1] *capitur ab Arthuro et Francis.* A.D. 1202.

. Castrum igitur per girum vallantes, et nocte et die
. acerrime continue obsessos infestantes, muros jam in-
. ceperunt dissipare, et obsessos, qui pauci erant et im-
R. Wend. iii. 168. . muniti, castrum ad deditionem compulerunt. Turrim vero, in qua regina A[lienora] cum paucis sese contulerat, non poterant optinere. Obsidione igitur in orbem turris disposita, venerunt in auxilium Arthuri omnes Pictaviæ primates et nobiliores, et præcipue comes de Marchia, Hugo Brunus, qui regi Anglorum publicus fuerat inimicus propter Ysabellam reginam, quam idem comes per verba de præsenti in suam receperat, antequam regi Anglorum desponsaretur; et sic grandem et fortem exercitum confecerunt. Nec cessarunt insultus acerrimos continuare, donec victoria desiderata potirentur.

They attack the castle of Mirebeau,

and are joined by the nobles of Poitou.

De admiranda victoria regis Johannis apud Mirabellum.

Rog. Wend. iii. 168. Regina vero in arcto posita, ad regem nuncios, qui tunc temporis in Normannia erat, sub magna celeritate direxit, rogans obnixius[2] et obtestans, ut pietatis debitæ
Rog. Wend. iii. 169. optentu matri succurreret desolatæ. Quo audito, rex cum festinatione in manu potenti die noctuque festinans, citius quam credi posset ad Mirabellum castrum pervenit. Quod cum Francigenæ cum Pictavensibus cognovissent,[3] exierunt obviam regi, pomposo congressu cum ipso pugnaturi. Sed cum, dispositis aciebus, hinc inde concurrissent, rex superbis eorum conatibus viriliter resistens, omnes in fugam coegit; et tam celeriter

Queen Alienor sends to John for aid.

John gains the victory

---

[1] *cum Alienora regina*] So also in margin of C., and F., but a mistake, as proved by the sequel.

[2] *obnixius*] obnoxius, MS.

[3] *cognovissent*] congnovissent, MS.

A.D. 1202. fugavit fugientes, ut una cum illis castellum intraret. Factus est autem infra castri ambitum conflictus acerrimus et cruentus, sed virtute Anglorum laudabili in brevi terminatus. Nam in illo congressu capti sunt hostes[1] ita quod[2] fere omnes per manus Anglorum, scilicet[3] ducenti milites, qui numerati sunt de[4] Francis, et, cum ipso Arthuro, omnes nobiles Pictavenses et Andegavenses, ita quod nec unus ex omnibus eis evasit, qui posset redire et casum aliis indicare. Ligatos igitur captivos in compedibus et manicis ferreis, bigis impositos, novo genere equitandi et inusitato, rex partim misit in Normanniam, partem in Angliam, ut castris fortioribus detrusi securius servarentur. Arthurus vero apud Falesiam sub custodia vigili remansit et secura.

Prince Arthur is captured, with the nobles of Poitou and Anjou.

Arthur is imprisoned at Falaise.

Ut rex Francorum ab obsidione castelli de Archis confusus recesserit.

Cum hæc taliter agerentur, rex Francorum cum exercitu copioso apud turrem de Archis se contulit, illamque obsidione vallavit. Dispositis igitur in girum rex machinis suis, per dies xv. petrariarum usu et balistarum, machinarumque aliarum diversitate muros dissolvere laborabat. Inclusi autem e contrario viriliter resistentes, crebra lapidum et telorum emissione hostes remotius retroire coegerunt. Sed cum tandem de captione Arthuri sociorumque ipsius [rumor][5] aures et cor regis Francorum penetrasset, sub maxima celeritate ab obsidione confusus recessit et furibundus. In quo recessu, quasi leæna catulis orbata, sibi obvia quæque conterendo in favillam redegit, virorumque religioso rum non se capiens præ ira combussit cum domibus

The king of France raises the siege of Arques, and returns to Paris.

Rog. Wend. iii. 169.

Rog. Wend. iii. 170.

[1] *sunt hostes*] Added to the text on an erasure.

[2] *ita quod*] So also in F., but these words obscure the sense, and would be better omitted.

[3] *scilicet*] Interlined.

[4] *qui . . . de*] On an erasure.

[5] *rumor*] Supplied from W. B. C.

monasteria. Deinde conferens se[1] Parisius, se diligen- A.D. 1202.
ter studuit vindicare, residuumque anni illius imbellis
peregit.

Quomodo Arthurus non ultra comparuerit.

Rog.Wend. iii. 170. Elapso deinde aliquanto tempore, rex Johannes ad castrum Falesiæ perveniens, fecit sibi Arthurum, nepotem suum, præsentari. Qui cum esset coram eo adductus, cœpit eum rex blandis alloqui verbis et amicabilibus, et multos honores promittere, exhortans ut a rege Francorum recederet, et sibi, ut domino et avunculo, fideliter adhæreret. Arthurus vero, spiritu indignationis fol. 88 *a*. ut erat et superbiæ plenus, regi cum indignatione respondit et cum comminatione, exigens ut redderet sibi regnum Angliæ, cum terris omnibus et rebus, quas rex Ricardus habuit in possessione sua, die qua decessit. Cervicose contra regem se erexit,[2] et quia hæc omnia sibi jure hereditario debebantur, affirmavit cum juramento, quod nisi celerius sibi jam dicta omnia restitueret, nunquam diuturna pace frueretur. Audiens autem hæc rex J[ohannes], perturbatus est vehementer, præcepitque ut Arthurus apud Rothomagum mitteretur, ut ibi in arce nova retrusus, sub arctiori custodia servaretur. Ex tunc vero quo devenit, omnibus fere ignotum est. Verumtamen ab aliquibus dictum est, quod volens clam evadere, in Sequana submersus est, et sic periit non inventus; aliis affirmantibus, quod præ cordis rancore in accidiam decidens, contabuit in semetipso, et sic obiit. Franci vero, quibus propter hostilitatem plena fides non est adhibenda, asserunt ipsum manibus vel præcepto regis Johannis fuisse peremptum.[3]

Interview of John with Arthur.

Arthur is removed to Rouen.

Rumours respecting his death.

---

[1] *conferens se*] Added in marg.

[2] *Cervicose . . . erexit*] Added in marg., and inserted in text of F.

[3] Here is inserted in F., from B. C., the chapter *De assisa panis* (ed. Wats, p. 208).

Rex J[ohannes] coronam portavit Cantuariæ.

A.D. 1202. John comes to England, and is crowned 14 April, at Canterbury; then returns to Normandy. Defamatory reports of him.

Eodemque anno rex J[ohannes] veniens in Angliam, apud Cantuariam coronatus est per manum Huberti, Cantuariensis archiepiscopi, xviii°. kalendas Maii; et ilico in Normanniam transfretavit. Eodemque tempore non mediocriter diffamatus est rex J[ohannes] per totum regnum Francorum, ipsis Galligenis infamiam longe lateque, ut ipsum omnibus redderent exosum, disseminantibus. Rog. Wend. iii. 171. Cf. Rog. Wend. iii. 171.

Nota propositum[1] *Innocentii papæ.*

Anno quoque sub eodem Innocentius papa sub virtutis specie, quasi ad Terræ Sanctæ promotionem, cum infinitam pecuniam ab Ordine Cisterciensi proposuisset extorquere, a beata Virgine acriter correptus, cessavit timore mirifico percussus.

Ut magnates sæpe correptum regem in Normannia deseruerunt.

A.D. 1203. John keeps Christmas at Caen.

Anno gratiæ M°.CC°.III°. rex J[ohannes] celebravit Natale Domini apud Cadamum in Normannia, ubi, postpositis bellicis expeditionibus, cum regina epulabatur cotidie splendidissime, usque ad horam prandii sompnos protrahens matutinales. Rog. Wend. iii. 171.

The king of France captures several castles.

Peracta igitur solempnitate Paschali, rex Francorum, magno exercitu congregato, cepit sine contradictione vel difficultate plurima castella super regem Anglorum, quorum quædam solotenus complanavit, fortiora[2] vero integra sibi reservavit.

John's reply to his indignant nobles.

Venientibus itaque ex parte magnatum suorum, qui ob hoc confundebantur dolore et pudore, nunciis, hæc illi seriatim intimantibus respondit, "Sinite illum facere.

---

[1] *propositum*] propsitum, MS.

[2] *fortiora*] forcia, MS. and F Corr. from W. B. C. E.

Ego quidquid ille[1] modo temere rapit, una die recuperabo." Comites igitur et barones, et alii nobiles Angli, cum non possent aliud responsum habere, vel eum ab amplexuum lasciviis,[2] crapulæ et alearum excitare, qui[3] eatenus fideliter et inseparabiliter et insuperabiliter ei[4] adhæserant, impetrata licentia, quia jam egere cœperant, ad propria, ut sese restaurarent, ad tempus remearunt, rege cum paucis admodum militibus in Normannia derelicto. Unde rex Francorum cornua assumpsit excelsiora, cœptis insistens vigilanter.

A.D. 1203.

Rog. Wend. iii. 172.

They leave him and return to their homes.

Hugo de Gurnai versus est in arcum pravum.

Rog. Wend. iii. 172.

Hæc autem cum vidisset Hugo de Gurnai, versus in arcum pravum, castellum de Monte-forti, quod rex J[ohannes] cum toto ejus honore eidem contulerat, regi Francorum sponte reddidit, et ad ipsum convolavit. Rex J[ohannes] interea apud Rothomagum mollis et imbellis, deliciis affluens morabatur, ita ut pro vero diceretur ipsum maleficiis sive sortilegiis fascinatum et infatuatum, inter tot dampna et obprobria hilarem se exhibens et serenum, ac si nihil[5] ei deperisset; affirmantibus etiam amicis suis, quod ob aliquod scelus cruentissimum ab eodem gratia solita recessisset. Et sic magis magisque serpebat de prætacto homicidio dedecus et infamia.[6]

Hugo de Gurnay surrenders the castle of Montfort to Philip.

John remains at Rouen in luxurious indolence.

Sinister reports of him spread abroad.

[1] *ille*] Added in marg.

[2] *ab amplexuum lasciviis*] Written at first in the text, *a fluentis luxuriæ et*, but subsequently erased, and *ab amplexuum lasciviæ* substituted in the margin. In F. the correction is followed, but the scribe has written, falsely, *amplexuum crapulæ et alearum excitare, qui lasciviæ eatenus*. In the "Rec. des Hist. de France," xvii. 683, the passage of F. is corrected thus by the editors, "ab amplexuum, crapulæ et alearum lasciviis."

[3] *qui*] Before this word *ei* was interlined, and afterwards erased.

[4] *ei*] Interlined.

[5] *nihil*] nichil, MS.

[6] *infamia*] imfamia, MS.

A.D. 1203.

The castle of Vaudreuil is surrendered to Philip.

Amittuntur nobilia castra Normanniæ.

Rex Francorum interea impiger ac pervigil, ingenti exercitu congregato, venit ad Vallem[1] de Roil, castrum nobilissimum, quod obsedit statim; sed antequam insultum inciperet, Robertus filius-Walteri et Saierus de Quinci, quibus commissa fuerat castri illius custodia, ipsum ilico integrum regi Francorum tradiderunt, qui derisi apud Compendium arctis[2] vinculis et carceri mancipati, ad gravissimam redemptionem[3] sunt coacti. Et sic factum est de castris conterminis. Obsedit etiam sub ipso tempore optimum castrum de Rupe-Andeliaci, quod rex Ricardus a fundamentis construxerat; sed probitate ac fidelitate Rogeri de Lascy, cui castri illius commissa fuerat tutela, in illa obsidione parum profecit, nisi quod inclusis egressum denegans, victualia præcludebat. Dum hæc siccine agerentur, quidam Normanni ignaviam regis J[ohannis] detestantes, ab eo penitus recesserunt.

R. Wend. iii. 172.

Nota ignaviam Roberti filii-Walteri et Saeri de Quinci derisam.

He besieges Château Gaillard.

¶ *Nota probitatem Rogeri, constabularii Cestriæ, laudatam.*

Rog. Wend. iii. 173.

Some of the Normans abandon John.

Ut rex J[ohannes] in Angliam veniens, maximam pecuniæ summam a magnatibus extorsit.

Videns tandem rex J[ohannes] defectum suum, sese-[que][4] omni militari præsidio destitutum, naves sub celeritate conscendit, et in die sancti Nicholai apud Portesmues applicuit. Deinde in comites et barones suos, vulpinas[5] prætendens occasiones, quod ipsum inter hostes reliquerant in partibus transmarinis, unde castella et terras suas per eorum defectum amiserat, cepit ab eis septimam partem mobilium suorum. Nec etiam

Rog. Wend. iii. 173.

John returns to England. 6 Dec.

¶ *Wlpina cavillatio.*

He exacts a heavy tax from his nobles.

---

[1] *Vallem*] In Edd. and ed. Wend., misprinted *villam*.

[2] *arctis*] artis, MS.

[3] *redemptionem*] redepcionem, MS.

[4] *seseque*] *que* is supplied from W. B. C.

[5] *vulpinas*] This word is underlined with a red stroke for omission, and is left out in F. It is not in W. B. C.

ab hac rapina in ecclesiis conventualibus vel parrochialibus manus cohibuit violentas. Habuit siquidem hujus extorsionis executores in rebus ecclesiasticis Hubertum, archiepiscopum Cantuariensem, in laicis Galfridum filium-Petri, justiciarum, qui nulli pepercerunt. A.D. 1203.

Qualiter diatim profecit in sua guerra rex Francorum, maxime cum se rex J[ohannes] absentaverat.

R. Wend. iii. 173. Rex vero Francorum, jam ex absentia et elongatione regis J[ohannis] factus erectior, in fortitudine gravi ad singulas civitates et castella terrarum prædictarum venit, ostendens civibus et castellanis, se a domino suo regulo fugitivo cædeque nefaria[1] polluto fore derelictos. Proposuit etiam se principalem esse dominum illarum regionum, quas si jam rex Anglorum per ignaviam deseruit, ipse, quod suum erat, videlicet principale dominium, sibi indempne voluit reservari; unde amicabiliter supplicavit, ut ipsum in dominum reciperent, dum alium non haberent. Quod si hoc gratanter facere noluissent, affirmavit cum juramento, quod si[2] contra eum certamen inirent, et ipse eos violenter sibi subjugaret, omnes patibulo suspenderet aut vivos decoriaret. Tandem post multashinc inde disceptationes[3] consenserunt unanimiter, ut darent obsides regi Francorum pro unius anni induciis; quibus evolutis, si a rege Anglorum succursum non haberent, ipsum regem Francorum deinceps ut dominum recognoscerent, civitatesque ei redderent et castella. Quibus ita gestis, rex Francorum cum spe bona ad propria remeavit.

Proceedings of the king of France after John's departure.

Rog. Wend. iii. 174.

Nota Francorum amara convicia.

fol. 88 *b.*

[1] *nefaria*] nepharia, MS.
[2] *quod si*] On an erasure.
[3] *disceptationes*] deceptationes, MS. and F.

A.D. 1203. William, canon of Lincoln, consecrated bp. of that see. 24 Aug.

De promotione Willelmi, Lincolniensis episcopi.

Eodem anno magister Willelmus, ecclesiæ Lincolniensis canonicus et præcentor, ejusdem ecclesiæ consecratus est episcopus, in die sancti Bartholomæi apud Westmonasterium, a Willelmo, Londoniensi episcopo; Gileberto Rofensi appellante sed non optinente. Archiepiscopus enim Cantuariensis H[ubertus] jacebat gravi infirmitate detentus. Rog.Wend. iii. 174.

Ut militaria auxilia regi J[ohanni] generaliter sint concessa.

A.D. 1204. John keeps Christmas at Canterbury.

Anno gratiæ M°.CC°.IIII°. rex J[ohannes] Natale Domini celebravit apud Cantuariam, H[uberto] archiepiscopo omnia necessaria festivitati regiæ ministrante. Rog.Wend iii. 174.

2 Jan. Conference at Oxford, where a subsidy is granted.

Deinde in crastino Circumcisionis convenerunt ad colloquium apud Oxoniam rex et magnates Angliæ, ubi concessa sunt regi auxilia militaria, videlicet, de quolibet scuto duæ marcæ et dimidia. Nec etiam episcopi vel abbates, sive ecclesiasticæ personæ, sine promissione recesserunt. Rog.Wend. iii. 175.

De quadam dignitate ecclesiæ Sancti Albani.[1]

John, abbat of St. Alban's, bestows his benediction on some nuns at Sopwell. 20 June.

Anno quoque sub eodem abbas ecclesiæ Sancti Albani Johannes, anno prælationis suæ nono, benedixit quinque sanctimoniales die sanctæ Trinitatis, in ecclesia Sanctæ Mariæ de Sopwelle, secundum potestatem sibi collatam antiquitus a Romanorum pontificibus. Item, alia vice, quinque, ut memoriam privilegiorum Beati Albani et consuetudinem perpetuaret approbatam.

[1] This chapter is added in the margin, and omitted in F., which, in its place, inserts from B. C. (ed. Wats, pp. 210, 211) the legend relative to the image of the Virgin, which is also in Wend. iii. 175–180.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES ST. MICHAEL'S COLLEGE

Ut Rothomagum et[1] *Normannia, cum ceteris terris transmarinis, in dominium regis Francorum cesserunt.* A.D. 1204.

Rog. Wend. iii. 180. Circa dies illos exercitus regis Francorum, qui jam fere per annum castellum de Rupe-Andeliaci obsederat, per suffossores magnam partem murorum prostraverat. Rogerus vero, Cestrensis constabularius, vir magnanimus et bellicosus, Francigenis castrum intrare volentibus ingressum viriliter denegavit. Sed tandem, victu deficiente, cum ad tantam perduceretur inopiam, ut equinam carnem comedere cogeretur, et deinde nec unicam haberet alicujus pabuli refectionem, maluit armis quam fame mori; unde ipse et commilitones sui armati ad equos convolantes, de castro cum impetu exierunt, multisque ex obstantibus [interfectis],[2] cum magna demum difficultate capti sunt. Cessit igitur castellum de Rupe-Andeliaci in usus regis Francorum, pridie nonas Martii, et Rogerus de Lasci cum suis omnibus in Franciam captus est adductus, rege tamen Francorum jubente, propter probitatem suam in castri custodia expertam, ut sub libera custodia reverenter custodiretur; et tandem liber et indempnis dimissus est. Quo facto, castellani omnes de regionibus transmarinis, cum civibus et aliis regi Anglorum subjectis, nuncios direxerunt in Angliam regi J[ohanni] significantes, ut sæpe fecerant, in qua[3] essent angustia constituti, et quod tempus instabat induciarum, quo oportebat eos civitates et castella regi Francorum necessario resignare. Rex autem nimium consternatus, et de promissionibus imperatoris O[thonis] deceptus, cœpit diffidere, et in abissum demergi desperationis.[4] Significavit igitur[5] omnibus, ut nullum omnino ab ipso expectarent auxilium, sed sibi

Château Gaillard is captured, with Roger de Lasci, constable of Chester.

6 March.

Rog. Wend. iii. 181.

The castellans of the adjoining territories send to John for aid.

---

[1] *et*] in, F.

[2] *interfectis*] Supplied from W. B. C. F.

[3] *significantes . . . in qua*] On an erasure.

[4] *et de promissionibus . . . desperationis*] Added on to the text.

[5] *igitur*] Added on an erasure.

A.D. 1204. Normandy, and other provinces submit to the king of France.

quilibet consuleret, ut melius videbatur. Sic igitur, omnimoda deficiente consolatione et succursu, tota Normannia cum civitate Rothomagensi, quæ multa pro induciis patiebatur dispendia, Turonica, Andegavia et Pictavia, cum civitatibus, castellis, ipsis incolis amare flentibus, præter Rupellam, Toarz et Niorz castella, sunt in regis Francorum dominium devoluta, rege Johanne interim collectioni[1] pecuniæ diligenter indulgente.

De eclipsi[2] lunæ, et quodam rubore.

Atmospheric phenomena. 1 April.

Eodem quoque anno, kalendis Aprilis, in prima noctis vigilia, tantus rubor in cœlo apparuit in parte aquilonari[3] et orientali, ut verus ignis ab omnibus crederetur; et, quod mirandum est, in ipso rubore vehementissimo stellæ micantes apparuerunt. Duravit autem hæc visio usque ad noctis[4] medium. Eodem quoque sub tempore, videlicet xvi°. kalendas Maii, facta est eclipsis lunæ post mediam noctem. Rog. Wend. iii. 181.

16 April. Eclipse of the moon.

De promotione quorundam episcoporum.

Promotion of prelates. *Nota.*

Anno quoque sub eodem, Symon de Welles factus est episcopus Cicestrensis. Godefridus quoque, Wintoniensis episcopus, diem clausit extremum, cui successit Petrus de Rupibus, per regem J[ohannem] promotus. R. Wend. iii. 181.

Baldwin, count of Flanders, made emperor of Constantinople.

Baldewinus, comes Flandriæ, factus est imperator Constantinopolitanus.

Obiit Alienora regina.

Death of queen Alienor.

Hoc quoque anno nobilis regina Alienora, admirabilis domina pulchritudinis et astutiæ, in abbatia Belli

---

[1] *collectioni*] At first written *extorsioni.*

[2] *eclipsi*] elipsi, MS.

[3] *aquilonari*] At first written *aquilonali.*

[4] *noctis*] notis, MS.

. Loci, quam rex J[ohannes], filius ejus, construxerat, A.D. 1204.
R. Wend. iii. 182. . viam universæ carnis est ingressa. Eodemque anno fuit ultimum Pascha, scilicet die sanctæ Marci evangelistæ.[1] Easter-day fell on 25th April.

De diuturno gelu et sequente caristia, et quadam regis J[ohannis] astutia.[2]

A.D. 1205.
Rog. Wend. iii. 182. Anno gratiæ M°.CC°.V°. rex Johannes celebravit Natale Domini apud Theokesberi,[3] vix per spatium unius diei. John keeps Christmas at Tewkesbury. Et eodem mense Januarii terra vehementissime congelata a xviii°.[4] kalendas Februarii usque xi°. kalendas Aprilis agriculturam suspendit; unde in æstate sequenti summa frumenti xiiii. solidis vendebatur. Eodemque anno, circa Pentecosten, rex J[ohannes] congregavit exercitum grandem, quasi mare transiturus;[5] et, prohibente et disconsulente[6] sibi Cantuariensi archiepiscopo, et aliis multis, apud Portesmues navium multitudinem copiosam coadunari fecit. Deinde rex cum parvo comitatu idus Julii naves ascendit, et velis patentibus Neptuno sese committens, mutato consilio, die tertia apud Stodland juxta Warram applicuit. Reversus igitur rex cepit de comitibus, baronibus, militibus et viris religiosis pecuniam iterum infinitam, argumentose prætendens occasiones, quod nollent ipsum sequi ad partes transmarinas, ut hereditatem amissam recuperaret. Eodem tempore redditum est castellum Rog. Wend. iii. 183. de Chynun regi Francorum, in vigilia sancti Johannis Baptistæ.

Great frost. 15 Jan. 22 March. John assembles an army and fleet at Portsmouth. He embarks, but lands in Dorsetshire. ¶*Argumentosa extorsio pecuniæ.*[7] The castle of Chinon surrendered to Philip. 23 June.

---

[1] *evangelistæ*] ewangeliste, MS.

[2] In F. the rubric is, *De quibusdam notabilibus*, as in W. B. C.

[3] *Theokesberi*] Theoksbȝ, MS.

[4] *xviii°.*] xix°., W. B. C.

[5] *transiturus*] At first written *transiturum*, as in B. C. and Edd.

[6] *disconsulente*] At first *consulente*, but corr. in marg.

[7] This marginal note is partly erased, but in C. is a note in the same terms, "*Fraus vulpina ad extorquendam pecuniam.*"

A.D. 1205. *De morte Huberti, Cantuariensis archiepiscopi.*

Death of Hubert, abp. of Canterbury.

Eodem tempore Hubertus, Cantuariensis archiepiscopus, apud Tenham diem clausit extremum,[1] rege super hoc[2] nimis gaudente, et exultando[3] dicente, "Nunc primum sum rex Angliæ!" Rog.Wend. iii. 183.

De electione subprioris Cantuariensis.

Election of Reginald, sub-prior of Canterbury, as his successor.

Defuncto itaque archiepiscopo, antequam corpus ejus sepulturæ traderetur, adolescentiores quidam de conventu Cantuariensi, regis consensu non requisito, Reginaldum suppriorem in archiepiscopum elegerunt; et media de nocte, post factam electionem, hymno,[4] "Te Deum laudamus" cantato, prius eum[5] supra majus altare, deinde in archiepiscopali cathedra posuerunt. Verebantur enim, quod, si electio sine regis consensu ad ipsius aures pervenisset, ipse processum negotii efficaciter impediret; unde nocte eadem idem supprior, præstita cautione juratoria, quod sine licentia et literis specialibus conventus se ut[6] electum non gereret, vel literas conventus de rato, quas habebat, alicui promulgaret, assumptis secum de conventu quibusdam monachis, curiam Romanam adiit. Hoc autem totum factum est, ut electio illa regem lateret, donec probarent si rem inchoatam in curia Romana possent perducere ad effectum. Sed electus præfatus nimis infrunitus, statim ut in Flandriam applicuisset, spreto quod fecerat juramento, se Cantuariensem esse electum clara voce confitebatur, et ad hoc Romanam se adire curiam, ut factam electionem confirmaret; literas insuper conventus, quas de rato habebat, quibuslibet ostendit, credens in hoc causæ suæ meritum non me-

Rog.Wend. iii. 183. fol. 89 *a*.

He goes to Rome, to obtain the pope's confirmation.

Rog.Wend. iii. 184.

[1] *extremum*] In W. B. C. is added, "iii. idus Julii" [13 July].
[2] *hoc*] Interlined.
[3] *exultando*] exultñdo, MS.
[4] *hymno*] ymno, MS.
[5] *eum*] Added in marg.
[6] *ut*] Interlined.

diocriter promovere. Tandem Romam perveniens, electionem suam domino papæ et ejus cardinalibus ilico publicavit, literasque suas de rato palam omnibus ostendens, constanter a domino papa exegit, ut electionem factam benignitate apostolica confirmaret. Papa vero statim respondens, dixit se velle deliberare, donec majorem haberet certitudinem de præmissis. A.D. 1205. The pope reserves his decision.

De electione Johannis, Norwicensis episcopi, ad petitionem regis Anglorum J[ohannis].

Rog.Wend. iii. 184. Monachi interea Cantuarienses, cum de suppriore suo cognovissent,[1] quod, violato juramento [quod][2] fecerat, eorum detegendo consilium, commoti sunt vehementer contra eum, et continuo quosdam de conventu monachos miserunt ad regem, requirentes ab eo licentiam pastorem sibi idoneum[3] eligendi. Quibus rex protinus, absque omni contradictione, benigne annuit quod petebant. The monks of Canterbury obtain leave to elect an archbishop.

Et secretius eos alloquens, ostendit eis episcopum Norwicensem ei[4] magna familiaritate conjunctum fore, ipsumque solum ex omnibus Angliæ prælatis secretorum suorum [esse][5] conscium; unde sibi et regno magnum asserebat provenire commodum,[6] si eum ad archiepiscopatum transferre potuissent. Rogavit igitur monachos, ut una cum clericis suis quos missurus erat, sibi specialissimis, ad[7] conventum, hanc petitionem suam exponerent illis; multos conventui promittens honores, si ipsum in hoc exaudire decrevissent. The king recommends the bp. of Norwich to them,

Rog.Wend. iii. 184. Monachi vero ad propria reversi, conventui per ordinem retulerunt ea quæ sibi fuerant imperata. Conventus igitur, ut regem, quem offenderant, sibi reconciliarent, monachi[8] convenientes in capitulo, Johannem, Norwicensem epi- who is formally elected.

---

[1] *cognovissent*] congnovissent, MS.

[2] *quod*] Supplied from W. B. C.

[3] *idoneum*] ydoneum, MS.

[4] *ei*] Interlined.

[5] *esse*] Supplied from W. B. C.

[6] *commodum*] comodum, MS.

[7] *sibi specialissimus ad*] On an erasure.

[8] *monachi*] Added in marg., but superfluous, and omitted in W. B. C. F.

A.D. 1205. scopum, unaniminter elegerunt; et ilico de conventu monachos ad electum dirigentes, qui tunc pro agendis[1] regis apud Eboracum erat, mandaverunt ei,[2] ut Cantuariam cum festinatione veniret. Prior igitur Cantuariensis, rege præsente, electionem factam de Johanne de Grai, episcopo Norwicensi, palam cunctis pronunciavit. Et sic redierunt infatuati monachi, astutia regis penitus fascinati.[3] Ilico insuper[4] assumentes eundem J[ohannem] monachi, cum hymno[5] "Te Deum laudamus," portaverunt ad majus altare, tandem[6] in cathedra archiepiscopali illum collocantes. Hic igitur error super errorem factus,[7] fuit seminarium totius futuræ discordiæ, quæ per secula Angliæ detrimenta irrestaurabilia generavit. Rex igitur, videntibus cunctis, misit electum illum in possessionem rerum omnium ad archiepiscopatum pertinentium.[8]

This election proved the source of future discord.

De controversia inter episcopos, Cantuariensis ecclesiæ suffraganeos, et monachos ejusdem ecclesiæ, de archiepiscopo eligendo.

A.D. 1206. John keeps Christmas at Oxford. Anno gratiæ M°.CC°.VI°. rex J[ohannes] celebravit diem Nativitatis Dominicæ apud Oxoniam. Quo etiam tempore idem rex misit ad curiam Romanam Cantuariensis [quosdam][9] ecclesiæ monachos, quibus de fisco copiosissimas[10] ministravit expensas, ut electionem de

Rog. Wend. iii. 185.

Rog. Wend. iii. 186.

---

[1] *agendis*] The Edd. and ed. Wend. insert *rebus*, but on no authority.

[2] *mandaverunt*] Partly on an erasure, and no doubt, written at first *mandantes*, as in W. B. C.

[3] *infatuati . . . . fascinati*] The words *infatuati* and *fascinati* are on an erasure, and the entire sentence is an addition by Matth. Paris to the text. After *monachi* is another erasure, which in F. is filled up by the words, *tiran*[*n*]*ide et*, which was doubtless the original reading.

[4] *Ilico insuper*] On an erasure.

[5] *hymno*] ymno, MS.

[6] *tandem*] There is an erasure, perhaps of *et*, before this word.

[7] *factus*] Added in marg.

[8] In the margin a note of several lines has been added by Matthew Paris, but afterwards so carefully erased, that only a few letters are legible. It is not in F.

[9] *quosdam*] Supplied from W.B.C.

[10] *copiosissimus*] Partly on an erasure, and probably written at first *copiosas rex*, as in W. B. C.

episcopo Norwicensi factam impetrarent a papa confirmari. Miserunt autem eodem tempore episcopi Cantuariensis ecclesiæ suffraganei procuratores Romam, gravem coram domino papa querimoniam proponentes, quod videlicet monachi Cantuarienses sine illis electionem archiepiscopi temere præsumpsissent celebrare, cum ipsi una cum illis, de jure communi et consuetudine approbata et antiqua, electioni interesse debuissent. Monachi vero e contrario asserebant, quod privilegio speciali Romanorum pontificum, et de consuetudine antiqua et approbata, sine episcopis electiones facere consueverant, quod etiam per testes idoneos docere promiserunt. Post multas tandem hinc inde disceptationes,[1] tandem a domino papa pronunciata est pro monachorum parte contra episcopos sententia diffinitiva.

A.D. 1206.

Controversy respecting the election of the abp.

The pope pronounces in favour of the monks.

De promotione quorumdam episcoporum.

Rog.Wend. iii. 188. Eodem anno obierunt Willelmus Blesencis, Lincolniensis episcopus, vigilia Ascensionis Dominicæ, et Henricus Marescallus, episcopus Exoniensis, cui successit Simon de Apulia, decanus Eboracensis.[2] Jocelinus quoque de Welles in episcopum consecratur Bathoniensem.

Deaths and promotion of prelates.

10 May.

Cf. Rog. Wend. iii. 187. Eodemque anno rex Johannes, capto potentissime castro Montis-Albani, rediit de Pictavia.[3]

Capture of the castle of Montauban.

De legacia Johannis Ferentini in Angliam.

Rog.Wend. iii. 187. Anno quoque sub eodem Johannes Ferentinus, apostolicæ sedis legatus, veniens in Angliam eamque per-

Rog.Wend. iii. 188. lustrans, magnam pecuniæ summam congessit. Et tandem, ne nihil fecisse in spiritualibus videretur, apud Radingum, in crastino sancti Lucæ, concilium celebravit. Quo peracto, sarcinulis cum magna cautela

Legation of John of Ferentino in England.

18 Oct.

---

[1] *disceptationes*] deceptationes, MS. and F.

[2] Henry Mareschal died Oct. or Nov. 1206, and Simon de Apulia was not consecrated till 5 Oct. 1214. Fasti, i. 368.

[3] *Eodemque . . . Pictavia*] Instead of this short paragraph, in F. is copied the fuller account in W. and B. C., as also the chapter following, (ed. Wats. p. 214).

A.D. 1206. dispositis, festinus ac repentinus viator Romam remeavit.[1] Eodemque tempore treugæ biennales inter regis Francorum et Anglorum constituuntur.[2]

Truce concluded with France.

Ut Gaufridus, Eboracensis archiepiscopus, exilium subierit.

A.D. 1207. Anno gratiæ M°.CC°.VII°. rex J[ohannes] celebravit Natale Domini apud Wintoniam. Deinde in Purificatione beatæ Mariæ cepit per totam Angliam tertiamdecimam partem ex omnibus mobilibus et rebus aliis, tam de laicis quam viris ecclesiasticis et prælatis, cunctis murmurantibus, sed propter iracundiam ejus[3] contradicere non audentibus. Solus Gaufridus, archiepiscopus Eboracensis, non consentiens sed plane contradicens, clanculo recessit ab Anglia; et in recessu suo omnes specialiter, qui in archiepiscopatu Eboracensi hanc rapinam facerent ac injuriosam extorsionem, et in genere universos ecclesiæ sive rerum ecclesiasticarum invasores, anathematis sententia innodavit. Eodem quoque tempore, circa noctis medium, ventus vehementissimus et repentinus superveniens, ædificia diruit,[4] naves exagitavit, arbores prostravit, armenta suffocavit, et, aggeratis nivibus, vi°. kalendas Februarii dampna plurima multiplicavit.

Rog.Wend. iii. 209.

John keeps Christmas at Winchester.

2 Feb.

Rog.Wend. iii. 210.

He extorts a heavy tax from the laity and clergy.

Geoffrey, abp. of York, leaves England.

fol. 89 *b*.

Violent tempest.

27 Jan.

De adventu Othonis imperatoris in Angliam.

Eodem anno[5] imperator Otho venit in Angliam, cui adventanti occurrit rex lætabundus. Et cum veniret

Rog.Wend. iii. 210.

The emperor Otho comes to England.

---

[1] *Romam remeavit*] These words are added in the margin to supply an erasure in the text, over which a recent hand of the 16th century (the same which supplied fol. 34, 35 of the MS.) has written *Angliam a tergo salutavit*, as in W. B. C. F.; and, no doubt, the text so stood, as originally written.

[2] The truce is in Rymer, i. 95, dated at Thoars, 26 Oct. 1206.

[3] *iracundiam ejus*] Originally written *tirannidem suam*, but *iracundiam ejus* afterwards substituted on a piece of vellum pasted over the text, and so noted also in marg. F. follows the correction.

[4] *diruit*] dirruit, MS.

[5] The arrival of Otho is placed in 1208 in Ann. Waverl., and in 1209 in Coggeshale, p. 104.

. Londonias, ex præcepto regis, floribus, cortinis, et faci- A.D. 1207.
. bus et cereis, et quibusdam prodigialibus[1] adinventi-
. onibus, inque classico et processionibus resplenduit
. civitas exhilarata. Et cum per aliquot dies coepula-
. rentur in gaudio, tandem, habito colloquio, exhilara-
. batur cor regis J[ohannis]. Multiplicavit enim[2] im-
. perator loqui sublimia[3] gloriando, et regi Francorum
. comminando promisit omnia restaurare; etiam regnum
. Francorum dicto regi, præter tres civitates, indubi-
. tanter subjugare. Rex utique Francorum incircum-
. specto sermone prædixerat et invectivo et yronico,
. quod, quando Otto foret imperator, daret ei tres suas
. principales civitates, scilicet, Parisius, Estampeiam, et
. Aurelianem; unde imperator eas semper exigebat et
. vendicabat.[4] Unde idem imperator a rege, avunculo
suo, in recessu suo quinque milia marcas[5] argenti
meruit reportare.

De ordine Minorum, et eorum primitiva[6] humilitate et paupertate sancta.

Rog. Wend. iii. 210.

Growth of the Order of the Friars Minors.

Sub eisdem diebus fratres, qui dicuntur Minores, vel de Ordine Minorum, favente papa Innocentio, subito emergentes terram repleverunt, habitantes in urbibus et civitatibus, nihil omnino possidentes, de evangelio[7] viventes, in victu et vestitu maximum humilitatis exemplum præferentes; nudis pedibus ince-
. dentes, funiculis cincti, tunicis griseis, talaribus et
. peciatis, insuto capucio, utentes; diebus Dominicis et festivis de suis habitaculis exeuntes, prædicaverunt in

---

[1] *prodigialibus*] prodiagialibus, MS. In the "Rec. des Hist. de France," xvii. 686, corrected *prodigalibus*.

[2] *enim*] On an erasure.

[3] *exhilarabatur . . . sublimia*] In the "Rec. des Hist.," xvii. 686, this sentence is *mis-read* or *arbitrarily corrected* as follows, "exhilaratum cor regis Johannis multiplicavit dominus imperator Otho, qui sublimia."

[4] *Rex utique . . . vendicabat*] Added in marg., and inserted in the text of F.

[5] *marcas*] On an erasure.

[6] *primitiva*] pmitiva, MS.

[7] *evangelio*] euuangelio, MS.

A.D. 1207. ecclesiis parochialibus et locis aliis, ubi populi congregabantur; edentes et bibentes quæ apud eos erant, nihil sibi ultra noctem reservantes, juxta illud, "Nolite esse solliciti,"[1] etc.; libros continue suos, videlicet Bibliotecas, in forulis a collo dependentes bajulantes. Tandem scolas ædificaverunt, deinde domos et claustra; denuo, magnatibus sumptus sufficienter administrantibus, ecclesias et officinas amplas et excelsas fabricarunt. Privilegia et indulgentias a summo pontifice impetrarunt ædificandi ecclesiolas in urbibus, et in eisdem missas celebrandi, confessiones etiam, quia multi sacerdotibus suis in pluribus casibus confiteri renuentes periclitabantur, recipiendi. Tandem scolas theologiæ infra septa sua constituentes, legentes et disputantes, et populo prædicantes, fructum ad horrea Christi, quia messis multa et operarii pauci fuerant, non modicum reportarunt.[2]

De cassatione electionum episcopi Norwicensis et supprioris Cantuariensis.[3]

Dispute before the pope touching the double election to the archbishopric of Canterbury.

Circa dies illos steterunt Romæ monachi Cantuariæ, turpem admodum causam ad invicem agitantes. Nam quædam pars eorum per literas conventus de rato præsentarunt electum Reginaldum, suppriorem Cantuariensem, instantius postulantes, ut ejus electio confirmaretur. Altera vero pars monachorum per literas[4] similiter de rato præsentaverunt Johannem, episcopum Norwicensem, multis rationibus ostendentes electionem de suppriore nullam esse, tum quia facta fuit de nocte et sine solempnitate et assensu regio, tum quia a majori et saniori parte conventus non fuerat celebrata. Sicque, Rog. Wend. iii. 211.

[1] Matth. vi. 31.

[2] *a summo . . . . reportarunt*] The whole of this is written over an erasure, and copied in F., after which is inserted in F., from B. C., pope Innocent's letter to John, sending him four rings (ed. Wats, p. 223)

[3] From the beginning of this chapter to the words *episcopus Cicestrensis*, in p. 113, the fuller text of B. C. is followed by F. (ed. Wats, pp. 222–3, 224–5.

[4] *literas*] Added in marg.

hiis rationibus propositis, petierunt ut illa electio confirmaretur, quæ clara voce et luce diei, rege consentiente et etiam præsente, cum testibus idoneis[1] rite fuerat celebrata. Denique post multas hinc inde disceptationes,[2] cum papa intellexisset partes in unicam personam non posse convenire, ambas cassavit, partibus interdicens et per sententiam diffinitivam statuens, ne de cetero ad archiepiscopatus honorem alteruter electorum[3] aspiraret.[4] Rex autem Anglorum J[ohannes], qui sitienter promotionem episcopi Norwicensis desiderabat, quia specialis ei[5] fuit, verbum suum posuerat in ore xii. illorum Romam destinandorum regiis sumptibus sustentandorum, quod efficaciter procurarent ut promoveretur dictus episcopus J[ohannes]. Convenerat autem inter regem et monachos, præstito juramento cum fidei interpositione, quod nullo modo alium quam eundem J[ohannem] eligerent;[6] habebant insuper regias literas super hoc de rato. Sed ipsi monachi in hoc involucro ducti et seducti, immo potius infatuati, postquam intellexerunt electionem dicti J[ohannis] papæ nimis displicere et cassari, suggerentibus cardinalibus et etiam domino papa et affirmantibus, licere eis quemcunque vellent eligere, ut secure[7] electionem celebrarent, dum modo strenuum et præcipue Anglicum eligerent. Elegerunt igitur consilio papæ et cardinalium magistrum Stephanum de Langetun, cardinalem, quo non erat major in curia, immo nec ei par in moribus et scientia. Ex tunc ergo non potuit ei papa deesse in omni tribulatione, quia creatura sua fuit. Cum sic ergo electus fuisset dictus magister Stephanus, omnes monachi Cantuarienses qui Romæ fuerunt, et qui etiam prius adversabantur, cum hymno[8] "Te Deum laudamus"

A.D. 1207.

Rog. Wend. iii. 212.

The pope cancels both elections.

The monks elect cardinal Stephen de Langetune.

[1] *idoneis*] ydoneis, MS.

[2] *disceptationes*] deceptationes, MS. and F.

[3] *electorum*] eletorum, MS.

[4] *aspiraret*] Written at first *aspiret*, as in W. B. C. F.

[5] *specialis ei*] On an erasure.

[6] *eligerent*] elegerent, MS.

[7] *secure*] secrete, Edd., but without authority.

[8] *hymno*] ymno, MS.

A.D. 1207. electum memoratum archiepiscopum sollempniter palam proclamaverunt.

Literæ exhortatoriæ regi Johanni diriguntur.

Pope Innocent writes to John in his favour.

Hiis ita gestis, papa Innocentius III. regi Anglorum literas direxit, supplicans devote ut magistrum S[tephanum] de Langetuna, sancti Grisogoni presbiterum cardinalem, natione Anglicum, moribus et scientia præelectum, omni cavillatione seposita, ad archiepiscopatum Cantuariensem rite electum, benigne susciperet. Priori quoque et monachis Cantuariensibus per literas speciales et elegantes in virtute obedientiæ præcepit, ut archiepiscopum jam dictum in pastorem susciperent, eique in temporalibus simul et spiritualibus humiliter obedirent. Rog.Wend. iii. 213. fol. 90 *a*. Rog.Wend. iii. 214.

Ecce discordia.

Anger of the king.

Cumque tandem literæ domini papæ ad regis Anglorum notitiam pervenissent, iratus est vehementer de promotione magistri Stephani, pariter et Norwicensis episcopi cassatione, crimenque proditionis in monachos Cantuarienses refundere satagebat. Dixit enim, quod in præjudicium suæ libertatis, sine ipsius licentia suppriorem suum elegerant, et postmodum, ut quod male gesserant quasi sibi satisfaciendo palliarunt, elegerunt episcopum Norwicensem, et, thesaurum regium consumentes, ad cumulum iniquitatis suæ Stephanum elegerunt, inimicum regni Angliæ publicum; qui diu degens Parisius et legens, regi Francorum erat et est familiarissimus, talemque fecerunt in regno secundum et in archiepiscopum Cantuariensem consecrari. Rog.Wend. iii. 214.

Ut monachi Cantuarienses expulsi sunt ab Anglia. A.D. 1207.

Rog. Wend. iii. 214. Versus igitur rex J[ohannes] in furorem, misit duos milites crudelissimos, qui nulli norunt parcere, et[1] malignos, Cantuariam, ut totum conventum expellerent et exilium subire cogerent. Quod et crudelius, quam eis fuerat imperatum, Falco de Cantelu et Henricus de Cornhulle, consummaverunt, distractis omnibus ecclesiæ bonis vel confiscatis. Exulantem igitur conventum domus excepit Sancti Bertini ultra mare. Misit insuper rex literas comminatorias, exprobrans domino papæ de ingratitudine, et improperans, quod se indecenter[2] gerens, mala pro bonis reddisset. Cum autem horum omnium notitiæ cum gravi querimonia ad audientiam papæ et cardinalium pervolasset, commota est tota curia vehementer.

He expels the monks of Canterbury from England.

Cf. Rog. Wend. iii. 215.

Obiit Cicestrensis episcopus.

Circa dies illos obiit Symon, episcopus Cicestrensis.

Death of Symon, bp. of Chichester.

De eclipsi solis et lunæ.

Eodemque anno sol[3] passus est eclipsim, ab hora sexta usque ad nonam. Necnon et luna eclipsim passa est anno sub eodem, forte in triste præsagium rerum proximo futurarum.

Eclipses of the sun and moon.

De nativitate H[enrici] III., heredis et primogeniti regis Johannis.[4]

Ejusdem anni curriculo, litera Dominicali G., luna vero existente xi^a^., die Lunæ, videlicet festivitate

Birth of prince Henry.

[1] *et*] Interlined.

[2] *indecenter*] On an erasure.

[3] *sol*] Added in marg.

[4] In the lower margin is drawn the figure of the infant prince, lying in a cradle, and above is written, "Nota, quando natus est rex Henricus III."

A.D. 1207. 1 Oct. sancti Remigii, Ysabella, Anglorum regina, peperit Johanni, regi Anglorum, filium suum primogenitum, et aptatum est ei nomen avi sui, videlicet Henricus. Rog. Wend. iii. 219.

Obierunt Philippus, Dunelmensis, et Gaufridus, Cestrensis episcopi.

A.D. 1208. John keeps Christmas at Windsor. Anno Domini M°.CC°.VIII°. J[ohannes], rex Angliæ, celebravit Natale Domini apud Windleshores, ubi multa militibus suis distribuit indumenta. Diebus autem paulo ante transactis et eisdem discurrebant plures et pluries nuncii, hinc inde literas commonitorias et comminatorias inter papam et regem deferentes, sed nihil proficientes, immo iram utrobique coacervantes. Desævit itaque diatim cum incremento rex jam factus tirannus, non tantum in ecclesiasticas personas, sed etiam [in][1] suos naturales barones, milites, cives et burgenses, eosdem bonis suis multipliciter spoliando, zelotipando.[2] Obierunt Philippus, Dunelmensis episcopus, et Gaufridus, Cestrensis.[3] Rog. Wend. iii. 220.

Angry letters between the pope and the king.

John's tyranny increases.

Deaths of the bps. of Durham and Chester. Rog. Wend. iii. 220.

Nota. Admonitio papæ multiformis facta regi Johanni, sed inaniter.[4]

The pope directs certain bishops to threaten John with an interdict. Eodem anno Innocentius papa, cum multotiens et multiformiter regi Anglorum misisset et scripsisset, ut ab erroribus supradictis cessaret, et ut princeps pacis et filius obedientiæ Stephanum, Cantuariensem archiepiscopum, virum sibi et regno suo perutilem, benigne reciperet, videns ipsum in omnibus rebellem et induratum, tactus dolore cordis intrinsecus, Willelmo, Lon- Cf. Rog. Wend. iii. 220.

---

[1] *in*] Om. MS. and F.

[2] *tirannus . . . . zelotipando*] This passage is marked "*vacat*" in red letters in the margin, but it has been retained in F.

[3] *obierunt . . . Cestrensis*] Added in marg., but is in the text of W. B. C. F. The MS. and F. read erroneously *Cicestrensis*.

[4] This chapter and the next in F. are borrowed from the fuller text in B. C. (ed. Wats, p. 226.)

doniensi, Eustachio, Elyensi, et Maugero, Wigorniensi episcopis, de cardinalium suorum consilio dedit in mandatis, ut accedentes ad regem memoratum, ipsum pia sollicitudine pro negotio Cantuariensis ecclesiæ convenirent; salubriter exhortantes in Domino, quatinus eo pacto se vinci a Deo permitteret, ut victus Deum vinceret, ipsumque, cui servire regnare est, in sui favorem inclinaret. Quod si forte ipsum contumacem adhuc, sicut [hactenus][1] extitit, invenirent et rebellem,[2] regnum Angliæ totum sub interdicto concluderent; auctoritate ei apostolica denunciantes, quod, si per hoc pertinaciam suam non duceret corrigendam, ipse manum adhibere curaret graviorem. A.D. 1208. Rog. Wend. iii. 221.

Ut Anglia tota sub generali interdicto sit conclusa.[3]

Memorati igitur episcopi regem[4] humiliter adeuntes in[5] lacrimis postularunt, ut sibi et toti regno suo parcens, salubribus consiliis et precibus suam regalem magnificentiam in jam dictis inclinaret, benigne recipiendo scilicet Stephanum in archipræsulem Cantuariensem, et conventum ejusdem ecclesiæ revocando, et nobiles sibi a Deo commissos Angliæ in justitia, pace et modestia gubernando. Sed cum eundem audissent in omnibus hiis rebellem comminantem et contradicentem,[6] nec aliud poterant reportare episcopi, prima die Lunæ, in Passione Christi, quæ tunc contigit x°. kalendas Aprilis, sub generali interdicto regnum An- Rog. Wend. iii. 221. Rog. Wend. iii. 222. The bishops find John contumacious, and pronounce the sentence of interdict. 23 Mar.

[1] *hactenus*] Supplied from W. B. C. F.

[2] *rebellem*] rebbellem, MS.

[3] In the margin is drawn the figure of a church bell reversed, and with the clapper taken out, by its side. Above is written in red, "*Interdictum*," and beneath,

"Mille ducentenis annis octoque peractis,
Tollitur Angligenis cultus et ordo sacer."

[4] *regem*] cum regem, MS.

[5] *in*] On an erasure, and apparently at first written *cum*, which would be preferable.

[6] *et contradicentem*] On an erasure.

A.D. 1208. State of England.

gliæ[1] concluserunt. Cessaverunt itaque in Anglia omnia ecclesiastica sacramenta, præter solummodo confessionem et viaticum in ultima necessitate, et baptisma parvulorum; corpora vero defunctorum de civitatibus deferebantur sepelienda, et in compitis more canum humabantur. Quid plura? Recesserunt latenter ab Anglia Willelmus, Londoniensis, Eustachius, Elyensis, Malgerus, Wigorniensis, Jocelinus, Bathoniensis, et Egidius, Herefordensis [episcopi];[2] satius arbitrantes sævitiam commoti regis declinare, quam in terra interdicta sine fructu residere.[3]

Many bishops leave the country.

Infiscantur bona ecclesiastica.

John confiscates the property of the clergy.

Rex igitur Anglorum J[ohannes] ob causam interdicti iratus, misit vicecomites in omnes fines Angliæ, præcipiens prælatis singulis et illorum subjectis cum comminatione terrifica, ut incontinenti a regno exirent; episcopatus insuper, abbatias et prioratus sub laicorum custodia deputans, universos redditus ecclesiasticos confiscari præcepit. Prælati tamen, nisi violenter expellerentur, exire vel exulare noluerunt; quod penitus renuerunt facere regii exactores, ne forte tempore necessitatis deesset eis promissa regis protectio, si foret ecclesia triumphatura; bona tamen eorum omnia in usus regis converterunt. Horrea clericorum, rege jubente, obserata sunt[4] ubique, et ad commodum[5] fisci distracta. Presbiterorum et clericorum, si quæ invenirentur concubinæ,[6] parva nacta occasione, a regiis satellitibus inhumane tractabantur.[7]

Rog. Wend. iii. 223.

fol. 90 *b*.

In contumeliam cleri.

---

[1] *regnum Angliæ*] Added in marg.

[2] *episcopi*] Supplied from W. B. C. F.

[3] MS. F. ends here abruptly, for although the rubric of the next chapter has been added from B. C., the text has not been continued any further.

[4] *sunt*] Interlined.

[5] *commodum*] comodum, MS.

[6] *concubinæ*] W. B. C. read *focariæ*.

[7] *si quæ . . . tractabantur*] On an erasure.

Rex homagia extorsit a nobilibus.

A.D. 1208.

Cf. Rog. Wend. iii. 224, 225.

Rex igitur sibi conscius et jam timens sibi, homagia rediviva a magnatibus Angliæ extorsit et obsides. Venientes tandem regii exactores ad Willelmum de Brause, huic mandato ipsum, et maxime ejus uxorem, rebellem invenerunt. Quod cum audisset, rex[1] iratus misit milites quamplures, ut ipsos caperent incarcerandos; sed ipsi præmuniti in Hiberniam aufugerunt.

The king exacts homage from his nobles.

Flight of William de Brause to Ireland.

Obiit Philippus, dux Suaviæ.

Eodemque anno Philippus, dux Suaviæ, æmulus imperatoris Othonis, qui contra ipsum hostiliter de imperio contendebat, occiditur. Anno quoque sub eodem Cf. Rog. Wend. iii. 226. Cistercienses in principio interdicti cessantes, postea, ad mandatum abbatis sui principalis, divina celebrare præsumpserunt; sed hæc præsumptio cum ad notitiam summi pontificis pervenisset, ad sui majorem confusionem denuo sunt suspensi. Hoc quoque anno peperit Rog. Wend. iii. 220. regina filium, videlicet Ricardum.[2]

Death of Philip, duke of Suabia.

Nota. The Cistercians are suspended from celebrating divine service.

Birth of prince Richard.

Pecunia mittitur imperatori Othoni.

Anno Domini M°.CC°.IX°. rex Anglorum J[ohannes] ad Natale Domini fuit apud Bristoldum, et ibi capturam avium per totam Angliam interdixit. Deinde venit in Angliam dux Suaviæ[3] ex parte Othonis, regis Rog. Wend. iii. 225. Alemanniæ, ad regem Anglorum, a quo non modicum Rog. Wend. iii. 226. pecuniæ thesaurum, quem ab Anglia extorserat, idem rex J[ohannes] ad opus præfati Othonis, magnifici promissoris et parcissimi exhibitoris, recepta, repatriare maturavit.

A.D. 1209.

John keeps Christmas at Bristol.

The duke of Saxony comes to England, and receives money for the emperor Otho.

---

[1] *rex*] Added in marg.

[2] *Hoc . . . . Ricardum*] Added in marg.

[3] *Suaviæ*] So also in Wendover and B. C., but we should read *Saxoniæ*. See Rymer, i. 103, and hereafter, p. 119.

A.D. 1209. *Nota præmium obedientiæ, et pœnam præsumptionis.*

The conventual churches allowed to celebrate divine service once a week.

Eodem anno, procurante Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, qui miseriæ Angliæ quamplurimum condoluit, indultum est ecclesiis conventualibus in Anglia semel in ebdomada celebrare divina. Cistercienses hac privabantur indulgentia, propter præsumptionem prænotatam. Rog. Wend. iii. 226.

Lodowicus, primogenitus regis Francorum, fit miles.

Louis, eldest son of the king of France, is knighted.

Per idem tempus[1] Ludowicus, filius Philippi Francorum regis primogenitus et heres legitimus, a patre suo, et centum alii nobiles cum eo, cingulo donantur militari. Rog. Wend. iii. 226.

Translocatur scaccarium.

The exchequer is removed to Northampton. 29 Sept.

Festoque sancti Michaelis amotum est scaccarium a Westmonasterio usque Northamtonam, in odium Londoniensium. Et sic quasi gradatim omnium suorum in sui odium rex corda argumentose studuit provocare.[2]

Ut rex Anglorum cum rege Scotorum fœdus iniit.

John marches with an army towards Scotland.

Circa dies istos rex Anglorum J[ohannes], magno exercitu congregato, versus Scociam lora direxit et vexilla; veniensque in provinciam Northhamhimbrorum, ad castellum quod Norham dicitur, acies ibidem contra regem Scotorum W[illelmum] instruxit ad pugnam.[3] Quod cum regi W[illelmo] nunciaretur, impetum ipsius quamplurimum formidavit et tirannidem; veniensque ei obviam, de pace tractavit. Sed rex Anglo- Rog. Wend. iii. 226.

---

[1] On the day of Pentecost. See Guil. Brito, in "Rec. des Hist. Fr.," xvii. 82.

[2] *et sic . . . provocare*] The whole of this is underscored with red, for the purpose of omission.

[3] *pugnam*] pungnam, MS.

rum, quasi in furorem versus, occasiones quærens malignandi,[1] improperavit illi acriter, tumultuose increpando et tanquam de proditione redarguendo, quod fugitivos suos et hostes publicos in regno suo receptaverat, eisque, in sui præjudicium, auxilium præstitit et favorem. Sed cum hæc et alia ei[2] multa cavillose imposuisset, tandem, diligenter procurantibus utriusque regis amicis, talem concordiam inierunt, quod videlicet rex Scotorum daret regi Anglorum pro bono pacis xi.[3] milia marcas argenti. Insuper, ad majorem securitatem, traderet eidem duas filias suas in obsidatum.

A.D. 1209. Terms made with William, king of Scots.

Rog. Wend. iii. 227.

Nota post interdictum capturæ avium, aliud novum edictum enorme.

Recèdente autem inde rege J[ohanne], scilicet iiii°. kalendas Julii, præcepit per forestas totius Angliæ sepes comburere, et fossata, quæ circumhabitantes fecerant ad defensionem frugum suarum, complanare, ut, esurientibus hominibus, fruges et fructus bestiis exponerentur impinguandis.

Rog. Wend. iii. 227.

28 June. John orders the hedges to be burned and ditches levelled in all the forests.

Cepit insuper homagia de libere tenentibus.

Deinde cepit rex J[ohannes] homagia de omnibus hominibus libere tenentibus, et etiam xii. annorum pueris, totius regni. Walenses insuper, licet ipsis fuisset onerosum et grave, veniebant ad regem apud Wudestoc, ut eidem, quod fuerat inauditum, homagia facerent nobiles universi. Eodemque anno Henricus, dux Saxonum, frater Othonis imperatoris,[4] venit in Angliam.[5] Anno quoque sub eodem Otho, filius ducis

Rog. Wend. iii. 227.

He receives the homage of his free-tenants.

The Welsh nobles do homage at Woodstock.

Nota.

Nota.

[1] *occasiones quærens malignandi*] These words are also underscored with a red line, for omission.

[2] *ei*] Interlined.

[3] *xi.*] So also B. C. I., but *xii.*, W., *ix.*, E., and *xv.* ap. Rymer, i. 103.

[4] *imperatoris*] Added in marg.

[5] *Eodemque . . . . Angliam*] This passage is not in W. or B., but is found in C., and in Coggeshale, p. 104. It is evidently a repetition of the notice given at p. 117.

A.D. 1209. Otho IV. is consecrated emperor.

Saxoniæ, et nepos regis Angliæ, in imperatorem Romanum Romæ consecratus est.[1]

De clericis apud Oxoniam suspensis.

Three clerks are hung at Oxford for murder, who are innocent.

Per idem tempus clericus quidam, apud Oxoniam vacans studiis, mulierem quandam casu interfecit; quam cum mortuam deprehendisset, per fugam sibi ilico consuluit. Præfectus autem urbis cum multa sequela accurrens, cum mulierem exanimem invenisset, quæsivit homicidam illum in hospitio suo, quod cum tribus sociis suis clericis locaverat; et facti reum non invenientes, ceperunt tres socios ejus innocentes et facti etiam nescios, et in carcerem retruserunt. Deinde præcepto regis, qui clericos habuit propter interdictum exosos, in contemptum ecclesiasticæ libertatis,[2] extra villam educti, suspendio perierunt. Recessit igitur universitas clericorum scolarium, ad circiter tria milia, tam magistri quam discipuli; quorum quidam apud Cantebruge, quidam vero apud Radingum, quidam quoque apud Maidenestane studiis vacantes, villam Oxoniæ scolis vacuam reliquerunt.

Rog. Wend. iii. 227.

Rog. Wend. iii. 228.

The whole of the scholars leave Oxford in consequence.

Hugo de Welles[3] *episcopus fit Lincolniensis.*

Hugh de Welles, archdeacon of Wells, consecrated bp. of Lincoln.

Eodem quoque anno Hugo, archidiaconus Wellensis et regis cancellarius, ad episcopatum Lincolniensem, eodem rege procurante, promotus, accepta licentia a rege ut transfretaret, ab archiepiscopo Rothomagensi consecrandus, statim ex quo applicuit in Normanniam, contulit se ad Stephanum, Cantuariensem archiepiscopum, et, facta ei canonica obedientia, munus[4] ab eo

Rog. Wend. iii. 228.

fol. 91 *a*.

Rog. Wend. iii. 231.

---

[1] In W. B. C. is added, "iiii°. [iii°., C.] nonas Octobris." [4 Oct.]

[2] *in contemptum . . . . . libertatis*] These words are underscored with red, for omission, but they are also in W. B. C.

[3] *Welles*] Velles, MS.

[4] *munus*] In W. B. C. the date is added, "xiii°. kalendas Januarii." [20 Dec.]

consecrationis suscepit. Quod cum a rege compertum est, quasi in furorem versus, recepit in manu episcopatum Lincolniensem, atque omnia ejus emolumenta in usus suos convertit.[1] Waltero quoque de Grai sigillum[2] suum tradens, fecit eum cancellarium, qui in omnibus regni agendis plus regis quam Dei studuit facere voluntatem. A.D. 1209. John seizes the bishopric into his hands. Walter de Grai made chancellor.

Judæi ad gravissimam redemptionem compelluntur.

Rog. Wend. iii. 231. Anno Dominicæ incarnationis M°.CC°.X°. rex Johannes fuit ad Natale Domini apud Windleshores, præsentibus omnibus fere Angliæ magnatibus et eidem communicantibus, non obstante sententia qua fuerat innodatus, quæ, licet non publicata, omnium Angliæ climatum partes pervolavit et aures subintravit; omnibus enim sese subtrahentibus nocive insidiabatur. Deinde, rege jubente, capti sunt per totam Angliam omnes Judæi utriusque sexus, et incarcerati mirabiliter Rog. Wend. iii. 232. torti, ut sic ab eis rex pecuniam extorqueret; unde ab uno solo, avulsis dentibus, x. milia marcarum emunxit.[3] A.D. 1210. John keeps Christmas at Windsor. The Jews are seized and tortured.

Excommunicatur Otho imperator.

Cf. Rog. Wend. iii. 232, 233. Circa dies illos Otho, Romanus imperator, eo quod jura imperii studuit revocare, tam ab ipso papa quam a Fretherico, rege Siciliæ, tempore vacationis quæ detinebantur[4] occupata vendicavit.[5] Unde papa vehementer iratus, commovit in eum ipsum Frethericum, et in eundem Othonem sententiam tulit excommunicationis, atque universos, tam Alemanniæ quam imperii Romani, ab ejus fidelitate magnates absolvit. Quod iram regis contra papam in majus odium obduravit. The emperor Otho excommunicated by pope Innocent.

---

[1] *convertit*] covertit, MS.
[2] *sigillum*] siggillum, MS.
[3] *emunxit*] emuncsit, MS. and E.
[4] *quæ detinebantur*] On an erasure.
[5] *vendicavit*] Added to the text, after which another word has been erased.

A.D. 1210.

Rex J[ohannes] in Hiberniam iter direxit.

John's expedition to Ireland.

6 June.

Eodem anno Arex nglorum J[ohannes], copioso congregato exercitu apud Penbroc, profectus est in Hiberniam, et ibidem applicuit viii°. idus Junii. Cumque ad Dublinensem pervenisset civitatem, occurrerunt ei omnes fere reguli totius Hiberniæ, paucis supersedentibus, qui in locis inexpugnabilibus habitabant; et accedentes præ timore crudelitatis[1] suæ, homagium ei fecerunt et fidelitatem, et leges Anglicanas susceperunt. Et præfecit eis rex custodes et ballivos, stabiliens eisdem Johannem de Grai, episcopum Norwicensem, pro justiciario, qui monetam eorum convertit in rotunditatem. Rog. Wend. iii. 233.

John de Grai, bp. of Norwich, appointed justiciary, who changes the form of the Irish money.

Rog. Wend. iii. 234.

Nota in tirannide, Deo irato, impetum ad velle prosperum.

John's proceedings against those who rebelled.

Hiis ita gestis, rex hostiliter ac fortiter progrediens, plurimas rebellium terras cepit et munitiones, fugientibus a facie ipsius Waltero de Lascy cum aliis multis, qui in manibus tam inhumani tiranni[2] incidere[3] quasi fulgur metuebant. Tandem in Midiam veniens, uxorem Willelmi de Brause, mulierem nobilissimam Matildem, et Willelmum, filium ejus, cum uxore sua comprehendit; quos vinculis constrictos in Angliam misit, apud Windleshores incarcerandos. Rog. Wend. iii. 234.

He sends Will. de Brause, with his wife and son, to be imprisoned at Windsor.

Rediit[4] rex de Hibernia, et jubet matrem et filium fame perimi.[5]

John returns to London,

Ad votum[6] igitur rex J[ohannes] triumphans in Hibernia, dispositis[7] ibidem negotiis, navem reditu- R. Wend. iii. 234.

---

[1] *crudelitatis*] On an erasure.

[2] *inhumani tyranni*] These words are underscored with red, and in their place is substituted *crudelis* in the margin.

[3] *incidere*] incedere, MS.

[4] *Rediit*] Redit, MS.

[5] *et jubet . . . . perimi*] This portion of the rubric does not apply to the present chapter. See afterwards, p. 124.

[6] *Ad votum*] On an erasure.

[7] *dispositis*] dispotis, MS.

rus ascendit, et in Anglia applicuit, iii°.[1] kalendas Septembris. Deinde Londonias veniens, fecit omnes Angliæ prælatos in præsentia sua convenire, abbates, priores, abbatissas, Templarios, Hospitalarios, custodes villarum Ordinis Cluniacensis, et aliorum transmarinorum. Qui omnes ad tam gravem compulsi sunt redemptionem et rerum dilapidationem, quod summa extortæ pecuniæ ad centum milia libras esterlingorum fertur ascendisse. Cistercienses quoque de regno Angliæ, aliis exceptis, xl^a^. milia libras argenti in hoc tallagio, vellent nollent, cassatis privilegiis, regi persolverunt. Interclusit etiam eis, ne ad generale capitulum convenirent ipso anno, iter consuetum, ne querela eorum lacrimabilis totum mundum in talem exactorem exasperaret. Assidebant autem huic exactioni nefariæ[2] Londoniis, apud Sanctam Brigidam, Ricardus de Marisco, clericus omnino regi deditus, Willelmus Briwere, Robertus de Thurnham,[3] et Reginaldus de Cornhulle, milites.

A.D. 1210. 30 Aug. and exacts a large sum from the clergy.

¶ *Nota execrabilem pecuniæ extorsionem.* The Cistercians are especially mulcted.

Persons who carried out these measures.

Electi sunt quidam in episcopos.

Anno quoque sub eodem Walterus de Grai electus est in episcopum Cestrensem; Henricus, archidiaconus Staffordiensis, in Exoniensem.[4]

Elections of the bps. of Chester and Exeter.

De miserabili morte Matildis de Brause et filii ejus.

Rog. Wend. iii. 235.

Eodem tempore Matildis, mulier nobilissima, uxor Willelmi de Brause, et filius ejus et heres Willelmus, et uxor ejus, apud Windleshores carcerali custodiæ de-

Death of Will. Brause, his wife, and son.

---

[1] *iii°.*] So also B. C., but *iiii°.* in W.

[2] *nefariæ*] nephariæ, MS.

[3] *Thurnham*] Thurham, MS.

[4] So also in B. C., but neither of these bishops elect was ever consecrated.

A.D. 1210. putati, durissime ac dirissime, jubente rege, fame cum dolore perierunt. Cujus doloris series, si describeretur, lacrimas executeret etiam[1] barbarorum.

Ut rex J[ohannes] Walenses sibi subjugaverit.

A.D. 1211. John keeps Christmas at York. His expedition into Wales. 8 July. 15 Aug. He meets the pope's messengers, who endeavour to bring about a reconciliation with the church. ¶ *Extorsio pecuniæ argumentosa.* Death of Roger, constable of Chester.

Anno gratiæ M°.CC°.XI°. rex J[ohannes] fuit ad Natale Domini apud Eboracum, præsentibus comitibus et baronibus regni. Quo etiam anno idem rex apud Album-monasterium, magno exercitu congregato, profectus est in Walliam viii°. idus Julii; ubi in fortitudine gravi Walliæ interiora perlustrans, ad Snaudunam usque, obvia sibi quæquæ conterendo, penetravit. Reges et omnes nobiles sibi sine contradictione subjugavit, accipiens obsides ex eisdem, ex quibus xx^ti^. et viii°. postea suspendi sine misericordia præcepit. Ac deinde cum prosperitate ad votum triumphans, ad Album-monasterium remeavit, die Assumptionis beatæ Mariæ. Veniensque apud Norhamtonam, nuncios domini papæ ibidem cum mandatis apostolicis obvios habuit, Pandulphum videlicet subdiaconum et domini papæ familiarem, ac de militia Templi fratrem Durandum, qui ad hoc venerunt, ut pacem inter regnum et sacerdotium reformarent. Rex autem ad exhortationem nunciorum gratanter concessit, ut archiepiscopus Cantuariensis et monachi, atque omnes episcopi ab Anglia proscripti, cum pace sua ad propria remearent; sed quia de dampnis et eorum bonis confiscatis rex archiepiscopo et episcopis noluit satisfacere, nuncii, infecto negotio, ad Gallias redierunt. Quo facto, rex cepit a militibus, qui exercitui in Wallia non interfuerunt, de quolibet scuto duas marcas. Eodemque anno vir nobilis Rogerus, Cestrensis constabularius, vitam finivit.

Rog.Wend. iii. 235.

Rog.Wend. iii. 236.

[1] *etiam*] on an erasure.

fol. 91 *b*. *Reginaldus, comes Bononiæ, exulat.* A.D. 1211.

Rog.Wend. iii. 236. Eodemque tempore Reginaldus, comes Bononiæ, vir strenuus et in arte militari probatissimus, a Philippo, Francorum rege, de comitatu suo expulsus et omnibus bonis suis privatus, confugit ad regem Angliæ J[ohannem], qui statim trecentas terræ libratas contulit eidem; comes autem regi homagium fecit, et fidelitatem juravit.

Reginald, count of Boulogne, does homage to John.

Leolinus compellitur ad deditionem.

. Leolinus autem, princeps Northwalliæ, exemplis per-
. territus prædictorum, sub potentiori manu humiliatur,
. et compellitur ad deditionem.

Llewellyn, prince of North Wales, surrenders.

De obitu Roberti de Thurnham et Willelmi de Brause.

. Per idemque tempus obiit Robertus de Thurnham.
Rog.Wend. iii. 237. Obiit quoque Willelmus de Brause senior, qui a facie[1] regis J[ohannis] ab Hibernia ad partes fugit Gallicanas, apud[2] Curbulam,[3] vigilia sancti Laurentii.
. Cujus corpus delatum est Parisius, et apud Sanctum
. Victorem honeste tumulatum.

Deaths of Rob. de Thurnham and Will. de Brause senior. 9 Aug.

Aggravat papa manum in regem J[ohannem].

Rog.Wend. iii. 237. Eodem anno Innocentius papa, cum rex Anglorum J[ohannes] nunciis ejus sibi monita prædicantibus salubria adquiescere contempsisset, multimodam ipsius supra modum admirans contumaciam, reges et omnes

Pope Innocent absolves from their fealty all those who are

[1] *facie*] face, MS.

[2] *apud*] Before this word, *obiit* is added in the margin, but is superfluous.

[3] *Curbulam*] So also B. C.; but in W. I. *Cordubam*, erroneously.

A.D. 1211. subject to the crown of England.

alios, tam pauperes quam potentes, ad coronam Angliæ spectantes, a regis fidelitate et subjectione absolvit; districte et sub pœna excommunicationis præcipiens universis et singulis, quatinus ipsum in mensa, consilio et colloquio arctius evitarent.

Rex Anglorum filium regis Scociæ Alexandrum cingulo donavit militari.

A.D. 1212. John keeps Christmas at Windsor. 8 March.

Anno Domini M°.CC°.XII°. rex Anglorum J[ohannes] fuit ad Natale apud Windleshores; et in Quadragesima sequente, Dominica qua cantatur "Lætare Jerusalem," idem rex Alexandrum, filium regis Scotorum et heredem legitimum, cingulo donavit militari, Londoniis. Rog. Wend. iii. 238.

Fugiunt multi ab obsequio regis.

His cruelty towards those who avoided him as excommunicate.

Eisque diebus, cum rex J[ohannes] clam percepisset aliquos recedere ab obsequio suo, et ipsum ex participio vitare, et[1] habere pro excommunicato, desævit in eosdem, utpote in Galfridum,[2] clericum suum de scaccario, fidelem et moralem, quem incarceratum arctissime in capa plumbea fecit interire apud Notingham;[3] quem etiam[4] pro causa sua honesta mortis constat esse martirem. Magister Willelmus de Nectona, alius ejusdem regis clericus, homo fidelis et omni dignus honore, clam et subito ad partes fugit transmarinas, et evitans discriminis laqueos apud Curbolam multis diebus latitavit.

---

[1] *vitare, et*] Interlined.

[2] *Galfridum*] Galfridum de Norwico, B. C. In the latter MS. this event is inserted under the year 1213.

[3] *apud Notingham*] Added in marg.

[4] *etiam*] Interlined.

. *Obierunt multi fugientes a facie regis J[ohannis]*. A.D. 1212.

. Anno quoque sub eodem multi nobiles, præcipue Deaths of many noble personages who fled to the continent.
. clerici, dum insolito aere et cibis in partibus ultrama-
. rinis et remotis ac ignotis, fugientes a facie perse-
. quentium, et consortia, consilia et obsequia regis
. J[ohannis] evitantes, ad Dominum, non sine martirii
. præmio, migraverunt. Quorum primus fuit [1] Gaufridus,
. de quo prædictum est. Obiit quoque Gaufridus, Ebo-
. racensis archiepiscopus, multum regi J[ohanni] pro
. salutis suæ monitis exosus et dampnificatus,[2] et pro-
Rog.Wend. iii. 238. scriptus. Obiit et Malgerus, Wigorniensis episcopus,
ob libertatem ecclesiæ Anglicanæ exul et proscriptus a
. regno et bonis omnibus spoliatus, apud Pontiniacum;
. ubi gaudet Cisterciensis Ordinis sacer [3] conventus ibidem
. degens magnum, quem ei transmisit Anglia, habere
. Christi confessorem. Obiit quoque Baldewinus, comes
. de Alba-marla, et bonus abbas Sancti Ædmundi
. Samson.

Walenses recalcitrant, unde puniuntur. Præmunitur rex de imminenti [4] confusione sua.

Rog.Wend. iii. 238. Eodem tempore Walenses de latibulis hostiliter pro- The Welsh break out in rebellion.
rumpentes, fracto fœdere, ut moris est eis, ceperunt
quædam castella regis Anglorum, et omnes in eis
inventos decapitarunt, tam milites quam servientes;
villasque quamplurimas combusserunt, et cum præda
Rog.Wend. iii. 239. maxima indempnes redierunt. Quod factum, cum ad John marches against them.
regis notitiam pervenisset, indignatus vehementer in
iram excanduit, et congregans exercitum innumera-
bilem, omnes fines Walensium simul cum incolis ex-
terminare disponit. Cumque rex tandem sic accensus

---

[1] *fuit*] Added in marg.
[2] *dampnificatus*] dapnificatus, MS.
[3] *sacer*] On an erasure.
[4] *imminenti*] iminenti, MS.

A.D. 1212. He hangs some youths received as hostages.

ad Notingham cum magno hominum tumultu pervenisset, antequam cibum sumeret, fecit xxviij°. pueros, quos anno præterito a Walensibus susceperat obsides, ut prætactum est, in tantæ transgressionis ultionem, patibulo suspendi; ex quo tempore vocaverunt eum Walenses tirannum.[1]

Præmunitio.

Letters brought to John, warning him of the defection of his nobles.

Deinde, cum sedisset ad mensam, venit nuncius quidam ad ipsum anhelus,[2] qui per literas regis Scociæ ipsum de facto papæ et de proposito magnatum, nec non et regis Francorum, plenius præmunivit et instruxit. Adhuc autem, ipso nuncio præsente, ecce alius festinus ex parte filiæ suæ, uxoris Leolini,[3] cum literis eadem continentibus, cum hoc additamento, quod, si quod proposuerat bellum aggrederetur, a suis etiam magnatibus, qui omnes absolutos se sciebant a fidelitate ejus, in discrimine mortis, hoc etiam volente papa, derelinqueretur,[4] quasi scismaticus[5] et condempnatus. Cf. Rog. Wend. iii. 239.

He returns to London, and demands hostages of the nobility.

Rex autem, hiis auditis, non mediocriter perturbatus, proposito mutato, venit properanter Londonias, misitque[6] nuncios ad magnates universos maxime suspectos, exigens obsides ab eisdem. Multi vero præceptis tirannicis non audentes resistere, tradiderunt ei filios, nepotes et propinquos. Verumtamen Eustachius de Vesci et Robertus filius-Walteri, tam laqueos anathematis quam ipsius retia pertimescentes, necnon et alii, quos longum foret enumerare, ad sinum refugii, quem pandebat misertus eorum Francorum rex, clanculo confugerunt. Rog. Wend. iii. 240.

Some take refuge in France.

---

[1] *tirannum*] On an erasure.
[2] *anhelus*] hanelus, MS.
[3] *Leolini*] Interlined.
[4] *derelinqueretur*] After this word is a mark of caret, but nothing is added in the margin.
[5] *scismaticus*] cismaticus, MS.
[6] *misitque*] *que* is interlined.

De Petro heremita, et ejus prophetia. A.D. 1212.

Rog. Wend. iii. 240. Sub eisdem quoque diebus erat in provincia Eboracensi heremita quidam, Petrus nomine, qui, eo quod multis futura multa prædixerat, Sapiens cognomento [1] dicebatur. Hic inter alia, quæ spiritu prophetiæ tactus viderat de rege Johanne, palam coram cunctis publice asserebat, quod non foret rex in die Dominicæ Ascensionis proximo sequentis nec deinceps, sed die illa coronam Angliæ ad alium transferri prædixit. Cujus assertio, cum ad regis notitiam devenisset, et, ipso jubente, ante ipsum adduceretur, quæsivit ab eodem, si die illa foret moriturus, vel quo ordine a fol. 92 *a*. regni [2] solio privaretur. Qui respondit, "Noveritis certissime, quod die prædicta rex non eris; et si de mendacio convincar, de me quod placuerit faciatis." Cui rex, "Fiat," inquit, "secundum verbum tuum." Tunc tradidit illum rex ad custodiendum, donec finis videretur. Sollicitavit igitur interim dominus papa regem Francorum, et prælatos et magnates Franciæ et omnes episcopos Angliæ, tam illos qui in Francia morabantur exules quam illos qui in Anglia vel in confinibus morabantur, necnon et magnates Angliæ, ut in tirannum et hostem ecclesiæ Johannem, quandoque regem Angliæ, potenter insurgerent, merito a regali dejectum dignitate, ne de consensu viderentur in canonem incidisse. Unde cœpit esse familiaritas inter Francos et Anglos, sed occulta; formidabant enim hii et illi, ne ecclesia universalis et etiam fides catholica per hanc discordiam detrimentum vel potius ruinam pateretur.

Prophecy of Peter the hermit, respecting John.

Prophetia sub involucro.

15 May.

The king orders him to be imprisoned.

The pope endeavours to excite the clergy and nobility of France and England against John.

[1] *cognomento*] cougnomento, MS. | [2] *regni*] rengni, MS.

A.D. 1212. *Rex J[ohannes] abjudicatus est a regno.*

The abp. of Canterbury and bps. of London and Ely go to Rome, to complain of John's proceedings.

Circa hos quoque dies Stephanus, archiepiscopus Cantuariensis, W[illelmus], Londoniensis, et E[ustachius], Elyensis episcopi, Romam profecti, innuerunt domino papæ multimodas rebelliones et enormitates, quas fecerat rex J[ohannes], a tempore interdicti usque in diem tunc præsentem ; manus sævitiæ contra Deum sanctamque ecclesiam aggravando ; unde humiliter domino papæ supplicabant, ut Anglicanæ ecclesiæ, jam quasi in extremis laboranti, dignaretur subvenire. Tunc papa perturbatus sententialiter diffinivit, ut rex Anglorum J[ohannes] a solio regni deponeretur, cui alius succederet qui dignior haberetur. Ad hujus quoque sententiæ executionem, scripsit regi Francorum P[hilippo], quatinus in remissionem omnium peccatorum hunc laborem assumeret, et, rege Anglorum a regni solio expulso, ipse et successores sui regnum Angliæ jure perpetuo possiderent. Scripsit insuper omnibus magnatibus per diversas nationes constitutis, ut ad regis Anglorum dejectionem sese cruce signarent, regemque Francorum ducem capitalem sequentes, vindicare injuriam universalis ecclesiæ non omitterent. Statuit insuper, ut[1] quicunque ad expugnandum regem illum contumacem opem impenderint vel auxilium, sicut illi qui sepulchrum Domini visitant, tam in rebus quam personis et animarum suffragiis, in pace ecclesiæ securi permaneant.

Rog.Wend. iii. 241.

Sentence of deposition is pronounced against John.

Rog.Wend. iii. 242.

Iterum mittitur Pandulphus ad regem Johannem.

Pandulph sent to France.

Hiis ita gestis, misit dominus papa Pandulphum subdiaconem ad partes Gallicanas, cum archiepiscopo et episcopis supradictis, ut in ipsius præsentia ea, quæ superius digesta sunt, exequerentur. Sed Pandulphus a papa recessurus, remotis omnibus, secreta collocutione

Rog.Wend. iii. 242.

[1] *ut*] On an erasure.

sciscitavit, si forte in regem Anglorum fructum pœnitentiæ inveniret, [quid sibi inde fieri placeret. Tunc][1] papa ei quandam pacis formam expressit, cui, si rex assentiret, gratiam posset adhuc invenire. Quæ forma, quia occulta, non nisi in occultis Rotulis aliquorum poterit reperiri.[2] A.D. 1212. Form of submission required by the pope from John.

Nota de incendio mirabili Londoniis sæviente.

Hoc quoque anno combusta est ecclesia Sanctæ Mariæ de Suwerc Londoniarum, et pons Londoniarum inter tres columpnas, et capella super pontem, et omnes domus super eundem pontem, cum magna parte civitatis et villæ de Suwerc, igne Thamisiam transiliente. Perierunt quoque multi[3] homines cum mulieribus, parvulis et equis, pars submersa, pars combusta, in nocte videlicet Translationis sancti Benedicti; ita ut videretur ignis fatalis et cœlitus demissus, ad vindictam, correptionem, et hominum correctionem. Roberti filii-Walteri et Eustachii de Vesci et aliorum baronum, necnon et clericorum, possessiones confiscantur, bona distrahuntur, munitiones complanantur, homines destruuntur; eosdemque et[4] dominos eorum utlagari [rex][5] præcepit. Great fire in Southwark and on London bridge. 11 July. The lands of Robert Fitz-Walter and others are confiscated.

De Falcone vel Falcasio.[6]

Surrexitque eisdem diebus virga furoris Domini, Falco nomine, qui a falce, id est, ab exterminante instrumento merito potuit denominari; regis ædituus et minister, ipsi in clientela militans, et unus custodum Marchiæ Walensis, arcens Walenses, ne in homines regis prorumperent, quorum terra erat Walliæ contermina; natione Neuster, ortu spurius. De quo, cum Character of Faukes [de Breauté].

[1] *quid . . . . Tunc*] Supplied from W. B. C.

[2] *Quæ . . . . reperiri*] On an erasure. See hereafter, p. 135.

[3] *multi*] In B. is interlined, *circiter mille*, and so copied in C.

[4] *et*] Interlined.

[5] *rex*] Supplied to complete the sense.

[6] *vel Falcasio*] Added in marg.

A.D. 1212. audisset rex illum nullum genus facinorum formidare, promptum[1] ad incendia, humanum sanguinem sitientem, ad ecclesias violandas paratum, ad prædas voluntarium, vocavit eum, ut ejus incendiarius esset et exterminator execrabilis.

Nota excusationem in peccatis.[2]

John extorts deeds of gift from the religious houses.

Rex eisdem temporibus ab omnibus religiosis dominibus, maxime Cisterciensis Ordinis, ad excusandas excusationes in peccatis cartas exegit et extorsit, quibus, vellent nollent, testarentur se gratis contulisse et ad subsidium pium regni, omnia quæcunque ab eisdem extorserat violenter.

De reditu Cantuariensis archiepiscopi et episcoporum a sede apostolica, qui in Angliam venerunt.

A.D. 1213. John keeps Christmas at Westminster.

Anno gratiæ M°.CC°.X°.III°., rex Johannes ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Westmonasterium; quo tempore increbruerunt rumores de morte Gaufridi, archiepiscopi Eboracensis, qui etiam merito martir habendus est, quia per septennium proscriptionem passus est, et pro executione justitiæ persecutionem septennem. Rog. Wend. iii. 242. Rog. Wend. iii. 243.

The abp. of Canterbury and bps. of London and Ely publish in France the sentence of John's deposition.

Eodemque anno, mense Januarii, redierunt a curia Romana Stephanus, Cantuariensis archiepiscopus, W[illelmus], Londoniensis, et E[ustachius], Elyensis episcopi; et, habito in partibus transmarinis concilio, regi Francorum et episcopis Gallicanis, cum clero pariter et populo, sententiam, quæ in regem Anglorum J[ohannem] Romæ pro contumacia lata fuerat, sollempniter promulgarunt. Deinde, ex parte domini papæ, tam regi Francorum quam ceteris universis, in remissionem peccatorum omnium injunxerunt, ut omnes pariter ad Angliam hostiliter accedentes, ipsum Johannem a regni solio præcipitarent, alium, qui dignus foret, subrogantes.

[1] *promptum*] promtum, MS.

[2] *excusationem in peccatis*] On an erasure.

Pristinum desiderium regis Francorum jam completum est. A.D. 1213.

Rog. Wend. iii. 243. Tunc rex Francorum rem diu desideratam intelligens et acceptans, accinxit se ad pugnam,[1] atque omnes suæ ditionis homines jussit in octavis Paschæ, fol. 92 *b*. sub nomine culvertagii, apud Rothomagum ita potenter convenire, ne crimine lesæ majestatis dampnum ac condignam pœnam incurrere mererentur simul et exheredationis. Fecit præterea omnes naves suæ potestatis, et alias multas, quas colligere poterat, frumento, vino, carne, armis et aliis necessariis optime communire, ut hiis exercitus suus abundaret.[2] The king of France makes preparations to invade England.

Ut rex J[ohannes] hostibus resistere studuerit.

Cf. Rog. Wend. iii. 244–246. Rex igitur super omnibus hiis plenius edoctus, fecit submonere[3] omnes latera marium inhabitantes, ut cum suis navibus, bene armamentis communitis, essent prompti[4] ad eundem, quo præciperet, sine hæsitatione properare.[5] Similiter et fecit per omnes comitatus submonere cunctos homines ad arma juratos, et qui servitium sibi debebant militare, ut non longe a mari, ubi decretum, quasi prœliaturi convenirent; sed cum congregarentur, tantus cœpit eorum numerus accrescere, quod victualia eis defuerunt. Licentiato igitur plebeio exercitu[6] et remisso, retenti sunt tantum idonei[7] ad pugnandum, qui cum ad Beramdonam venientes apparuerunt, recensiti sunt strenui et bene armati ad plusquam lx. milia virorum, exceptis quingentis militibus et equitibus multis, quos Johannes, Norwicensis epi- John summons forces to resist him. Who assemble on Barham down.

[1] *pugnam*] pungnam, MS.
[2] *abundaret*] habundaret, MS.
[3] The writ is given in Wendover and B. C., dated from the New Temple, London, 3 March.
[4] *prompti*] promti, MS.
[5] *properare*] Added on to the text.
[6] *plebeio exercitu*] Added in marg.
[7] *idonei*] ydonei, MS.

A.D. 1213. scopus, ab Hibernia jam adduxerat, cum manu pedestri numerosa.[1] Constituit rex præterea cum hostibus navale bellum conserere, ut eos in pelago submergeret, antequam aridam occuparent. Rog. Wend. iii. 246.

De adventu Pandulphi ad regem.

Pandulph sends to John, to request an interview.

Dum autem rex Anglorum cum innumera armatorum copia regis Francorum præstolaretur adventum, applicuerunt duo fratres de militia Templi apud Doveram, et venientes ad regem, amicabiliter dixerunt ei, "Mittimur ad te ex parte Pandulphi, qui pro utilitate vestra vobiscum cupit habere colloquium, qui proponet tibi viam reconciliationis, licet in curia Romana a jure regni Angliæ fueris abjudicatus et sententialiter condempnatus."[2] Quod cum regi placuisset, redierunt Templarii pro Pandulpho. Quem cum adduxissent, dixit idem P[andulphus] regi, "Ecce, rex Francorum potentissimus in ostio Sequanæ[3] cum innumera navium multitudine, et majora expectans, paratur te invadere, quasi Deo et ecclesiæ sanctæ universali[4] et papæ rebellem, coronam Angliæ auctoritate papali adepturus. Veniunt etiam cum illo omnes episcopi Angliæ proscripti, cum clericis et laicis per te exulantibus, ut, ipso duce, sedes episcopales cum rebus aliis te invito recipiant. Jactat se præterea idem rex cartas habere omnium fere Angliæ magnatum de fidelitate et subjectione, de consensu et conniventia domini papæ, unde plenam concipit securitatem ad finem perducere quod incepit desideratum. Si tamen adhuc sufficientem præstare volueris cautionem judicio ecclesiæ parendi et humiliari, poteris adhuc ex clementia sedis apostolicæ regnum recuperare, a quo pro contumacia Romæ abjudicatus fuisti." Rog. Wend. iii. 246.

He urges the king's submission to the church.

R. Wend. iii. 247.

[1] *adduxerat . . . . numerosa*] The first word is on an erasure, and the rest added in marg.

[2] *condempnatus*] condepnatus, MS.

[3] *Sequanæ*] So also E. In W. B. C. *fluminis* is added, as again, p. 137.

[4] *universali*] On an erasure.

Quomodo rex J[ohannes] humiliabatur. A.D. 1213.

Cf. Rog. Wend. iii. 247, 248.

Hiis igitur intellectis, humiliatus est rex,[1] licet invitus et mente perturbatus, videns undique sibi confusionis periculum imminere.[2] Demersus igitur in desperationem, persuasionibus Pandulphi volens nolens in formam pacis sibi probrosam adquievit. Quam cum rex intellexisset, usque ad spiritus intimi amaritudinem commovebatur.[3] Cujus summa[4] est, quod rex omnem rancorem omnibus remittens, omnes proscriptos benigne revocabit, et de omnibus offensis et jacturis satisfaciet. Hoc autem factum fuit apud Doveram, et carta articulatim distincta et utrobique concessa, xiii[a]. die Maii, anno regni regis Johannis xiiii[o].

John submits, although unwillingly.

Substance of the "Form of Peace" dictated to John.

R. Wend. iii. 252.

Item, de alia carta, quæ detestabilis[5] *dicitur.*

Rog. Wend. iii. 252.

Rebus hiis,[6] ut jam dictum est, peractis, convenerunt iterum rex J[ohannes] et Pandulphus cum proceribus regni apud domum militum Templi juxta Doveram, xv[a]. die Maii,[7] vigilia Ascensionis; ubi idem rex, juxta quod Romæ fuerat sententiatum, resignavit coronam suam cum regnis Angliæ et Hyberniæ in manus domini papæ, cujus tunc vices gerebat Pandulphus memoratus. Unde cartam[8] fecit omnibus seculis detestandam, quæ in multis Rotulis poterit inveniri.[9] Cujus summa est, quod tanquam feodarius[10] regnum[11]

Another meeting between John and Pandulph, at which the king resigns his crown to the pope.

Substance of the charter of resignation.

---

[1] *rex*] Added in marg.

[2] *imminere*] iminere, MS.

[3] *cum rex . . . commovebatur*] On an erasure.

[4] The letters patent are in Rymer, i. 111, and Wend., iii. 248–252, as also in B. C. (ed. Wats, pp. 235, 236.)

[5] *detestabilis*] detestalis, MS.

[6] *hiis*] Interlined.

[7] *Maii*] Mai, MS.

[8] The charter is in Rymer, i. 111, Wend. iii. 252–254, and B. C. (ed. Wats, pp. 236, 237) dat. 15 May.

[9] *in multis . . . . inveniri*] On an erasure, except two syllables of the last word, which, having originally been *reperiri*, now stands *inveniriri*.

[10] *feodarius*] So also I. and Cogges. p. 105; *feudarius*, B. *marg.*, and C., but *secundarius* in W., B. *text*, and Edd.

[11] *regnum*] regnu, MS.

A.D. 1213. Angliæ suscepit, solvendo pro regno [1] Angliæ et pro Hibernia mille marcas esterlingorum. Fecit quoque homagium, cujus forma [2] sic incipit, "Ego Johannes," etc. Et sic humiliatus est [3] rex Johannes.[4]

Petrus et filius pro assertione veritatis suspenduntur.

John orders Peter the hermit and his son to be hung.

Dies autem Ascensionis instabat in crastino,[5] futurus non solum regi, sed et aliis omnibus formidabilis et suspectus, propter assertiones Petri heremitæ, qui, ut prædictum est, eidem regi prophetaverat, quod in die Ascensionis, nec deinceps, foret rex. Sed cum diem præfixum sanus et incolumis supervixisset rex, præfatum Petrum, qui in castro de Corf in vinculis tenebatur, jussit ad caudam equinam alligatum ad villam de Warham per plateas trahi,[6] et ibidem cum filio suo patibulo suspendi. Unde multis videbatur indignum, quod tam crudeli morte pro assertione veritatis puniretur; si enim ea, quæ superius gesta leguntur, [subtiliter perpendantur,][7] comprobabitur, licet sub involucrum, veram dixisse et efficacem prophetiam. Unde a multis ipse P[etrus], et maxime filius ejus penitus insons, martir esse videtur [8] et assertor veritatis manifestæ omni sapienti.

Rog. Wend. iii. 255.

Rog. Wend. iii. 256.

---

[1] *regno*] Interlined.

[2] In Rymer, i. 112, Wend. iii. 255, and B. C. (ed. Wats, p. 237.)

[3] *est*] Interlined.

[4] *sic incipit .... rex Johannes*] On an erasure.

[5] According to all the authorities, Ascension day in the year 1213 fell on Thursday, 16th May, and this is confirmed also by the date of John's submission; yet a chronological difficulty hence arises. For if Ascension day was on the 16*th May*, then Easter day ought to fall on the 7*th April*, whereas in all the tables Easter day in 1213 is stated to have fallen on the 14*th April*, which would postpone Ascension day to the 23*rd May*.

[6] *trahi*] On an erasure.

[7] *subtiliter perpendantur*] Supplied from W. B. C.

[8] *esse videtur*] Written over an erasure of several words.

Ut Pandulphus cum parte restitutionis ablatorum ad Gallias transfretaverit.

A.D. 1213.

Rog. Wend. iii. 256.

Pandulph returns to France.

Hiis ita gestis, Pandulphus cum cartis memoratis transfretavit[1] ad Gallias, viii°. milia libras esterlingorum secum asportans, ut archiepiscopo et episcopis, monachis Cantuariensibus, ac ceteris causa interdicti exulantibus, in parte restitutionis satisfaceret ablatorum. Deinde regem Francorum diligenter admonere cœpit, qui jam parabatur hostiliter transfretare, ut desisteret a proposito, et ad propria pacifice remearet. Hæc audiens rex Francorum, iratus nimis doluit se verbis fallacibus fuisse[2] deceptum; expenderat enim[3] jam plusquam lx^a^. milia libras in illo magnifico apparatu. Unde, quia suggestione[4] papali hoc fecerat, asseruit se nullatenus persuasionibus Pandulphi adfol. 93 *a*. quiescere; cum ecce comes Flandriæ Ferrandus,[5] regi Angliæ clam confœderatus, in manifestam prorupit contradictionem, dicens cum juramento, quod noluit Cf. Rog. Wend. iii. 257. eum[6] ad hoc sequi, sed potius persequi. Addens, "Quod tibi jus in Anglia? Detines injuste regis Angliæ terras cismarinas."

He admonishes the king of France to desist from his warlike preparations.

Philip refuses, but the count of Flanders openly opposes him.

Ut rex Francorum in comitem Flandriæ impetum fecerit.

Rog. Wend. iii. 257.

Philip invades Flanders, and orders his forces to assemble at the Swine.

Quod audiens rex Francorum, furibundus et ipsum diffiducians, a curia sua confestim recedere præcepit; et insequens, comitis terram igne ac ferro hostiliter cœpit exterminare. Præterea nautis et classis suæ custodibus, qui in ostio Sequanæ expectaverant cum

---

[1] *transfretavit*] tranfretavit, MS.

[2] *fuisse*] Added in marg.

[3] *enim*] Added on to the text.

[4] *suggestione*] sugestione, MS.

[5] *Ferrandus*] This is correct, but above is written *Philippus*, as it appears in the text of W. B. I. Om. C. In E., *Ferrandus Philippus*. See p. 150.

[6] *eum*] Added in marg.

A.D. 1213. armis et victualibus, significavit, quatinus versus Suine, Flandriæ portum, vela dirigerent et vexilla, et ad eum illuc venire quantocius festinarent. Quod et factum est. Comes vero impetum regis Francorum vehementer pertimescens, ilico regi Anglorum hæc omnia nunciavit, implorans diligenter, ut sibi in arcto propter ipsum constituto militare subsidium mittere dignaretur.

The count of Flanders applies to John for aid.

Quomodo, impedito regis Francorum proposito, etiam ejus classis sit combusta.

John sends a fleet to his assistance.

Hiis auditis, rex Anglorum destinavit in succursum comitis memorati fratrem suum Willelmum, comitem Saresbiriensem, Willelmum, ducem[1] Houtlandiæ,[2] et Reginaldum, comitem Bononiæ, bellatores electos, cum navibus quingentis et militibus septingentis, et familia multa nimis, tam equestri quam pedestri. Qui velis prosperis versus Flandriam properantes, per portum Suine transitum faciebant; ubi tantam navium multitudinem intuentes, admirabantur. Missisque exploratoribus, cognoverunt ipsam esse classem regis Francorum, quæ illuc nuper aderat, et ipsam omni fere custodia, exceptis paucis marinellis, carere. Exierant enim ad prædandum ipsi milites, quibus navigium fuerat commissum, ut terram comitis Flandriæ depopulando vastarent. Quod cum principes militiæ regis Anglorum comperissent, ad arma prosiliunt, classemque acriter invadunt, et in brevi, subjugatis nautis, funibus navium præscisis, trecentas ex eis, frumento, vino, farina, carne, armis, ac rebus aliis bene onustas, versus Angliam Neptuno committunt. Naves præterea cen-

Rog. Wend. iii. 257.

Rog. Wend. iii. 258.

They attack the French fleet, and capture or destroy it.

[1] *ducem*] The same reading is in W. B. C., but in the margin of our MS. is written *comitem*, which is more correct. In E., *ducem vel comitem*.

[2] *Houtlandiæ*] So also W. B. C. I., but we ought to read *Hoilandiæ* or *Holandiæ*. See p. 150, where he is again mentioned.

tum vel eo amplius, quæ in sicco stabant, igne injecto combusserunt, earum spolia diripientes. In hoc autem casu inopinato rex Francorum et tota fere transmarina nobilitas amiserunt, quod in rebus humanis dulcius possederunt. Rex igitur Francorum confusus et sui dolentes et confusi, ad propria sunt reversi. A.D. 1213.

Rog. Wend. iii. 259.

The king of France returns home.

De absolutione regis apud Wintoniam facta.

Rex igitur Anglorum respirans et jam mente elatus est, hiis auditis, præcepitque multitudini, quam congregaverat,[1] ad propria remeare. Deinde misit militibus suis, qui erant in Flandria, magnam pecuniæ summam;[2] promittens etiam eis auxilium imperatoris suasit diligenter, ut terram regis Francorum hostiliter ingressi, incendiis ibidem vacarent et rapinis. Ipse quoque rex apud Portesmue[3] exercitum congregavit immensum, ut ad Pictaviam transfretaret; disponens a parte occidentis, sicut illi qui erant in Flandria a parte orientis, regem et regnum Francorum inquietare, necnon cum omni nisu terras amissas ad suum dominium viriliter revocare. Sed aliter accidit quam sperabat; magnates enim Angliæ ipsum sequi, nec mirum, noluerunt, nisi prius a sententia excommunicationis absolveretur, ut penitus liber, expeditus et tutus, martiis casibus ipse et[4] omnes indulgerent. Hac ergo districtione compulsus, misit cartas xxiiii^{or}. comitum et baronum ad archiepiscopum et episcopos proscriptos, ad majorem securitatem, ut, omni metu deposito, in Angliam remearent, omnia sua pacta recepturi. Ascenderunt igitur naves, Pandulpho mediante, S[tephanus], Cantuariensis archiepiscopus, W[illelmus], Londoniensis, E[ustachius], Elyensis, H[ubertus], Lincolniensis, et E[gi-

Rog. Wend. iii. 259.

John sends orders to his troops in Flanders to invade the territories of Philip.

He collects an army at Portsmouth,

but the nobles refuse to follow him.

John sends letters of safe conduct to the exiled prelates, who come to England.

Rog. Wend. iii. 260.

---

[1] *congregaverat*] Originally written *congreverat*, and below, *congrevit*.

[2] *summam*] At first written *suam*, but corr. in marg.

[3] *Portesmue*] Portesm̄, MS.; Portesmuam, E., here and below.

[4] *ipse et*] Added in marg.

A.D. 1213. dius], Herefordensis episcopi, cum ceteris clericis et
16 July. laicis; et apud Doveram xvii°. kalendas Augusti ap-
20 July. plicantes, in die beatæ Margaretæ Wintoniam ad regem
John is reconciled to them, and absolved at Winchester. pervenerunt. Rex autem, cum adventum eorum cognovisset,[1] venit obviam illis; et, viso archiepiscopo et episcopis, cecidit pronus in terram ad pedes eorum, lacrimis profusis obsecrans, ut de se ac de regno Angliæ misericordiam haberent. Quod videntes prælati et omnes alii, non se potuerunt a lacrimis abstinere. Ductus est ergo in capitulum Wintoniense.
He swears to maintain the church, observe the laws, and restore the property seized by him. Juravit igitur rex J[ohannes], tactis evangeliis,[2] quod sanctam ecclesiam ejusque ordinatos diligeret, defenderet et manuteneret, quodque bonas leges antecessorum suorum, præcipue sancti Ædwardi, revocaret, singulis reddens sua jura. Juravit etiam, quod omnibus ad interdicti negotium spectantibus infra proximum Pascha plenam faceret restitutionem ablatorum. Deinde archiepiscopus ducens illum in ecclesiam, missam celebravit, rege absoluto audiente, offerente, et pacem recipiente. Inde præcepit in singulis comitatibus pretium ablatorum considerari, et jacturas restitui spoliatis. Rog.Wend. iii. 261.

Rex in Pictaviam transfretavit.

John proposes to cross over to Poitou. Continuo vero post hæc apud Portesmue veniens, ut in Pictaviam transfretaret,[3] Galfrido filio-Petri et episcopo Wintoniensi regno ad custodiendum commisso, præcipiens ut consilio archiepiscopi Cantuariensis omnia regni negotia ordinarentur. Quo facto, venerunt ibidem militum multitudo copiosa, qui graviter conquesti sunt, quod in diutina quam ibidem fecerant expectatione omnem pecuniam suam consumpserant; unde ipsum Rog.Wend. iii. 261.

His troops refuse to accompany him, unless their expenses are repaid.

---

[1] *cognovisset*] congnovisset, MS.
[2] *evangeliis*] ewangeliis, MS.
[3] *ut . . . . transfretaret*] in Pictaviam transfretavit, MS. and E., which is manifestly wrong. It is corrected from W. B. C.

sequi nequiverant, nisi de fisco ipsis necessaria ministraret. Quod cum rex facere recusasset, iratus cum privata familia naves ascendit, et post triduum apud Gereseie[1] insulam applicuit, magnatibus suis domum reversis. Unde cum rex sese derelictum cernebat, necessitate compulsus ad Angliam remeavit. A.D. 1213. John embarks and lands at Jersey, but afterwards returns to England.

Rog. Wend. iii. 262.

Rex J[ohannes] firmiter promittit bonas leges se observaturum.

Cum vero hæc agerentur, interfuerunt concilio apud Sanctum Albanum, ex regis præcepto et communi decreto, G[alfridus] filius-Petri et episcopus Wintoniensis, cum archiepiscopo et episcopis, et regni magnatibus; ubi, cunctis pace regis denunciata, ex ejusdem regis parte firmiter præceptum est, quatinus leges Henrici, avi sui, ab omnibus in regno inviolabiliter custodirentur, et omnes leges iniquas penitus enervarentur. Denunciatum est præterea vicecomitibus, forestariis, aliisque ministris regis, sicut vitam et membra diligunt, ne a quoquam [aliquid][2] violenter extorqueant, vel alicui injuriam irrogare præsumant, aut scottalia alicubi in regno faciant, vel consimiles extorsiones, sicut facere consueverunt. Rog. Wend. iii. 262. Council held at St. Alban's, where the laws of Henry I. are ordered to be observed.

fol 93 *b*.

De legum et libertatum, de præcepto regis, denunciatione.[3]

Rex vero interim objurgans et obmurmurans, cœpit frendere, detestari,[4] et maledicere diem et horam, qua paci consenserit, affirmans se seductum fuisse et pro nihilo[5] stupefactum; et, alienigenis[6] ac spuriis ad secreta colloquia familiariter et amicabiliter advocatis, John repents of what he has done, and collects forces to coerce the nobles.

---

[1] *Gereseie*] Gerneseie, I.

[2] *aliquid*] Supplied from W. B. C.

[3] This rubric in W. B. C. is prefixed to the preceding chapter.

[4] *detestari*] Originally written *destari*.

[5] *nihilo*] nichilo, MS.

[6] *alienigenis*] alienegenis, MS.

A.D. 1213. secutis et auditis, præclaros indigenas quasi proditores et miscllos sprevit, et excludi præcepit. Ad quos quoque conterendum, cum comminationibus magnum congregavit exercitum, ut quasi rebelles ad consuetum obsequium violenter revocaret. Cumque per verba et sermonem, quæ solent cordis esse nuncia, compertum fuisset, regem de salute sua graviter facti sui pœnituisse, doluerunt valde fidem in homine nullam invenisse. Rog.Wend. iii. 262.

Rex boni facti pœnitens, redarguitur.

The abp. of Canterbury remonstrates, but without avail.

Cumque rex arma movere cœpisset, et quasi contra propria viscera more furiosi desævire, venit ad eum archiepiscopus apud Norhamtonam, dicens, quam plurimum et quantocius in injuriam sacramenti sui, quod in absolutione sua præstiterat, redundare, si absque judicio curiæ suæ contra quempiam, nedum suos homines geniales,[1] bellum moveret. Quod audiens rex, cum ingenti strepitu, vocis exaltatione, et horribilium juramentorum multiplicatione respondit, dicens et affirmans, se regni negotia[2] propter archiepiscopum non differre, cum laica judicia ad ipsum non pertineant. Rog.Wend. iii. 262.

Nota diligentiam archiepiscopi, desipiente rege.

John proceeds to Nottingham.

The abp. induces the king to give up his enterprise.

In crastino autem rex, summo diluculo, nullum alloquens sed præ ira turgidus et velut furibundus, iter arripiens versus Notingham properavit. Quem modeste secutus est archiepiscopus, constanter affirmans, quod, nisi ab inceptis celerius desisteret, omnes, qui versus quempiam ante relaxationem interdicti hostiliter arma gestarent, præter ipsum solum, anathematis vinculis innodaret. Sicque ab inceptis vix regem revocans, non prius ab eo recessit, donec diem competen- Rog.Wend. iii. 262. Rog.Wend. iii. 263.

[1] *geniales*] geneales, MS. | [2] *negotia*] nogocia, MS.

tem ad curiam regis veniendi [et][1] ibidem juri parendi baronibus impetrasset. A.D. 1213.

De causa commotionis baronum contra regem J[ohannem].

Rog. Wend. iii. 263.

Eodem anno, viii°. kalendas Septembris, convenerunt Londoniis apud Sanctum Paulum S[tephanus], Cantuariensis archiepiscopus, cum episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, et baronibus regni; ubi archiepiscopus indulsit, quasi in arram plenitudinis futuri beneficii, tam ecclesiis conventualibus quam presbiteris secularibus, ut horas canonicas in ecclesiis suis parochianis suppressa voce cantarent. In hoc quoque colloquio, coram universitate delata est in medio quædam antiqua carta Henrici Primi, regis Anglorum, quam in propatulo fecerunt recitari et legi distincte, cum deliberatione. In qua, inquam, carta summa sacramenti a rege J[ohanne] nuper facti continetur. Quam qui desiderat intueri, Historiam intueatur de Gestis Regum[2] confectam.[3] 25 Aug. Council held at St. Paul's, where the great charter of Hen. I. is read.

De scandalo orto per hæresim Albigensium.

Cf. Rog. Wend. iii. 266–270.

Circa dies illos[4] hæresis Albigensium dilatata totam Provinciam jam cœpit maculare. Papa igitur tantam non valens in Christianismo ruinam fidei tolerare, constituit sollempnes prædicatores, qui signarent populum super eos, peccatorum omnium indulgentiam percipiendum. Commota sunt igitur ad hoc omnia fere regna Cismontana et accinguntur nobiles infiniti ad[5] Heresy of the Albigeois. The pope directs a crusade to be preached against them.

[1] *et*] Supplied from W. B. C.

[2] Under this title, (as again, at p. 157), the Chronicle of Wendover, iii. 263–266, or the larger History of Matthew Paris is referred to (ed. Wats, p. 240). This charter of Henry I. is previously given, under the year 1100, vol. i. p. 177.

[3] *Quam . . . . confectam*] On an erasure.

[4] *illos*] Written above the line.

[5] *ad*] Repeated, but expuncted.

A.D. 1213. injuriam fidei catholicæ vindicandam.[1] Quibus capi-
Simon de Montfort, earl of Leicester, the chief leader. taneus constituitur vir nobilis et in armis strenuus[2]. Simon de Monte-forti, comes Legrecestriæ, in cujus manus Dominus tradiderat nobilem civitatem Beders,[3]. cum domino civitatis Rogero, vicecomite civitatis et
The city of Beziers taken. domino[4] totius provinciæ circumjacentis.

De morte regis Arragonum.

Death of the king of Arragon. Diebus quoque sub eisdem rex Arragonum, ætate et viribus integer et vernans, sed superbus et temerarius, confœderatus est Tholosanis et Albigensibus, quos infamia de hæresi non mediocriter condempnaverat. Congregato igitur exercitu copioso, rex Arragonum[5]. comitem Simonem non præmunitum occupare in quodam castro disposuit; sed comes malens armis trucidari quam fame contabescere, subitum exiens, fecit. cum paucis in regem et ejus exercitum impetum[6] vehementem. In quo conflictu acerrimo ipse rex nil tale formidans periit trucidatus, toto exercitu dissipato. Cf. Rog. Wend. iii. 271–273.

20 Sept. Facta est hæc belli congressio feria vi. post octavas Nativitatis beatæ Mariæ.[7] Rog. Wend. iii. 274.

Moritur Galfridus filius-Petri,[8] Angliæ justiciarius.

Death of Geoffrey Fitz-Peter, the justiciary. Eodem quoque anno Galfridus filius-Petri, Angliæ justiciarius, vir quidem potens et magni consilii, ii. idus Octobris diem clausit extremum; in cujus casu nimis enervatum universitatis regni robur et consilium, cœpit ex illo tempore enormiter declinare. Cum autem Rog. Wend. iii. 271.

14 Oct.

---

[1] *vindicandam*] Added on to the text.

[2] *strenuus*] strenus, MS.

[3] *Beders*] Biternensem civitatem, W. B. C. The Edd. have *Bituricensem* [Bourges], without authority.

[4] *domino*] dn̄o, MS.

[5] *rex Arragonum*] Added in marg.

[6] *impetum*] impetum et, MS.

[7] See, in reference to this date, Hampson "Medii Ævi Kalendarium," i. 6, according to whom, *post* is a mistake for *infra*, and the real date of the battle should be the 12th September.

[8] *filius-Petri*] Petri, MS.

. rex de ejus casu[1] certificaretur, sciens quod in ejus A.D. 1213.
. morte status regni concussus est, subsannans ait, Jocose speech of John.
. "Salutet in inferno, quo iturus est, Hubertum filium-
. Walteri!"

De adventu Nicholai, Thusculanensis episcopi, apostolicæ sedis legati, in Angliam.

Rog. Wend. iii. 274. Eodemque anno, circa festum sancti Michaelis, venit 29 Sept. Arrival in England of the legate Nicholas, bp. of Tusculum.
in Angliam Nicholaus, Tusculanensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, ut statum regni reformaret; et
apud Westmonasterium veniens, Willelmum abbatem de
dilapidatione accusatum deposuit. Quo etiam ei obviam
venientes burgenses Oxoniæ,[2] reos mortis clericorum He deposes William, abbat of Westminster.
suspensorum absolvit,[3] injungens pœnitentiam gravis-
Cf. Rog. Wend. iii. 275. . simam. Ipse autem cum iiij^{or}. equis et duobus mulis
. et uno claudo equo, quem quidam garcio post se semi- The burgesses of Oxford are absolved.
. necem traxit, legatus in Angliam veniens, cum quinqua-
. ginta in brevi pretiosis mannis et familia multa nimis
. stipatus incedebat. Rex quoque ipsum cum magna John influences the legate by bribes to take his part.
. pompa suscepit, multa eidem conferens donativa; et
. ilico inclinatum est cor ipsius, et eidem adhæsit plus-
. quam parti ecclesiæ dampnificatæ.[4] Factaque concione,
optulit rex centum milia marcarum continuo numeran-
. darum, cum in quadruplo ecclesiam dampnificaverat.[5]
Ad hoc autem statim legatus consensit, indigne ferens,
fol. 94 *a*. quod non statim accepta fuit prælatis insufficiens obla-
. tio; unde in hoc jam apparuit cor ipsius enervatum.
. Insuper dilationes restitutionis quæsivit et diverticula,
. ac si esset necesse inquirere summam ablatorum.

---

[1] *casu*] Interlined.
[2] *Oxoniæ*] Added in marg.
[3] See previously, p. 120.
[4] *dampnificatæ*] dapnificate, MS.
[5] *dampnificaverat*] dapnificaverat, MS.

A.D. 1213. *Ut rex J[ohannes] coronam in manus legati infeliciter resignavit.*

Another council held at St. Paul's.

Die vero crastina convenerunt iterum ad Sanctum Paulum, ubi, post multos et varios de interdicti relaxatione tractatus, ante majus altare coram clero et populo exacta est a rege illa non formosa immo potius facinorosa subjectio, qua in manum domini papæ diademate cum regno resignato, tam dominium Hyberniæ quam regnum subdidit Anglicanum; semper tamen clam et palam reclamante cum profundis suspiriis S[tephano], Cantuariensi archiepiscopo. Carta quoque regis detestabilis, de qua superius diximus, quæ prius cera signata fuerat et Pandulpho tradita, nunc auro bullata est ad memoriam perpetuandam, et legato ad opus domini papæ et Romanæ ecclesiæ resignata.

Rog. Wend. iii. 275.

John subjects his kingdom to the pope.

Rog. Wend. iii. 276.

The charter is sealed with the golden bulla.

Papa Innocentius III. legato scripsit pro vacantibus ecclesiis.

The pope sends letters to the legate to fill up the vacant benefices.

Eodem tempore Innocentius papa Nicholao legato per literas suas[1] dedit in mandatis, ut episcopatus et abbatias[2] vacantes per regnum Angliæ faceret de personis idoneis[3] per electionem vel postulationem canonicam ordinari, Deum habens præ oculis; si qui vero contradictores essent, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compelleret.[4]

Rog. Wend. iii. 277.

De tirannide et superbia legati.

Tyranny and pride of the legate.

Legatus vero, accepto tali mandato, factus de rege tirannus, spreto archiepiscopi et episcoporum consilio,

Rog. Wend iii. 277.

[1] The letters are given in Wendover and B. C., dated "kal. Nov. [1 Nov.] pont. anno xvi." (ed. Wats, p. 247).

[2] *abbatias*] abacias, MS.

[3] *idoneis*] ydoneis, MS., and so always.

[4] *compelleret*] The last syllable is on an erasure.

cum clericis regis et ministris ad vacantes accedens ecclesias, secus quam deceret eas de minus idoneis personis ad libitum ordinare præsumpsit, multa multis injuriosa inferens gravamina. Parrochiales insuper ecclesias in locis diversis vacantes clericis regiis et suis pro voluntate distribuit, penitus regalis et regis fautor, patronorum consensu minime requisito; unde multorum indignationem et maledictionem promeruit, dum justitiam in injuriam, et judicium in præjudicium, commutavit. A.D. 1213.

De appellatione[1] *S[tephani], Cantuariensis archiepiscopi, pro ordinatione vacantium ecclesiarum.*

Rog.Wend. iii. 278. Anno Domini M°.CC°.XIIII°. [Johannes], rex Anglorum, ad Natale Domini curiam suam tenuit apud Winleshores. Deinde post octavas Epiphaniæ convenerunt apud Dunestapliam S[tephanus], Cantuariensis archiepiscopus, et[2] sui suffraganei.[3] Moleste enim nimis et indigne ferebant, quod legatus, illis inconsultis regiisque favens nutibus, in ecclesiis vacantibus prælatos instituit minus sufficientes, intrusione magis quam canonica electione. Appellatum est igitur contra hujusmodi præjudicium et gravamen. Legatus autem appellationi factæ non deferens, misit assensu regis Pandulphum ad curiam Romanam, ut archiepiscopi et episcoporum propositum irritaret. Quo cum pervenisset, famam archiepiscopi Cantuariensis in conspectu papæ, quantum potuit, denigravit, asserens ipsum, inter cetera, summam adhibuisse diligentiam, ut cor regis averteret, ne papæ et Romanæ curiæ subjiceretur,[4] et contra factam subjectionem solum procaciter appellasse.[5] Restitit autem Pandulpho ibi magister Simon de Langetuna, frater

A.D. 1214. John keeps Christmas at Windsor. 13 Jan. The abp. of Canterbury appeals against the legate's proceedings. Pandulph is sent by the legate to Rome, to oppose the appeal. Simon de Langetune contradicts

[1] *appellatione*] apellacione, MS.
[2] *et*] Interlined.
[3] *sui suffraganei*] Written at first *cum suis suffraganeis*, as in W. B. C.
[4] *subjiceretur*] subiceretur, MS.
[5] *appellasse*] apell'asse, MS.

A.D. 1214. the assertions of Pandulph.

archiepiscopi Cantuariensis; sed quoniam carta regis auro bullata domino papæ de subjectione et tributo regni Angliæ et Hiberniæ illuc a Pandulpho delata fuerat, et papæ et omnibus curiæ Romanæ adeo placuit, dictus magister Simon in suis contradictionibus non potuit exaudiri. Asserebat insuper Pandulphus memoratus, regem benignissimum fuisse et modestum, domino papæ pronum fuisse ac devotum; archiepiscopum quoque et episcopos in exactionibus suis et in ablatorum restitutionibus protervos fuisse contra regem humiliatum, et avaros supra modum, et quod regem et regni libertates plus æquo deprimebant. Et sic propositum archiepiscopi et episcoporum detrimentum incurrit cum dilatione.

Rex J[ohannes] transfretavit in Pictaviam.

John sends money to his forces in Flanders.

Eodem anno rex J[ohannes] misit principibus militiæ suæ, qui erant in Flandria, pecuniam multam nimis, ut regem Francorum inquietarent[1] et terras ejus devastarent; quod et ipsi vigilanter impleverunt. Rex autem J[ohannes] die Purificationis beatæ Mariæ, missis Romam pro relaxatione interdicti nunciis, apud Portesmue, regina comitante,[2] naves ascendit, et cum exercitu suo apud Rupellam cito applicuit. Quo audito, venerunt ad eum catervatim multi barones Pictaviæ, et infideles fidelitatem ei juraverunt. Deinde progrediens, in manu forti plura castra hostium sibi subjugavit; sed subjugata minus caute alienis tradidit custodienda.[3]

Rog. Wend. iii. 279.

He embarks at Portsmouth, and lands at Rochelle. 2 Feb.

Rog. Wend. iii. 280.

The nobles of Poitou swear fealty to him.

[1] *inquietarent*] In the margin *transmisit* is added after this word, but it is superfluous, unless *misit* is previously omitted, as is the case in E.

[2] *comitante*] Originally *comite*, as in W. B. C., but *vel tan* interlined, as a correction, which is followed by E.

[3] *sed . . . custodienda*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, which can still be partially read thus, *Quod qui plenius scired esiderat . . . . Addi . . .* See the letter of John to the Justices of the Exchequer, in Wend. iii. 280, and B. C. (ed. Wats, p. 248).

De relaxatione interdicti.[1]

A.D. 1214.

Rog.Wend. iii. 284. Cum autem durasset interdictum vi. annis et xiiii. septimanis et duobus diebus,[2] legatus Nicholaus, in die apostolorum Petri et Pauli, auctoritate apostolica relaxavit sententiam interdicti; et factum est gaudium magnum per totum regnum, pulsato classico et decantato hymno,[3] "Te Deum laudamus."

Relaxation of the interdict. 29 June.

Obiit Johannes, abbas Sancti Albani.[4]

Rog.Wend. iii. 285. Eodemque tempore Johannes, abbas ecclesiæ Sancti Albani, die beati Kenelmi regis et martiris, sicut et ipse sanctus et plenus dierum, moribus prædítus et scientia prædixerat, diem clausit extremum.

Death of John, abbat of St.Alban's. 17 July.

Ut rex J[ohannes] exercitum suum versus Rupem-monachi a Britannia promoverit.

Rog.Wend. iii. 285. Diebus sub eisdem rex J[ohannes] suum promovit exercitum a Pictavia in Minorem Britanniam; ubi ad transitum pontis non procul a Nantes[5] gloriose de hostibus triumphans, xx. milites cepit, et inter ceteros

John obtains a victory near Nantes, in Britanny.

Rog.Wend. iii. 286. filium et heredem comitis Roberti de Druis. Deinde ad castrum, quod Rupem-monachi[6] dicitur, se conferens, illud obsedit. Quod audiens Lodowicus, regis Francorum filius, a patre suo illuc missus, ut regis J[ohannis] refrænaret incursus, cum exercitu suo illuc properavit. Quod cum audisset rex J[ohannes], præparavit se ad prœlium campestre, ut resisteret; sed Pictavenses regem sequi contempnentes, asserebant se non paratos

He besieges Roche-au-Moine.

Louis, son of the king of France, advances with an army, and John is compelled to retreat.

---

[1] In the margin are drawn a pair of hands ringing, by means of long ropes, two church bells fastened above.

[2] *xiiii. septimanis . . . . diebus*] mensibus tribus et diebus xiiii., W. B. C.

[3] *hymno*] ymno, MS.

[4] A small mitre and crosier reversed are sketched in the margin.

[5] *Nantes*] In the margin is written, "*Nantica*," sc. civitate.

[6] *Rupem-monachi*] Rupes-monachi, MS. and E.

A.D. 1214. fuisse ad campestre prœlium. Tunc rex solitam Pictavensium proditionem expertus, recessit probrose ab obsidione castri, cujus captio imminebat.[1] Sciendumque, quod Franci plus gaudebant de repulsione regis Anglorum per Lodowicum facta, quia sumebant spiritus quod strenuus rex erat futurus, in confusionem ejusdem regis, quam gaudebant de victoria, quam postea adepti sunt apud Bovines, de qua dicetur.[2]

Exultation of the French.

De prœlio quod erat in Flandria.

John's forces in Flanders carry the war into France.

Hiis quoque diebus exercitus qui erat in Flandria, regi Anglorum prospere militans, totum regnum Francorum perterritum reddidit et turbatum. Erant namque in illa expeditione viri famosi et bellicosi, Willelmus, comes[3] Holondiæ,[4] Reginaldus, quondam comes[5] Boloniæ, Ferrandus, comes Flandriæ, Hugo de Boves, vir in armis strenuus sed proditor et superbus; quibus rex J[ohannes] constituerat ducem et marescallum Willelmum, fratrem suum, comitem videlicet Saresbiriensem. Habuerunt præterea Othonis imperatoris auxilium et consilium, ducisque Lovaniæ et Braibanciæ, cum quodam comite Alemanniæ,[6] quem Franci comitem Pelu nominabant,[7] qui pari tirannide in Francos fremebant. Tandem vero venit Anglis in auxilium ipse O[tho] imperator, sed paucis comitatus militibus, quod apparuit in sequentibus.[8] Cumque hæc audisset Philippus, rex Francorum, licet perturbatus et de hostium multitudine, nec mirum, trepidus, occurrit eisdem cum exercitu suo ad pontem de Bovines. Cumque instaret

Rog. Wend. iii. 287. fol. 94 *b*.

The emperor Otho joins them.

Philip encounters them at Bovines.

Rog. Wend. iii. 288.

---

[1] *imminebat*] iminebat, MS.

[2] *Sciendumque . . . dicetur*] Added in marg.

[3] *comes*] dux, W. B. C.

[4] *Holondiæ*] Houtlandiæ, W. I.; Hoilandiæ, B. C.; Holandiæ, E.

[5] *comes*] There is an erasure of a few letters after this word.

[6] *Alemanniæ*] Alemanne, MS.

[7] *cum . . . . nominabant*] Added in marg.

[8] *Tandem . . . sequentibus*] Added also in marg.

dies crastina, scilicet dies Dominica, et inhonestum A.D. 1214.
. decrevisset exercitus regis Anglorum illa die bellum
Cf. Rog. Wend. iii. 289, 291. · quod præparaverant conserere, Hugo de Boves, non
· reputans diei sollempnitatem violare, vocavit comitem
Boloniæ proditorem. At ille, "Hodierna dies te pro-
ditorem et me fidelem comprobabit." Consertum est Danger incurred by the king of France.
· igitur prœlium cruentissimum, et rex in medio belli
· prostratus est, super quem quidam miles cadens, ut
· se ictibus hostium opponeret, interfectus est; qui tan-
· dem vix est elevatus. Tandem, calore ascendente, ut
· solet in Julio, opprimuntur hinc inde multi, vulneran-
· tur, occiduntur. Denuo prævaluit pars Francorum, et The French gain the victory.
· clam se divertit imperator cum suis fautoribus; Hugo
· de Boves turpiter aufugit. Capti sunt viri præclari
· comes Saresbiriensis W[illelmus], comes Flandriæ F[er-
· randus], comes quondam Boloniæ Reginaldus, cum multis
· aliis potentibus et præclaris, qui in Franciam trahe-
· bantur incarcerandi. Post autem triumphum, rege Philip is received with triumph at Paris.
· veniente Parisius, tota civitas facibus, laternis, lampa-
· dibus, olosericis, instrumentis musicis,[1] classico campa-
· narum, cantibus, tota illa die et nocte splenduit sere-
Rog. Wend. iii. 291. nata. Facta est autem hæc belli congressio mense
Julio, vi. kalendas Augusti. In hoc autem casu rex 27 July.
Anglorum J[ohannes] xl[a]. milia marcas, quas tem- Amount of money expended by John.
pore interdicti a monachis Cisterciensis Ordinis con-
· silio Ricardi de Marisco et complicum suorum acceperat,
· credens ex tali emolumento aliquem fructum provenire,
Rog. Wend. iii. 292. expendit.[2] Cum tandem hujus rei notitia ad regis His alarm, and reproaches made to him by Savary de Mauleon.
Johannis[3] memoriam[4] pervenisset, animo consternatus
et se non capiens præ dolore, dixit, "Postquam Deo
reconciliatus me ac mea, proh dolor! beato Petro et
Romanæ ecclesiæ subjeci, nulla mihi prospera sed ad-
· versa contigerunt." Hujus autem illepidi sermonis

---

[1] *musicis*] Added in marg.

[2] *acceperat . . . expendit*] On an erasure.

[3] *Johannis*] Interlined, and afterwards erased, apparently by mistake. It is in W. B. C.

[4] *memoriam*] The last syllable is on an erasure.

A.D. 1214. alteri parti respondit quidam regi collateralis sic, "Non Deo adhuc reconciliatus es, quia læsis et damnificatis non satisfecisti." Alteri parti, sic, "Quando de aliquo audisti vel vidisti, aliquem Sarracenum vel Christianum regem, qui se liber sponte subdidit servituti? Tu vero, qui regum liberrimus extiteras, sponte te tuumque regnum servituti perpetuæ subdidisti, ut tuos protervius homines confunderes naturales." Et qui verbum hoc protulit, Savaricus fuit de Malleone, qui tirannidem regis minime formidavit.[1] Rex vero ea die nec cibum nec potum sumpsit, renuens consolationem accipere, recolens se tunc demum reum esse mortis Petri heremitæ.[2]

De consecratione quorundam episcoporum.

5 Oct. Consecration of some bishops.

Eodem tempore, iii°.[3] nonas Octobris, apud Cantuariam consecratus est Simon, decanus Eboracensis, in episcopum Exoniensem; Ricardus, Saresbiriensis[4] decanus, in Cicestrensem,[5] Walterus de Grai, Angliæ cancellarius, in Wigorniensem episcopos consecrantur.[6] R. Wend. iii. 293.

Rediit[7] *rex de partibus transmarinis.*

Truce made with France, and return of John to England. 19 Oct.

Hiis etiam diebus rex Anglorum J[ohannes], acceptis treugis[8] cum rege Francorum, mediante magistro Roberto de Curcun, legato in Francia, et aliis amicis, rediit in Angliam xiiii°. kalendas Novembris. Rog. Wend. iii. 293.

---

[1] *Tu vero . . . formidavit*] Added in marg.

[2] *accipere . . . heremitæ*] On an erasure.

[3] *iii°.*] iiii°. B. C.; om. E.

[4] *Saresbirensis*] Sarebiriensis, MS.

[5] According to other authorities, Richard Poore was not consecrated till 25 Jan. 1215. Fasti, i. 239.

[6] *Walterus . . . consecrantur*] On an erasure. On the lower margin is written with a plummet, but nearly obliterated, "Walterus de Grai, Angliæ cancellarius, per manum S. Cant. archiepiscopi consecratus est."

[7] *Rediit*] Redit, MS.

[8] The truce is in Rymer, i. 125, and Wend. iii. 292, dated Chinon, Sept. 1214.

Obiit J[ohannes], episcopus Norwicensis; et Rofensis. A.D. 1214.

Rog.Wend. iii. 292. Tempore sub eodem Johannes de Grai, Norwicensis episcopus, magni in Anglia et Hibernia causa vel occasio mali et perturbationis, a curia Romana rediens, in territorio Pictavensi diem clausit extremum. Cujus corpus in Angliam delatum, apud Norwicum in ecclesia sua sepultum est. Obiit quoque Gilebertus de Glanvilla, episcopus Rofensis.[1]

Deaths of John, bp. of Norwich, and Gilbert, bp. of Rochester.

De communi colloquio baronum.

Rog.Wend. iii. 293. Sub eadem tempestate convenerunt ad colloquium apud Sanctum Edmundum comites et barones Angliæ, quasi orationis gratia; ubi cum diu et secretius colloquerentur de regis promissis et sacramentis, de quibus nullam spem habebant, producta est in medium quædam carta regis Henrici Primi, quam idem rex confecit et benigne concessit magnatibus, dum frater ejusdem regis, Robertus Curtheuse, a Terra Sancta remearet; quam etiam cartam iidem[2] barones a Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, ut prædictum est, Londoniis acceperant. Continebat autem hæc carta quasdam libertates et leges regis Edwardi, sanctæ ecclesiæ Anglicanæ pariter et magnatibus regni concessas. Juraverunt igitur dicti barones super altare sancti Edmundi, quod, si rex leges et libertates jam dictas concedere nollet,[3] prout juravit, et benigne manuteneret, ipsi ei werram tam diu moverent, donec fidelis, etsi[4] invitus, comprobaretur; et hoc totum prius, rege consentiente, providebatur. In hoc tamen omnes communiter consenserunt, ut post Natale Domini simul omnes ad regem venientes, libertates præscriptas sibi

Rog.Wend. iii. 294.

Meeting of the barons, to compel John to confirm the liberties of Hen. I.

[1] *Obiit . . . . Rofensis*] On an erasure. In B. C. is added the date "viii°. kal. Julii" [24 June].

[2] *cartam iidem*] cartan idem, MS.

[3] *nollet*] Added in marg.

[4] *etsi*] et, MS.; corr. from E.

A.D. 1214. peterent confirmari, atque interim in equis sibi et armis taliter providerent, quod si forte rex a proprio vellet juramento resilire, quod bene credebant, ad satisfactionem compellerent. Et, hiis gestis, ad propria remearunt.

Præficitur ecclesiæ Sancti Albani Willelmus de Trumpintona.

William de Trumpington elected abbat of St. Alban's. 30 Nov.

Eodem anno Johanni, abbati Sancti Albani, successit Willelmus de Trumpintona, ejusdem ecclesiæ monachus. Qui die sancti Andreæ in ecclesia Beati Albani ante majus altare ab Eustachio, Elyensi episcopo, pontificaliter et sollempniter munus benedictionis[1] suscepit. Rog. Wend. iii. 294.

He acts like king John, in regard to a breach of faith.

Iste quoque, simili modo ut rex J[ohannes], quasdam consuetudines de quibusdam oppressionibus et gravaminibus conventum tangentibus se promisit mitigaturum; unde idem cartam manu propria conscripsit ante ejus electionem et postea approbavit, in capitulo per legatum dein[2] infirmavit,[3] et cartam fecit cassari.[4] R. Wend. iii. 295.

De exactione libertatum facta per barones.

A.D. 1215. John keeps Christmas at Worcester.

Anno gratiæ M°.CC°.XV°., qui est annus regni regis J[ohannis] xvii., idem rex tenuit curiam suam ad Natale Domini apud Wigorniam, vix uno die, deinde Londonias[5] veniens, apud Novum[6] Templum hospitatus est. Rog. Wend. iii. 295. fol. 95 *a*.

The barons demand from him the liberties he had sworn to observe.

Ibidemque venerunt ad ipsum barones memorati, qui constanter exigebant ab eo libertates et leges, prout ipse juraverat,[7] sibi confirmari. Rex autem, qui impetum eorum metuebat, humiliter inducias usque ad clausum Pascha, ut tunc illis plenius satisfaceret, cum Rog. Wend. iii. 296. 26 April.

---

[1] *benedictionis*] On an erasure.

[2] *dein*] Added in marg.

[3] *infirmavit*] infirmavit, MS.

[4] *cassari*] On an erasure. See the "Vitæ abbatum," p. 115.

[5] *Londonias*] apud Londonias, MS.

[6] *Novum*] On an erasure.

[7] *juraverat*] At first written *juravit*.

deliberatione præhabita, postulavit.[1] Ad hoc autem fidejussores invenit archiepiscopum Cantuariensem, episcopum Elyensem et Willelmum Marescallum. Quo facto, magnates æquanimiores effecti ad propria sunt reversi. Rex autem interim, volens sibi præcavere, fecit sibi soli contra omnes homines per totam Angliam fidelitatem jurare et homagia renovare. Et, ut sibi melius provideret, die Purificationis beatæ Mariæ crucem Domini suscepit, ut tanti clipei protectione tutior et ad resistendum fortior haberetur; et castra caute communivit. Eodemque tempore[2] Eustachius, Elyensis episcopus, migravit a seculo.

A.D. 1215.

John causes a renewal of homage to be made, and assumes the cross.

2 Feb. Death of Eustace, bp. of Ely.

Contradictio regis, ne concederet libertates.

Rog. Wend. iii. 297. Ebdomada autem Paschali adveniente, convenerunt barones apud Brackele.[3] Erat autem[4] exercitus eorum jam magnus et numerosus valde, æstimatus ad duo milia militum, præter equites, servientes et pedites, armis communitos. Hii igitur omnes confœderati et conjurati, S[tephanum], Cantuariensem archiepiscopum, sibi constituerunt capitaneum,[5] ut una cum ipsis regem cogerent, si opus esset, ad sui sacramenti et certi promissi et multociens iterati fidele complementum. Missa igitur scedula,[6] in qua leges et libertates scriptæ in carta Henrici Primi et quædam piæ et justæ leges regis Eduuardi continebantur, rex, inspectis articulis, iratus respondit, "Et quare cum istis iniquis exactionibus regnum non exigunt?" Juravitque furibundus horribiliter, se nunquam illa concessurum.

Rog. Wend. iii. 298.

The barons assemble at Brackley.

Stephen, abp. of Canterbury, is constituted head of their party.

They write to John, to demand the liberties and laws of Hen. I. and king Edward.

He refuses.

---

[1] *postulavit*] Added in marg.

[2] *tempore*] Added in marg.

[3] *Brackele*] So also E.; Stamford, W. B. C.

[4] *autem*] The last syllable is on an erasure.

[5] *capitaneum*] capitalem consentaneum, W. B. C.

[6] *scedula*] cedula, MS.

A.D. 1215. *Constituitur Robertus filius-Walteri constabularius sive marescallus.*

The barons elect Robert Fitz-Walter their leader.

They besiege Northampton, and afterwards march to Bedford.

Quod cum magnates cognovissent,[1] constituerunt Robertum filium-Walteri principem militiæ suæ, appellantes eum Marescallum[2] exercitus Dei et ecclesiæ sanctæ, eo quod regem ad fidelitatem voluerunt inclinare recalcitrantem. Et sic ad arma convolantes, versus Northamtonam acies ordinatas direxerunt, et ilico castrum obsidione vallaverunt; sed quia obsessi bene præmuniebantur et ipsi machinis caruerunt, nihil profecerunt; vexilliferque Roberti, marescalli[3] exercitus, spiculo balistæ ibidem obiit. Deinde cum nihil ibidem profecissent, ad castrum de Bedeford acies suas direxerunt barones memorati, ubi a Willelmo de Bello-campo reverenter sunt suscepti. Ibidem quoque venit quidam ad eos nuncius festinus et secretus, indicans eis ex parte civium Londoniensium, quos rex injuriose nimis et crebro conculcaverat, quod si vellent urbis ingressum habere, festinanter sed caute illuc advenirent. At ipsi de nocte iter[4] agentes, et per Ware transeuntes, clam per portam de Alegate[5] Londonias subintraverunt,[6] nullo contradicente. Portas igitur ex tunc, assignatis suis custodibus, vigilanter observabant, significantes magnatibus regni, qui adhuc regi[7] videbantur adhærere, ut regem perjurum relinquentes, cum eis starent pro regni libertatibus decertantibus, sicut se suaque diligerent. Suspensum est igitur scaccarium et placita, nullusque ibidem inventus est vicecomitum, qui regi responderet aut obediret.[8] Maximaque pars

Rog. Wend. iii. 299.

The citizens of London invite them to enter the metropolis.

They take possession of London.

Rog. Wend. iii. 300.

The Exchequer is suspended.

Rog. Wend. iii. 301.

[1] *cognovissent*] congnovissent, MS.

[2] *Marescallum*] The first five letters are on an erasure.

[3] *marescalli*] marecalli, MS.

[4] *iter*] Partly on an erasure.

[5] *Alegate*] Alegante, MS. In B. C. *Alegat.*

[6] In W. B. C. is added the date, "ix. kal. Junii" [24 May].

[7] *regi*] Added in marg.

[8] *obediret*] The last syllable is on an erasure.

. magnatum Londonias vocatorum advenit, et parti baro- A.D. 1215.
.. num adhæsit.

Concessæ sunt libertates in dolo, et pax facta, sed odibilis.

Cf. Rog. Wend. iii. 301.

John offers deceitfully to concede the liberties demanded.

Rex autem se cernens jam ab fere omnibus dere- . lictum, sibi cœpit formidare vehementer, et, concepto . contra ipsos odio inexorabili, simulavit in dolo se velle . pacem ad tempus facere, ut cum postea fortior surrex- . isset, in dissipata agmina acrius se vindicaret, et qui . in omnes non poterat, in singulos cautius desæviret. Mittens igitur ad ipsos W[illelmum] Marescallum, comitem de Penbroc, cum aliis quibusdam fide dignis, mandavit eis benigne, quod pro bono pacis et regni sui exaltatione et promissi sui fideli complemento, concederet eis libertates, quas petebant. Ipsi vero gavisi, et falso gaudio recreati, statuerunt diem, ut veniret contra eos ad colloquium, in prato inter Stanes . et Windleshores, xv. die Junii. Quo cum pervenis- . sent, rex benigne baronibus postulata concessit, et . carta conscripsit. Quam qui videre desiderat,[1] His- . toriam de Gestis Regum inspiciat.[2] Similiter de . libertatibus forestæ.

The barons appoint a place of meeting, where John grants the Great Charter.

De xx^tiv. baronibus a rege constitutis.

Twenty-five barons appointed

. Postquam autem rex J[ohannes] baronibus om- . nes[3] libertates et leges postulatas, corde aliud par-

---

[1] *desiderat*] In the text *derat*, but corr. by a recent hand.

[2] *Quam . . . . inspiciat*] These words are on a slip of vellum pasted over the original text, which is entirely erased. The Great Charter and Forest Charter are inserted at length in the larger History of Matthew Paris, in B. C. (ed. Wats, pp. 255–261). In Wendover, iii. 302-315, they appear in an abbreviated form.

[3] *omnes*] Originally written *oīn^s*, but corr. in marg. *omnibus*, which is evidently wrong.

A.D. 1215. turiente, concesserat, sponte quasi ex abundanti[1] superaddidit :

to carry out the provisions of the Great Charter.

"Cum autem[2] pro Deo et emendatione regni nostri, et ad melius sopiendam discordiam inter nos et barones nostros, hæc omnia concesserimus, volentes ea integra et firma stabilire, facimus et concedimus eis securitatem subscriptam, videlicet, quod barones eligant xxv. barones de regno nostro, quos voluerint, qui debeant pro totis viribus suis observare, tenere et facere observari pacem et libertates, quas eis concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, ita scilicet, quod si nos[3] vel justiciarii nostri erga aliquem in aliquo deliquerimus, vel aliquem articulorum transgressi fuerimus, et delictum fuerit ostensum iiii^or. baronibus de xx^ti v., illi iiii^or. accedent ad nos, vel ad justiciarium nostrum, si fuerimus extra regnum, proponentes[4] nobis excessum, petent ut sine dilatione faciamus emendari. Quod si nos excessum non emendaverimus infra tempus xl^a. dierum, computando a tempore quo monstratum fuerit, prædicti iiii. barones referent causam illam ad residuos de illis xxv. baronibus, et illi cum communa totius terræ distringent[5] et gravabunt nos modis omnibus quibus poterunt,[6] donec fuerit emendatum secundum arbitrium eorum; salva persona nostra, et reginæ et liberorum nostrorum. Et cum fuerit emendatum, intendent nobis, ut[7] prius fecerunt. Et quicumque voluerit de terra, juret quod ad prædicta omnia exequenda parebit mandatis prædictorum xxv. baronum,[8] et quod gravabit nos pro posse cum ipsis; et nos publice et libere damus licentiam jurandi cuilibet, qui jurare voluerit, nec alicui prohibebimus. Et xx^ti v. barones jurent, quod omnia antedicta fideliter observabunt, et pro toto posse suo facient observari. Et nihil impetrabimus, per nos vel per alios,[9] per quod aliquid istarum concessionum revocetur; et si aliquid tale fuerit impetratum, irritum sit.[10] Et omnes rancores penitus condonabimus et dimittemus. Et, ad melius distringendum nos, iiii^or. castellani,

Rog. Wend. iii. 315.

Rog. Wend. iii. 316.

Rog. Wend. iii. 317.

fol. 95 *b*.

[1] *abundanti*] habundanti, MS.

[2] In Rymer, i. 132, where it is joined on to the Great Charter.

[3] *nos*] Written at first *per nos*, as in W. B. C., but *per* afterwards expuncted, and not in Rymer.

[4] *proponentes*] After this word, *et* is supplied in Edd. and ed. Wend.

[5] *distringent*] destringent, MS.

[6] *poterunt*] poteriunt, MS.

[7] *ut*] Interlined; *sicut*, W.

[8] *xxv. baronum*] baronum xxv., MS., but marked to be transposed.

[9] *per alios*] Added in marg.

[10] Here, on the lower margin, have been originally added several more lines, but they are so carefully erased, that not a word is legible.

[de][1] Norhantona scilicet, de Kenilwurthe, de Notingham, et A.D. 1215
de Scardeburc, jurati xxv. baronibus, quod facient de castris prædictis quod ipsi præceperint et mandaverint, vel major pars eorum, distringent nos. Et erunt castellani, qui vel quales ipsi voluerint. Et nos amovebimus omnes alienigenas a terra.[2] Insuper fecimus illis fieri literas testimoniales et
R. Wend. iii. 318. patentes, præter hoc quod juravimus in præsentia S[tephani], Cantuariensis archiepiscopi, H[enrici], Dublinensis archiepiscopi, domini Pandulphi, subdiaconi et domini papæ familiaris et nuncii, super securitate ista. Quare volumus et firmiter præcipimus,[4] quod Anglicana ecclesia libera sit, et quod omnes homines de regno habeant et teneant omnes libertates præfatas, jura et consuetudines, bene et in pace, libere et quiete, plene et integre, sibi et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris, in perpetuum. Juratum est autem, tam ex parte nostra quam baronum, quod hæc omnia supradicta bona fide et sine malo ingenio observabuntur. Testibus supradictis et multis aliis. Datum per manum nostram,[5] in prato quod vocatur Runingemade, inter Stanes et Windeleshores, xv. die Junii, anno regni nostri x°vii°."

Duplicity of the king.

Rex autem omnibus et[6] singulis serenum vultum et jocundum exhibens, unicuique familiariter et jocose applausit, asserens se sapienter et feliciter omnia consummasse, cum tamen hiis contraria cogitasset, prout
R. Wend. iii. 319. sequentia declarabunt. Verumtamen Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, ut sic quæ concepit plus palliaret, castrum Rofense, cum quibusdam aliis quæ ad ejus custodiam de jure antiquo spectabant, reddidit indistanter. Et sic, soluto concilio, barones cum cartis suis spe vana refocillati,[7] ad urbem Londoniarum remearunt.

The barons return to London.

---

[1] Supplied from W. B. C.

[2] *Et, ad melius . . . a terra*] The whole of this is omitted in Rymer, i. p. 132.

[3] *hoc . . . præsentia*] On an erasure, and partly noted in marg.

[4] *firmiter præcipimus*] præcipimus firmiter, MS., but marked to be transposed.

[5] *per manum nostram*] On an erasure, and partly noted in marg.

[6] *et*] Interlined.

[7] *refocillati*] At first written *refocillata*.

A.D. 1215. *Ut rex Johannes ad Vectam insulam se contulerit.*

John retires to the Isle of Wight, where he meditates revenge.

Rex igitur nocte illa sine quiete quiescens, ante lucem ad Vectam insulam latenter confugit ac properanter, excogitans studiose quo contra barones suos ultionis genere uteretur; illa ira excandescens, de qua Augustinus[1] doctor, "Ira est libido ulciscendi,"[2] cupiensque, dummodo ultus, confundi cum confusis, gladioque spirituali et materiali meditatus est trucidare. Rog. Wend. iii. 319.

He sends Pandulph to Rome, to frustrate, by the pope's authority, the proceedings of the barons.

Misit igitur ad Romanam curiam Pandulphum, cui multam promisit retributionem, videlicet archiepiscopatum vel episcopatum, cum thesauro non minimo, cum aliis quibusdam secretis nunciis, corruptis promisso multiplici, ut baronum propositum auctoritate apostolica irritarent. R. Wend. iii. 320.

He sends also abroad, to raise mercenary forces.

Misit etiam Walterum, Wigorniensem episcopum et Angliæ cancellarium, Johannem, episcopum Norwicensem, Ricardum de Marisco, Willelmum Gernun, et Hugonem [de Boves],[3] viros cavillosos et reipublicæ regni Angliæ inimicissimos, ad omnia finitima regna ultramarina, cum sigillo suo, propter militare præsidium, promittens eis terras et possessiones opimas et amplas, cum pecunia maxima. Et ad majorem fidem, si necesse esset, facerent omnibus venire volentibus cartas de securitate et stipendio militari uberrimo; terminumque illis præfixit, quatinus cum universis, quos attrahere poterant, advenirent.

and to the castellans in England, ordering them to munition their castles.

Misit præterea literas, ad majorem sui et totius regni perniciem et confusionem, ad omnes castellanos suos de regno Angliæ, præcipiens singulis, ut castella sua omni victualium et armorum genere cum præsidio militari communirent.

John leads the life of a pirate.

Similique modo multos de v. portubus sibi incurvavit enervatos. Ipse quoque interim, immemor dignitatis regiæ, prædis[4] piraticis vacabat, inter.

---

[1] *Augustinus*] sanctus quidam, B. C.

[2] De Civ. Dei, lib. xiv. c. 15.

[3] *de Boves*] Supplied from W. B. C.

[4] *prædis*] The last syllable is on an erasure

. nautas et piscatores in prædicta insula et circa maritima A.D. 1215.
. diffiguratus sub divo, per tres circiter menses; et sic
. adventantium expectabat adventum barbarorum. Ba- The barons
. rones interim, nescientes quid de rege evenisset, igno- remain at London.
. rantesque sibi laqueos præparari, Londoniis nugis et
. otiis indulgentes, noluerunt adhuc recedere de civitate,
. donec plenius de promissis et de rege, de quo multi-
. formis versabatur opinio, certificarentur.

Vocatio ad concilium generale Laterani celebrandum.

Rog. Wend. iii. 322. Eodem anno vocati sunt a papa Innocentio Romæ, General Council summoned ad concilium generale, prælati universalis ecclesiæ, patriarchæ scilicet, archiepiscopi, episcopi, primicerii, at Rome. archidiaconi, decani cathedralium ecclesiarum, abbates, priores, Templarii et Hospitalarii, ut comparerent in præsentia domini papæ in [1] urbe Roma kalendis No- 1 Nov. vembris, sicut canonicam vitare cupiunt ultionem.

De allegationibus nunciorum pro rege.

Rog. Wend. iii. 322. Per idem tempus steterunt Romæ in præsentia Statement of the king's domini papæ nuncii regis Anglorum, allegantes coram grievances made to eo rebelliones et injurias, quas barones Angliæ excita- pope verant adversus regem memoratum, exigentes ab eo Innocent. quasdam leges et libertates iniquas, quas dignitatem regiam non decuit confirmare. Rex itaque publice protestatus est coram eis, regnum Angliæ ratione dominii ad Romanam ecclesiam specialiter pertinere; unde nec potuit nec debuit præter conscientiam domini papæ de novo aliquid statuere. Interposita igitur ap-
. pellatione, sub protectione sanctæ crucis, qua idem rex
. signatur, sedis quoque apostolicæ, sese, regnum suum [2] et jura ejusdem regni confidenter supposuit. Sed baro-

[1] *in*] Repeated, but expuncted. | [2] *suum*] vestrum, MS.

A.D. 1215. nes appellationi factæ non deferentes, civitatem Londoniarum, quæ caput regni est, proditione sibi traditam occupaverunt, et adhuc detinent occupatam. Papa igitur vultu rugoso cum indignatione maxima respondit, "Numquid illi barones Angliæ regnum nostrum et vassallum nostrum, sub protectione sedis apostolicæ constitutum, a solio regni proponunt expellere, et dominium Romanæ ecclesiæ ad alium transferre? Per sanctum Petrum, hanc tantam injuriam præterire non poterimus impunitam!" Rog. Wend. iii. 323.

Cassata est libertatum carta per dominum papam.

The pope annuls the Charter of liberties granted by John.

Tunc papa, habita pro voluntate deliberatione, cartam sæpedictam de libertatibus regni Angliæ concessis, licet pia et justa continentem, prout sedulus inspector poterit perpendere, in perpetuum per sententiam diffinitivam dampnatam cassavit. Videbatur enim ei, quod quicquid in diminutionem emolumenti regii attemptabatur, in sui jacturam redundavit. In cujus rei testimonium, regi Johanni[1] tale privilegium duxit transmittendum: "Innocentius,"[2] etc. Respice Rotulum de scaccario Alexandri de Suereford.[3] Rog. Wend, iii. 323.

Item invectio acerrima in barones.

His comminatory letter to the barons.

"Innocentius,"[4] etc.—Cumque tandem, rege procurante, magnates Angliæ has literas tam commonitorias quam comminatorias accepissent, luce clarius suam per hanc collusionem perspexerunt destructionem. Sciebant enim jam ex post facto, regem omnia sub hac versutia fecisse prænotata, ut lento gradu quæ constanter con- Rog. Wend. iii. 329.

[1] *Johanni*] On an erasure.

[2] In Wend. iii. 323–327, and B. C., and Rymer, i. 135, dated "ix. [viii. Rymer] kal. Sept." [24 Aug.]

[3] *Respice . . . Suereford*] On an erasure.

[4] In Wend. iii. 327–329, and B. C., and Rymer, i. 136.

. ceperunt, in posterum per papam novum dominum suum A.D. 1215.
. enervaret. Ne tamen effeminati viderentur et cito They resolve to persevere.
fol. 96 *a*. . attoniti, quia ad papam non videbatur illis leges terræ
. et consuetudines, quæ ad laicos tantum pertinent,
. debere pertinere vel quomodolibet immutare, licet de
.. novo cœpisset regem ut dominus manutenere, nolu-
. erunt adhuc ab inceptis desistere; non mediocriter in-
. dignantes, quod papa nova ac insolita præsumptione
. ad immutationes libertatum regalium et laicarum sævi-
. endo manum extendit.

De castro Rofensi commisso Willelmo de Albineto custodiendo.

Cf. Rog. Wend. iii. 330. . Committitur interea, de communi assensu baronum The castle of Rochester is committed to the custody of William de Albini.
. Londoniis commorantium, castrum Rofense ad custodi-
. endum Willelmo de Albineto, viro nobili et in armis
. strenuissimo ac fideli; cui adhæserunt milites nobilis-
. simi septies viginti, cum sequela sua. Ad quod cas-
trum cum pervenissent, invenerunt locum illum non
solum armis et alimentis, sed omni genere machinarum
et omnium bonorum, præter illa quæ secum attulerunt
. et quæ poterant in villa invenire, penitus destitutum.
Nec suppetebat temporis spatium, quo possent vel
prædam in provincia agere, vel in aliquo sibi muni-
Cf. Rog. Wend. iii. 331. . mine providere. Cum ecce rex, innumerabilium alie- John besieges it with his foreign mercenaries.
. nigenarum, quos advocaverat, agmine stipatus [super-
. veniens],[1] castrum illud cum ipsis militibus, qui se in
. ipso receperant, obsidione repentina vallavit. Venerant
. cum rege turba nefandissima[2] ex partibus Pictaviæ,
. Wasconiæ,[3] et regionum conterminarum, cui præerant
Savaricus de Malleone, Galfridus et Oliverus de Butte-
villa. Veneruntque ex regionibus Lovaniæ et Brai-

---

[1] *superveniens*] Supplied from E.
[2] *nefandissima*] nephandissima, MS.
[3] *Wasconiæ*] In the text. *Uuasconiæ*, but corr. in marg.

A.D. 1215. bantiæ et Flandriæ[1] catervæ detestabiles, alienis inhiantes, proditores abjudicati et exules, quibus patria interdicta fuit, et exilium. Quibus præerat[2] Walterus, cognomento[3] Buc, Girardus de Sottingni,[4] et Godescallus. Obsessi autem hostes insurgentes viriliter[5] repellentes, innumerabiles eorum ad Tartara transmiserunt.

The besieged defend themselves bravely.

De submersione Hugonis Boves et eorum, quorum ipse dux fuit.

Hugh de Boves and his troops are shipwrecked.

Præter autem alienigenas prænominatos, venit Hugo de Boves, miles strenuus sed proditor et superbus, vocatus in regis adjutorium; cui per cartam suam rex multas possessiones promiserat. Ingressus igitur navem cum multitudine gravi, suborta tempestate horribili, quæ manifeste iram divinam cum ultione indicabat, in mari commoto[6] cum tota sua sequela submersus periit, in inferno perpetuo cruciandus. Et projecta sunt in sicco suum et aliorum cadavera infinita, quorum fœtor, quia inhumata jacebant, aera inficiebant. Datique sunt beluis maris, bestiis terræ, et cœli volatilibus circiter quadraginta milia hominum, nec unus de hiis, qui naves ascenderunt, evasit. Rog. Wend. iii. 332.

De captione castri Rofensis et obsessorum in ipso, et eorum incarceratione.

The barons at London are disturbed.

Eodem tempore conturbabantur vehementer[7] barones Londoniis commorantes de obsidione memorata, et oppressione inclusorum, quibus, tactis evangeliis,[8] juraverant, quod si contigisset ipsos obsideri, ipsi communiter omnibus collatis viribus subvenirent obsessis. Robertus. Cf. Rog. Wend. iii. 333.

[1] *et Flandriæ*] Added in marg.

[2] *præerat*] So also E., but *præerant* would seem preferable.

[3] *cognomento*] congnomento, MS.

[4] *Sottingni*] Soceini, W.; Sotinni, B. C.; Sotinhi, E.

[5] *hostes . . . viriliter*] E. reads, *in hostes insurgentes et viriliter eos*, which appears more correct.

[6] *commoto*] On an erasure.

[7] *vehementer*] veheementer, MS.

[8] *evangeliis*] euuangeliis, MS.

. autem filius-Walteri, ad cujus nutum totus baronum A.D. 1215.
. pendebat exercitus, volentes inclusis succurrere, de ad-
. ventantium multitudine perterritus, impedivit. Verum-
. tamen ne nil videretur egisse, una dierum congregato
. exercitu copioso, idem Robertus, quasi exercitum regis Robert Fitz-Walter marches towards Rochester, but returns dishonourably to London.
. dissipaturus, versus castrum Rofense lora direxit et
. vexilla; sed cum venissent ad Derteford, obvium ha-
. buerunt unum Templarium, qui diligenter et secreto
. interrogatus de statu regii exercitus, quia inde venit
. ex industria, respondit, regis exercitum fuisse tam
. fortem, tam copiosum, quod illi barones nullo modo
. poterant illis comparari.[1] Reversus est igitur dictus
. Robertus cum universo baronum exercitu, qui multo
. copiosior et fortior erat in triplo regis exercitu igno-
. bili et collecto; et Londoniis, ut prius, sompnis et
. epulis inerter indulgebat, obsessos mortis discrimini
. perjurus ac perfidus relinquendo. Rex igitur, hoc
Cf. Rog. Wend. iii. 334, 335. . audito, factus audacior, obsessos instantius nocte die-
. que jaculando, fodiendo, jaciendo fatigavit. At ipsi
. tam viriliter,[2] tam infatigabiliter sese, licet delusi a
. Roberto memorato et desperati,[3] quod etiam ab hosti- The besieged surrender to John;
. bus laudari meruerunt. Cum autem durasset obsidio
. mensibus fere tribus, et rex quinquaginta milia et
. amplius marcas expendisset,[4] ipsi inclusi die sancti
. Andreæ apostoli de turri exeuntes,—murus enim castri 30 Nov.
. obrutus fossoribus erat,—sese regi præsentarunt. Quos who orders them to be hung, but is restrained by Savary de Mauleon.
. cum præcepisset rex omnes suspendi, reprehendit ipsum
. Savaricus de Malleone,[5] nec permisit, dicens, "Si hoc
. de ipsis feceris, ipsi de nobis, si capiamur in hac
. guerra, itidem facient reddendo talionem." Tunc rex,

---

[1] A long addition has been here made in the margin, but subsequently so carefully erased, that not a word is legible.

[2] *viriliter*] viririliter, MS., but *ri* expuncted.

[3] *desperati*] A verb is here wanting, probably *defendebant*, as in Wend. iii. 332.

[4] *expendisset*] Before this word is *in*, but afterwards expuncted; no doubt meant for *in obsidione*, as in W. B. C.

[5] *Malleone*] Malloleone, W. B. C., here and elsewhere.

A.D. 1215. The nobles are sent to prison, and the inferior soldiers hung.

licet invitus, W[illelmum] de Albeneto, W[illelmum] de Lancastre, W[illelmum] de Emeford, T[homam] de Muletune,[1] O[sbertum] Giffard, O[sbertum] de Bobi, Odinellum de Albineto, et alios quoscunque novit nobiliores, misit ad castrum de Corf, sub arcta custodia deputandos; nonnullos autem aliis suis castris squalori carceris mancipandos, servientes vero patibulo suspendi præcepit. Rog.Wend. iii. 336.

De excommunicatione in barones lata in genere.

Pope Innocent excommunicates the barons.

Eodem tempore papa Innocentius videns baronum rebellionem, quod videlicet a persecutione regis sui, quem vassallum suum non sine multorum et præcipue baronum vocabat[2] indignatione, desistere contempserunt, sollicitus de regno, cujus novus dominus effectus erat, excommunicavit eosdem, atque sententiæ executionem episcopo Wintoniensi, abbati de Redinge, et Pandulpho, sub hac forma commisit: "Innocentius,"[3] etc., quæ sequuntur.[4] Rog.Wend. iii. 336.

De infausta electione magistri Simonis de Langetuna.

Election of Simon de Langetune to the see of York.

Circa dies illos canonici Eboracenses[5] multo tempore pastore jam viduati, impetrata a rege licentia, magistrum Simonem de Langetuna, fratrem archiepiscopi Cantuariensis, sibi in pastorem elegerunt, credentes ipsum in scientia et moribus similem fuisse fratri suo, cum multum fuisse comprobabatur eidem dissimilis, prout sequens sermo declarabit. Rex autem tam ipsi quam fratri multum exosus, missis ad Romanam curiam nunciis, suam statim cassationem procuravit. Novus Rog.Wend. iii. 338.

The pope annuls it, at the king's request.

[1] *Muletune*] Meletune, MS.

[2] *vocabat*] Added in marg.

[3] In Wend. iii. 336–338, and B. C.

[4] *sequuntur*] sequntur, MS. This word and the one preceding are on an erasure.

[5] *Eboracenses*] Eborances, MS.

. enim papalis vassallus in omnibus meruit favorabiliter A.D. 1215.
. exaudiri; unde etiam jam idem rex discordiam lamen-
. tabilem inter dominum papam et archiepiscopum Can-
fol. 96 b. . tuariensem suscitavit.[1] Quod de levi potuit, quia
. oderat papa archiepiscopum, quia accusaverat Pandul-
. phus ipsum archiepiscopum, insibilans auribus papæ,
. quod idem archiepiscopus partes fovebat baronum liber-
. tates exigentium, et majus fomentum iræ ministrabat;
. regi volenti tributo se subjicere[2] quantum potuit con-
. tradixit et dissuasit, et palam contra hoc appellavit.[3]

De suspensione archiepiscopi S[tephani].[4]

Cf. Rog. Wend. iii. 340. . Diebus quoque sub eisdem Cantuariensis archiepisco- Suspension of Stephen, abp. of Canterbury.
. pus S[tephanus] suspensus est ab ingressu ecclesiæ et
. divinorum celebratione, eo quod barones per diocesim
. suam noluit denunciare publice excommunicatos. Dice-
. bat enim, quod in procinctu erat eundi ad concilium,
. ubi totius causæ seriem inter regem et barones venti-
. latæ, tam in propatulo in concilio quam secretius
. domino papæ propalaret. Nec petenti dabantur ad hoc
. induciæ.

De concilio generali, scilicet Lateranensi.

Rog. Wend. iii. 341. Eodem quoque anno celebrata est Romæ sancta et Fourth Lateran Council held at Rome.
universalis sinodus in ecclesia Sancti Salvatoris, mense
Novembris, præsidente papa domino Innocentio III°.,
pontificatus ejus anno xviii°. In quo fuerunt episcopi
cccc^ti. et xii°., fueruntque de præcipuis patriarchæ duo,
Constantinopolitanus videlicet et Jerosolimitanus. An-
tiochenus vero, gravi languore detentus, advenire non

---

[1] *suscitavit*] Written over an erasure of a long passage, which extends to the edge of the lower margin, but of which not a word is now legible

[2] *subjicere*] subicere, MS.

[3] *appellavit*] apellavit, MS. The words *et dissuasit . . . appellavit*, are on an erasure.

[4] This rubric is written over an erasure, and is repeated in the upper margin.

A.D. 1215. potuit, misit autem pro se vicarium suum Antdidensem [1] episcopum; Alexandrinus vero, sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se diaconum suum. Primates vero et metropolitani lxxvii., abbates et priores ultra octingentos; procuratores vero archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, priorum et capitulorum absentium, certus non fuit numerus. Legatorum vero imperatoris Constantinopolitani, regis Siciliæ, in Romanorum imperatorem electi, regis Franciæ, regis Angliæ, Hungariæ, Jerosolimitani, Cipri, Arragonum,[2] necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum et aliorum locorum, ingens affuit multitudo.

De accusatione S[tephani], Cantuariensis archiepiscopi.

Accusation of the abp. of Canterbury by the king's proctors.

In hoc concilio steterunt contra archiepiscopum Cantuariensem procuratores regis Anglorum, abbas videlicet de Bello-loco, Thomas de Herdintona, miles literatus, et Godefridus de Craucumbe, miles aulicus, constanter accusantes eundem, eo quod barones Angliæ contra regem erexerit, et quibusdam rationibus et cartis armaverit. Et cum a sede apostolica literas accepisset, ut dictos magnates per censuram ecclesiasticam a persecutione regis refrænaret, ipse id facere dissimulans, ab episcopo Wintoniensi et suis conjudicibus a divinorum celebratione et ingressu ecclesiæ est suspensus. Sicque ad concilium properans, manifestis indiciis se fuisse præceptis apostolicis rebellem ostendit. Rog. Wend. iii. 344. Rog. Wend. iii. 345.

---

[1] *Antdidensem*] Anterdidensem, W. I. We should perhaps read *Antaradensem* [Tortosa].

[2] *Arragonum*] Arroganum, MS.

De confirmatione suspensionis.

A.D. 1215.

Cf. Rog. Wend. iii. 345, 346.

The pope confirms the suspension of the abp.

Dominus igitur papa iratus valde sententiam suspensionis confirmavit, et præterea electionem de fratre ejusdem archiepiscopi, videlicet magistro Simone de Langetuna, factam cassavit, tam procurante rege, quam odio archiepiscopi causam ministrante. Scripsit igitur omnibus suffraganeis suis in Anglia existentibus in hæc verba: "Innocentius, etc. Universis Cantuariensis ecclesiæ suffraganeis salutem. Ad communem volumus notitiam pervenire, quod nos suspensionis sententiam, quam venerabilis frater noster Pandulphus subdiaconus, Wintoniensis episcopus P[etrus], et familiaris noster Norwicensis electus,[1] in Stephanum, Cantuariensem archiepiscopum, auctoritate apostolica protulerunt, ratam habemus," et cetera quæ sequuntur.[2]

His letter to the suffragan bishops in England.

Rog. Wend. iii. 345.

Qualiter rex J[ohannes] partes depopulabatur aquilonares.

Rog. Wend. iii. 347.

John divides his forces, and marches northwards.

Hiis peractis, elevatum est cor regis [Johannis], qui duos exercitus ad confundendum Angliam ordinavit, ut, videlicet, per unum baronum irruptiones Londoniis commorantium potenter reprimeret, per alterum aquilonares Angliæ provincias exterminaret. Ad quas partes iturus, relicto exercitui ordinando præposuit bellatores expertos, comitem Saresbiriensem W[illelmum], fratrem ejus, Falcasium, visceribus carentem misericordiæ, Savaricum de Malleleone, cum suis Picta-

---

[1] *Pandulphus . . . electus*] There is a grave error here, arising from carelessness in copying the text of Wendover, which reads rightly, *P[etrus] Wintoniensis episcopus, et dilectus filius P[andulphus], subdiaconus et familiaris noster, Norwicensis electus*, and so B. C. and Rymer, i. 139. Pandulph was bishop elect of Norwich, but was not consecrated till 29 May 1222. Fasti, ii. 460. The pope's letter was dated "prid. non. Nov." [4 Nov.]

[2] *cetera quæ sequuntur*] On an erasure.

A.D. 1215. vensibus, Willelmum Briwere, inexorabilem et crudelem, Walterum Buc, cruentum sicarium, cum suis Braibanciis et Flandrensibus spurcissimis et ignobilibus, omnique genere facinorum commaculatis, cum multis aliis, quos prolixitas non permittit nominare. Duxit autem rex secum versus aquilonem Willelmum, comitem Albemarliæ, Philippum de Albineto, Johannem Marescallum; et, ex regionibus transmarinis, Girardum de Sotingni, Godescallum, cum Flandrensibus suis ruptariis, balistariis, incendariis, homicidis, qui nec Deum timebant nec homines reverebantur. Quid plura? Jubente ac stimulante rege, tam iste quem ille exercitus utrobique et[1] ferro et fame cuncta devastant. Vetant cum singultibus quæ sequuntur lacrimæ plenius[2] enarrare, homines enim inhumani innocentum possessiones necnon et corpora rapiunt, dilacerant, deprædantur, ætati, sexui vel conditioni non parcentes; ut veraciter ira Dei, immo furor, in plebem suam videretur desævire. Fugiunt igitur a facie debacchantium[3] etiam castellani, castra vacua relinquentes.

Rog. Wend. iii. 348.

Excesses committed by the king's troops.

De captione quorumdam castellorum et municipiorum.

Many castles and nobles captured.

Eodem tempore Falcasius cepit municipium Willelmi Maudut de Hameslape,[4] et prostravit. Capta est munitio de Thunebruge, comitis de Clare; castrum quoque de Bedeford, et multa alia, quæ longum foret numerare. Cepitque multos nobiles et incolas, et variis ac inauditis pœnarum generibus affectos et incarceratos possessionibus spoliavit truculenter. Rex igitur multum acceptans tirannidem Falcasii, dedit ei castrum de Bedeford, et nobilem mulierem Margaretam de

Rog. Wend. iii. 349.

John gives the castle of Bedford to Faukes de Breaute,

[1] *utrobique et*] On an erasure.
[2] *plenius*] On an erasure.
[3] *debacchantium*] debacantium, MS.
[4] *Hameslape*] Hamestlaple, MS. Corr. from W. B.; Hamplape, C.

. Ripariis in uxorem, cum omnibus possessionibus eam . contingentibus. A.D. 1215. with Margaret de Rivers, as his wife.

De consecrationibus quorumdam episcoporum.

. Anno quoque sub eodem consecrati sunt in episcopos, . Willelmus de Cornhulle in Cestrensem, magister Bene- . dictus, precentor Sancti Pauli Londoniarum, in Ro- . fensem, magister Ricardus, decanus Saresbiriensis, in . Cicestrensem. Consecration of bishops.

Qualiter castra de Belver,[1] *de Rokingham, de Sauveia,*[2] *et alia capta fuerint.*

Rog. Wend. iii. 350. fol. 97 *a*.

Anno gratiæ M°.CC°.X°.VI°., qui est annus regni regis J[ohannis] xviii°., fuit idem rex die Natalis apud castrum de Notingham, et in crastino castra movens, pernoctavit ad villam de Langar. Missisque nunciis, significavit eis qui in castro de Bealvero erant, quod Willelmus de Albineto nunquam comederet, nisi quantocius castrum sibi redderent. Missis igitur eidem regi castri clavibus, ea conditione sese et castrum ei resignarunt, ut cum domino W[illelmo] misericorditer ageret, et salvis suis corporibus, equis et armis. Veniens autem inde ad Duntonam,[3] castrum Johannis de Lascy, . illud ilico rex complanavit. Discurrebant interea, rege . permittente immo jubente, ruptarii, sicarii cruenti, et . cunctos, quos invenire poterant, diversis pœnis et ex- . quisitis tormentis incolas torquebant et spoliabant la- . mentabiliter; quas si pœnas describerem, lacrimas excu- . terent, ut exitus aquarum deducerent oculi audientium. . Nec videbatur unquam tam ignominiosa[4] guerra, dum . rex proprium regnum, patres filios, filii patres destruere . nitebantur.

A.D. 1216. Progress of John from Nottingham. Surrender of Belvoir castle.

Cf. Rog. Wend. iii. 351, 352.

---

[1] *Belver*] Belvero, W. B. C.

[2] *Sauveia*] Sauve, MS.

[3] *Duntonam*] Duvintonam, W.B.; Diuntonam, C.

[4] *ignominiosa*] ignoniosa, MS.

A.D. 1216. *Quibus rex subegerat castra capta, postquam, Deo permittente, in partibus borealibus desævierat.*

John appoints custodians to the territory and castles in his power.

Cumque rex, ut dictum est, de rebus baronum pro libitu suo, Deo sic permittente,[1] disposuisset, totam terram inter flumen Theise et Scociam, cum rebus et castris, tradidit Hugoni de Bailloil et Philippo de Hulecotes. In pago vero Eboracensi rerum et castrorum custodes constituit Robertum de Veteri-ponte, Briennum de Insula, et Gaufridum de Lucy; Willelmo autem, comiti Albamarliæ, tradidit castrum de Rokingham, castrum quoque de Sauveia, et Biham. Falcasio vero commisit castra de Oxonia, Norhantona, Bedeforde, et Cantebruge; Ranulpho quoque Theutonico, castrum[2] de Berchamestede, et de Hertforde Waltero[3] de Godardvilla. Deinde rex ira succensus vehementi, quasi aper exterminans, ad partes Scociæ tendebat cismarinas, et, captis castris de Berewic et aliis, quæ videbantur inexpugnabilia, improperavit regi Alexandro; et, quia rufus erat, significavit dicens, "Sic, sic fugabimus rubeam vulpeculam de latibulis suis!" Multam igitur stragem et exterminium ibidem exercuisset, nisi eum necessitas dilationem non capiens revocasset.

Rog. Wend. iii. 352.

Rog. Wend. iii. 353.

He marches towards Scotland, and takes Berwick castle.

De excommunicatione lata in barones, in specie.

Special excommunication of the barons by the pope.

Circa dies istos papa audiens constantiam baronum non adhuc fuisse enervatam, ipsos, quos prius excommunicarat in genere, ad instantiam regis J[ohannis], qui se totum papalem protestabatur, excommunicavit.

Cf. Rog. Wend. iii. 353, 354.

---

[1] *permittente*] The two last syllables are on an erasure.

[2] *castrum*] castra, MS. Corr. from W. B. C.

[3] *Waltero*] et Waltero, MS. In W. B. C., *et castrum de Hertforde Waltero.*

. nominatim et in specie. Unde multi in abissum de- A.D. 1216.
. sperationis mergebantur.[1]

De depopulatione[2] *insulæ Eliensis.*

Cf. Rog. Wend. iii. 358.

Devastation of the isle of Ely.

. Eodemque tempore, cum omnia ruinæ paterent, comes Saresbiriensis W[illelmus], Falcasius et Savaricus, glacie
. pontem faciente, insulam Elyensem ingressi, omnia
. feraliter devastarunt. Et ingressi ecclesiam cathedra-
. lem, irrecitabilia perpetrantes facinora,[3] ignem apporta-
. runt ad incendium ecclesiæ, quæ vix, prioris industria
. et censu multiplicato, redempta est. Stephanus quoque
. Ridel, clericus, vir facetus et dapsilis, ab ecclesia vio-
. lenter extractus, nobilis ab ignobilibus, pius ab impiis,
omnia perdidit quæ habebat; corpus quoque proprium,
. quod est relatu miserabile, c. marcis ab exquisito pœna-
rum cruciatu vix redemit. Capti sunt ibidem milites
. xv.; multi tamen vel aufugerunt vel in harundinetis[4]
latuerunt.

Cruel treatment of Stephen Ridel.

Barones in arcto positi, Lodowicum in regem elegerunt.

The barons elect Louis, son of the king of France, as king.

. Barones igitur in arcto constituti, scientes quod si[5]
. redirent ad regem, misericordiam non invenirent,—cor
. enim habebat fictum et ignobile, et si bona ad tempus
. promitteret, in fine singulos conculcaret,—habentes igitur
Cf. Rog. Wend. iii. 359.
. hinc papam hinc regem inimicos, nesciebant quo diver-
. terent. Inito igitur quid facerent consilio, tandem Lo-
. dowicum, primogenitum regis Francorum Philippi, in
. regem sibi elegerunt. Qui[6] cum hoc tam patri quam
. filio significassent, exegit ab eis rex Francorum Phi-

---

[1] *Unde . . . mergebantur*] On an erasure.

[2] *depopulatione*] depopulaco̅, MS.

[3] *facinora*] fecinora, MS.

[4] *harundinetis*] harundetis, MS.

[5] *si*] After this word, *rex* is added in the margin, but only troubles the sense.

[6] *Qui*] Originally *quod*, and so in E., omitting *hoc*.

A.D. 1216. lippus obsides et cartas. Barones autem aliud refugium non habentes, quæcunque exigebat perfecerunt. Tunc vero temporis, reclamantibus omnibus cardinalibus, ne papa confratrem archiepiscopum Cantuariensem cardinalem ab archiepiscopatu deponeret, prout proposuerat, et ut rex Anglorum petierat, destitit[1] papa ab proposito, unde rex inconsolabiliter dolore contabuit.[2]

The pope is induced to alter his intention, as to the deposition of the abp. of Canterbury.

Cantuariensis archiepiscopi sententia mitigatur.

Eodem tempore S[tephanus], Cantuariensis archiepiscopus, Romæ, data cautione quod staret judicio domini papæ de rebus superius expressis, a sententia suspensionis absolutus est, ita tamen, quod ante pacem inter regem et barones Angliæ plene reformatam, Angliam non intraret. Rog.Wend. iii. 360.

The abp. is released from the sentence of suspension.

Quid actum est, soluto concilio generali.

Tunc autem temporis solutum est concilium generale. Papa vero prælatis petentibus licentiam repatriandi minime concessit; immo a[3] singulis auxilium in pecunia postulavit,[4] quam recessuri cum viaticis cogebantur a mercatoribus[5] curiæ Romanæ duris conditionibus mutuare. Et sic cum benedictione papali ad propria remearunt.

The pope exacts money from the prelates who attended the General Council.

De innovatione sententiæ latæ in barones, propter contumaciam.

Per idem tempus, instante festo Paschali, cum abbas Abendoniæ et ejus conjudices contumaciam baronum et civitatis Londoniarum cognovissent, manus suas in Rog.Wend. iii. 361.

The abbat of Abingdon renews the papal

---

[1] *destitit*] distitit, MS.

[2] *Tunc . . . contabuit*] Added in the margin.

[3] *a*] On an erasure.

[4] *auxilium . . . postulavit*] On an erasure.

[5] *mercatoribus*] On an erasure.

eosdem extendentes, iterato edicto, omnibus Angliæ ecclesiis conventualibus dederunt in mandatis, ut latam sententiam sub hac forma publicarent: "H[ugo], Dei gratia abbas Abendoniæ," et cetera,[1] quæ sequuntur.[2] A.D. 1216. sentence against the barons.

Lodowicus literas consolatorias transmittit Londoniensibus, et quosdam potentes.

Cf. Rog. Wend. iii. 362. Hac quoque tempestate Lodowicus quosdam milites præmisit ante faciem suam, cum literis consolatoriis. Audierat enim quot undique oppressionibus comprimebantur. Louis sends consolatory letters to London.

Obiit comes Gaufridus de Mandevilla.[3]

Death of Geoffrey de Mandeville.

og. Wend. iii. 363. Eodem tempore exierunt ab urbe Londoniarum quidam baronum cum militibus, qui nuper de regno Franciæ advenerant, ad hastiludium vel torneamentum extra civitatem Londoniarum; [ubi][4] per infortunium, non ex industria,[5] fragmento lanceæ percussus comes Gaufridus de Mandevilla, in multorum dolorem vitam terminans, auctori suæ mortis culpam condonavit.



Quomodo Walo legatus ad Philippum, regem Francorum, venerit.

og. Wend. iii. 363. og. Wend. iii. 364. Hiis quoque diebus magister Walo legatus[6] a papa missus venit in Franciam, ut Lodowici progressum in Angliam auctoritate apostolica impediret. Qui cum ad regem Philippum pervenisset, ei ex parte papæ depre- The legate Walo comes to France, to arrest the progress of Louis.

---

[1] Given at length in Wendover and B. C.

[2] *et cetera quæ sequuntur*] On an erasure.

[3] In the margin is drawn his shield of arms reversed, *viz.*, quarterly, gules and or, and, on each side, the halves of a broken spear, with the point downwards.

[4] *ubi*] Supplied to complete the sense.

[5] *industria*] instria, MS., partly on an erasure.

[6] *legatus*] Added in marg.

A.D. 1216. catorias literas[1] porrexit, ne permitteret filium suum Lodowicum Angliam hostiliter adire, vel regem Anglorum inquietare in aliquo, sed ipsum ut Romanæ ecclesiæ vassallum[2] protegeret, defenderet et diligeret, cujus regnum ad Romanam ecclesiam ratione dominii pertinebat.

Nota responsum regis Francorum.

Reply of Philip to the legate.

Rex autem Francorum incontinenti respondit, "Regnum Angliæ patrimonium beati[3] Petri nunquam fuit, nec est, nec erit. Nullus rex vel princeps potest dare regnum, quod est respublica, sine assensu baronum suorum, qui regnum tenentur defendere. Et si papa hunc errorem tueri decreverit, perniciosum regibus et[4] regnis omnibus exemplum perhibebit. Non diligo, non approbo ipsum regem Anglorum J[ohannem], meum adversarium,[5] tamen doleo de regni ejus ancillatione, cum[6] princeps provinciarum fiat sub tributo.[7] Heu! quantum deterioratur omnium regum per eum conditio. Ita enim poterit, processu temporis, per aliquem desidem heredem meum fieri de Francia!" Et tendens manus in[8] cœlum, addidit, "Quod Deus, quod Deus, quod Deus avertat!" Et eruperunt lacrimæ ab oculis ejus. Tunc quoque omnes circumsedentes magnates Franciæ quasi uno ore clamare cœperunt, dicentes, "Per pretiosam mortem Crucifixi, in quem credimus, quicquid fecerit ille J[ohannes], rex Angliæ, de statu[9]. Rog. Wend iii. 364.

The French nobles solemnly declare, that no sovereign

---

[1] *literas*] Interlined.

[2] *vassallum*] vassalum, MS.

[3] *beati*] Interlined.

[4] *regibus et*] Interlined.

[5] *Anglorum . . . adversarium*] On an erasure.

[6] *cum*] Here in the MS. is a sign of *caret*, but no other word is supplied in the margin.

[7] In the margin opposite a hand of the 15th century has written, "Nota, quid rex Franciæ responderit legato papæ de facto Johannis, regis Angliæ, subdentis regnum suum in manus papæ, absque assensu baronum et lege processum (*sic*)."

[8] *in*] Interlined.

[9] *Johannes . . . . de statu*] On an erasure.

regni sui, pro isto articulo stabimus usque ad capitum expositionem, immo usque ad mortem, ne videlicet rex vel princeps per solam voluntatem suam posset regnum vel principatum suum dare, vel tributarium quomodolibet facere, unde nobiles regni efficerentur servi, præcipue dominio papæ, archiepiscopi, episcopi, vel alicujus ecclesiastici prælati vel sacerdotis.[1] Quid ad tales de regnis, guerris, vel militia? De ecclesiis et animabus sollicitentur,[2] beati Petri sequentes vestigia." Acta sunt hæc Lugduni, die xv^a. post Pascha.

A.D. 1216. could give away his kingdom. *Nota procacia verba Francorum.*

Responsio Lodowici.

Rog.Wend. iii. 365. Rog.Wend. iii. 367.

De hiis autem omnibus certificatus, ecce supervenit ex industria Lodowicus, qui torvo oculo respiciens legatum, dixit tam patri suo et legato, quam omnibus ibidem existentibus, "Rogo vos, ne propositum meum pium et justum impediatis, quia pro hereditate mea, dum cor in pectore meo palpitat,[3] decertabo." Et, hiis dictis, addidit, "Impium esset et inhumanum, barones Angliæ pro libertate regni decertantes constanter patulis discriminibus[4] expositos relinquere, præsertim cum me sui gratia in dominum elegerunt." Et sic iratus recessit, patre ejus hæc omnia conniventibus oculis dissimulante, nec ipsum revocante. Et respiciens legatum, ait, "Ecce imminet[5] totius tam mei quam Angliæ perturbatio. Iter ejusdem L[odowici], filii mei, qui favorem totius regni mei optinet, vel propositum, nec impedio nec promoveo."[6]

Reply of Louis to the legate.

---

[1] *præcipue . . . sacerdotis*] On an erasure.

[2] *sollicitentur*] sollicentur, MS.

[3] *palpitat*] Interlined.

[4] *discriminibus*] On an erasure.

[5] *imminet*] iminet, MS.

[6] *promoveo*] The four last letters are on an erasure.

A.D. 1216.

De constantia Lodowici.

26 April. Interview of Louis with his father.

Postea vero Lodowicus in crastino sancti Marci evangelistæ[1] veniens apud Melun, quod et Ysium dicitur,[2] ad patrem suum, rogavit eum cum lacrimis, ne sui itineris impediret pium propositum. Asserebat enim cum juramento, quod si rex ille Angliæ[3] immisericors posset suos nobiles apprehendere, omnes exquisitis tormentis et ignominiosis interficeret, quod foret toti mundo lacrimabile,[4] sed forte soli papæ desiderabile. Addidit etiam, quod baronibus Angliæ inviolabile præstitit juramentum, quod ipsis veniret festinum in succursum. Unde præelegit potius[5] ad tempus in tam pia causa pro sola papali voluntate excommunicari, quam crimen incurrere falsitatis, et deesse laqueo expositis. Pater igitur videns filii constantiam, compassus est filio dolenti et angustiato; mente, voluntate et adjutorio cœpit consentire, sed non palam. Et sic dissimulans, ei licentiam concessit, et cum paterna benedictione dimisit. Rog.Wend. iii. 367.

Philip gives consent, but not openly.

Quomodo Lodowicus in Angliam ivit.

Louis embarks with his forces at Calais.

Tunc Lodowicus, missis ad curiam Romanam nunciis, qui ibidem jus, quod sibi de regno Angliæ vendicabat, coram papa protestarentur, sub omni celeritate multo stipatus comitatu ad mare festinavit, ut legatum, qui et illuc festinavit, in Angliam præveniret. Venientes igitur universi ad portum de Caleis, invenerunt ibi secentas naves et quater xx. cogas bene paratas, quas Eustachius dictus[6] Monachus contra adventum ipsius Lodowici ibidem congregaverat. Quas ilico ingressi, sese Neptuno commiserunt. Rog.Wend. iii. 367. Rog.Wend. iii. 368.

---

[1] *evangelistæ*] euuangeliste, MS.

[2] *quod . . . . dicitur*] Added in marg.

[3] *rex ille Angliæ*] On an erasure

[4] *lacrimabile*] At first written, *lacrimale.*

[5] *potius*] Interlined.

[6] *dictus*] Interlined.

Fugam iniit caute et cessit venienti rex J[ohannes]. A.D. 1216.

Rog.Wend. iii. 368.

Erat autem tunc rex Johannes apud Doveram cum exercitu suo, sed quoniam alienigenis, quibus in articulo minime credendum est, stipendiariis vallatus fuerat, Lodowico applicanti non est ausus occurrere, ne forte ipsi transmarini, in necessitate eo relicto, ad Lodowicum transmarinum sese transferrent. Unde præelegit ad tempus cedere, quam proditionis casibus se committere, anceps certamen ineundo. Fugit [ergo][1] rex J[ohannes] a facie Lodowici, relinquens castrum Doverense sub custodia Huberti de Burgo, in quo, tanquam in fidelissimo, confidebat cor illius; illud enim castrum quasi clavis est Angliæ, et repagulum contra impetus[2] alienigenarum. Nec cessavit fugere raptim usquoque ad Guldeford, et inde ad Wintoniam pervenisset.

John retreats from Dover, leaving the castle in the custody of Hubert de Burgh.

Qualiter adventus Lodowici[3] *primo fuerit fortunatus.*

Rog.Wend. iii. 368.

Lodowicus vero, cum neminem sibi resistere cognovisset, apud Sandiwicum[4] de navibus exiens, provinciam totam, præter Doverense castrum, sibi continuo subjugavit; et iter versus Londonias dirigens, castrum Rofense in suam recepit potestatem. Deinde Londonias veniens, cum ingenti gaudio[5] omnium baronum susRog.Wend. iii. 369. fol. 98 *a*.

ceptus est. Cepit itaque homagia et fidelitatem ab omnibus baronibus ac civibus, qui ibidem expectaverant ejusdem adventum. Ille vero, tactis sacrosanctis evangeliis,[6] juravit, quod singulis eorum jura reddens, bonas leges regni teneret, malas, si quæ essent, aboleret, et amissa per regem J[ohannem] eis readquireret.

Louis lands at Sandwich, and marches to London.

He receives the homage of the barons.

¶ *Nota juramentum, quod si observasset, omnia adquisisset.*

[1] *ergo*] Supplied from W. B. C.; igitur, E.

[2] *contra impetus*] Added in marg.

[3] *Lodowici*] Lodowi, MS.

[4] *Sandiwicum*] Santwicum, E.

[5] *gaudio*] Interlined.

[6] *evangeliis*] ewangeliis, MS.

A.D. 1216. He summons the king of Scotland and the northern barons to do homage. Many nobles join him.

Scripsit etiam regi Scotorum A[lexandro], et cunctis magnatibus Angliæ partium septentrionalium,[1] qui nondum homagium sibi fecerant, ut ad ejus fidelitatem advenirent, vel a regno Angliæ festinanter recederent. Quid plura? Concurrebant ad ejus edictum Willelmus, comes Waranniæ, W[illelmus], comes Harundelliæ, W[illelmus], comes Saresbiriensis, W[illelmus] Marescallus junior, et alii multi præelecti totius regni de regno,[2] et postea Norenses,[3] regem J[ohannem] deserentes, quasi plena securitate jam concepta, quod Lodowicus regnum Angliæ optineret. Constituit autem idem Lodowicus magistrum Simonem de Langetona, fratrem archiepiscopi Cantuariensis, de quo prædictum est, cancellarium suum, cujus prædicatione[4] tam cives Londonienses quam barones omnes excommunicati divina celebrare refecerunt.

Louis appoints Simon de Langetune his chancellor.

Nota præsumptionem magistri Simonis de Langetona.

Quomodo Walo legatus Lodowicum sequens, in Angliam venerit.

Arrival of the legate Walo, who joins John at Gloucester.

Eodem quoque tempore, cum Walo legatus de progressu Lodowici in Angliam certificaretur, diligens apostolici mandati executor ipsum L[odowicum] secuturus transfretavit, atque illæsus et indempnis inter hostes transiens, apud Gloverniam ad regem J[ohannem] usque pervenit. At legatus, rege assistente, qui totam spem suam in ipso congesserat, episcopis, abbatibus, cum clericis, quot et quos habere poterat, convocatis, Lodowicum nominatim, cum complicibus et fautoribus suis, et præcipue magistrum Simonem de Langetuna, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicavit; præcipiens eisdem et aliis, ut singulis Dominicis diebus ac festivis per totam Angliam ipsam

Rog.Wend. iii. 369.

He excommunicates Louis and his accomplices.

Rog.Wend. iii. 370.

---

[1] *partium septentrionalium*] Added in marg.

[2] *de regno*] Apparently superfluous.

[3] *et postea Norenses*] Added in marg.

[4] *prædicatione*] Over this word is interlined, *vel admonitione*.

sententiam publicarent. Sed ad hæc magister Simon et Gervasius de Hobrugge, ecclesiæ Sancti Pauli Londoniarum præcentor, cum quibusdam aliis, dixerunt, se pro jure et statu Lodouuici appellasse; unde sententiam illam, cum, pendente appellatione, nihil debeat innovari, irritam habuerunt et inanem. Eodem tempore recesserunt a rege J[ohanne] milites omnes et servientes de partibus[1] Flandrensibus et aliis finibus transmarinis, præter quosdam Pictavenses paucos, quorum tamen quidam Lodouuico adhæserunt, nonnulli vero ad propria remearunt; hæc omnia[2] caute procurante Lodowico, qui eisdem comminabatur.

A.D. 1216. Appeal made to the pope. John is deserted by his forces abroad.

Lodouuicus australes Angliæ partes sibi cito subjugavit.

Lodowicus igitur expedite et in brevi, xviii°. kalendas Julii se ad ulteriora terræ transferens, totam circumjacentem provinciam sibi potenter subjugavit. Cesserunt igitur in potestatem L[odowici] omnes provinciæ australes, præter sola castella de Dovera et de Windleshores. Interea Willelmus de Mandevilla, Robertus filius-Walteri, et Willelmus de Huntingefeld provincias de Esexe et Sufolcke Lodouuico subjugarunt. Inter hæc vero rex J[ohannes] castra de Walingeford, de Corf, de Warham, de Bristoldo, de Divises, et quæque[3] nobiliora castra quæ habuit, militibus, victualibus et armis optime communivit.

14 June. Louis subdues the southern provinces, except the castles of Dover and Windsor. John garrisons Corf, Wareham, and other places.

R. Wend. iii. 371.

Quid nuncii Lodowici Romæ egerint.

Circa dies istos nuncii[4] Lodouuici, quos ad curiam Romanam miserat, eidem scripserunt communiter[5] sub

Rog. Wend. iii. 371. Letter to Louis from his envoys at Rome.

[1] *partibus*] The last syllable is on an erasure.

[2] *omnia*] Written at first *omni*.

[3] *quæque*] *que* is interlined.

[4] *nuncii*] On an erasure.

[5] *communiter*] On an erasure.

A.D. 1216. hac forma : " Excellentissimo domino suo L[odowico]," [1] etc. Incipe in primo Rotulo scripto, inter Rotulos parvos magistri Alexandri de Suereford, clerici de scaccario.[2]

Qualiter Ludowicus orientales Angliæ partes vastaverit.

He ravages the eastern counties.

Diebus autem sub eisdem Lodouuicus in fortitudine gravi versus orientalem Angliæ partem equitationem faciens, urbes et villas de Estsexe, et Sufolc et de Northfolc miserabiliter spoliavit, et castellum Northwici vacuum reperiens, ibidem suos constituit. Thomamque de Burgo, fratrem Huberti de Burgo, ejusdem castri castellanum, fugientem cum suis comprehendit, eumque vinculis mancipavit; credens et certe sperans, quod, eo capto, quicquid custodiæ Huberti de Burgo commissum fuit, eidem quamtocius manciparetur, sed non cognovit constantiam et fidelitatem ipsius Huberti.[3] Ipsas quoque regiones omnes sub tributo tenseriæ constituit. Ad villam quoque de Len exercitum grandem mittens, eam sibi subjugavit, civesque captivos inde abducens, ad gravem eos redemptionem coegit. Quo facto, Franci cum præda et spoliis innumeris Londonias sunt reversi. Veniente autem ibidem ad Lodouuicum Gileberto de Gant, comitatus Lincolniæ ipsum gladio donavit. Quo utique tempore Robertus de Ros, Petrus de Brus, et Ricardus de Perci Eboracum cum tota provincia Lodouuico subjecerunt. Gilebertus de Gant et Robertus de Roppesle urbem Lincolniæ ceperunt, et provinciam illam, præter castellum, totam sub annuo censu posuerunt. Deinde Hoilandiam invadentes, eam

Rog. Wend. iii. 378.

Norwich castle captured, with Thomas de Burgh.

Rog. Wend. iii. 379.

Lynne is taken.

Gilbert de Gant made earl of Lincoln.

Yorkshire and Lincolnshire subdued.

Hoiland ravaged.

[1] Inserted at length in Wendover and B. C.

[2] *primo . . . . scaccario*] Written on a piece of vellum, pasted over three lines of the original text now quite erased.

[3] *sed . . . . Huberti*] Added in marg.

spoliabant, et sibi fecerunt tributariam. Rex autem Scotorum Northanhimbrorum provinciam Lodouuico subjugavit totam, præter castella, quæ Hugo de Bailloil et Philippus de Hulecotes strenue defendebant. Hæ[1] autem omnes provinciæ Lodouuico subjectæ erant et juratæ.[2] A.D. 1216. Northumberland conquered for Louis by the king of Scots.

Procuratia[3] *legato.*

Rog. Wend. iii. 379. Eodem quoque tempore Walo legatus exegit procura-
. tias[4] per totam Angliam, non misertus cleri vel eccle-
. siæ, quam exterminium per totum regnum depaupera-
. verat[5] generale ; et[6] ab ecclesiis cathedralibus et domi-
bus religiosis pro singulis procurationibus l. extorsit[7] solidos. Omnia etiam beneficia clericorum ac virorum religiosorum, qui Lodowico et baronibus auxilium, consilium vel favorem impenderunt, sequestravit ; quorum quædam in suos usus, quædam in clericorum suorum dominia, raptim convertit.

Procurations exacted by the legate.

He sequesters all the livings of the clergy who favoured Louis.

De obsidione castri Doverensis.

Cf. Rog. Wend. iii. 380. Anno quoque sub eodem, cum literatorie reprehen-
. deretur Lodowicus a patre suo, tanquam nescius
. guerræ, eo quod, relicto castro Doveræ, ulterius pro-
fol. 98 *b*. . grederetur, instante Nativitate beati Johannis Baptistæ, in fortitudine gravi Doverense castrum obsedit ; ad
. cujus obsidionem pater ejus ei petrariam maximam et optimam transmisit,[8] quæ *Malevcisine* Gallice nuncupatur. Qua cum aliis ante muros locata, Franci ipsos nocte dieque crebris jactibus infatigabiliter flagellabant,

Siege of Dover castle.

24 June.

---

[1] *Hæ*] Hee, MS.

[2] *juratæ*] In the margin is written, "Respice Historias."

[3] *Procuratia*] Above is added, *vel cio*, i.e., *procuratio*.

[4] *procuratias*] An attempt has been made by a later hand to alter this word. In W. B. C. *procurationes*.

[5] *depauperaverat*] Added in marg.

[6] *et*] Interlined.

[7] *extorsit*] Added in marg.

[8] *transmisit*] The last syllable is on an erasure.

A.D. 1216. jaculorumque grandine crebrius impetebant. Sed Hubertus de Burgo, miles strenuus et fidelis, cum aliis septies xx^ti. militibus et servientibus pluribus cum illo existentibus, et defensioni vigilanter et viriliter insistentibus, jacula pro jaculis, saxa pro saxis remittentes, multos ex hostibus prostraverunt, donec Franci dampnificati, tentoria sua et machinas a castro longius retraxerunt. Unde Lodowicus, nimia succensus ira, pejerando juravit sese non inde recessurum, quousque, capto castro, omnes inclusi suspendio punirentur.

De captionibus castri Cantebrugiæ et quorumdam aliorum municipiorum et villarum.

Capture of Cambridge castle by the barons.

Per idem tempus quædam pars baronum, qui Londoniis remanserant, equitationes faciens, invasit provinciam de Cantebruge, ipsam deprædando, et cepit munitionem, et xx. servientes ibi inventos secum traxit compeditos. Rog. Wend. iii. 380.

Norfolk and Suffolk are ravaged.

Inde quoque progredientes, provincias de Northfolc et Sufolc perlustrando, municipia sibi mancipabant, incolas quoque spoliabant, populo quasi inter duas molas e contrario sese volventes, videlicet baronum et regalium miserabiliter contrito. Villas quoque de Gernemue, Dunewico et Gipeswico, ad redemptionem gravissimam compulerunt. In quo facto Deum ad iracundiam, ut ex casibus subsequentibus conjici[1] valet, infeliciter provocarunt, dum incolæ incolis, domestici domesticis, subjecti dominis, degeneres nobilibus, vulgares religiosis, molestiores extitere.

Colchester spoiled.

Tandem per Colecestriam prædam agentes, et ibidem simili rabie sævientes, ad nota et solita Lundoniarum latibula sunt reversi. Rog. Wend. iii. 381.

[1] *conjici*] connici, MS.

De obsidione de Windleshores.] A.D. 1215.

Cf. Rog. Wend. iii. 381.

Siege of Windsor castle by the barons.

Animati igitur barones, congregato exercitu copioso, nobile castrum de Windleshores obsederunt. Erat autem princeps militiæ illius comes Nivernensis,[1] vir quidem versutus et proditor multiformis, de sulphureo semine Guenelonis, qui archanis consiliis, donis et promissis regis J[ohannis] corrumpebatur. Et jam in contumelias contemptu plenas contra barones, verbis ampullosis cum juramentis horribilibus prorumpebat; Francos in militia et audacitate[2] pompose extollendo, et alios parvipendendo, immo potius vilipendendo. Cumque ejusdem comitis furtivo mandato certificaretur rex de obsidione de Windleshores, sicut et de Dovera, congregavit exercitum magnum de præsidiis castrorum suorum. Quo stipatus, discurrit per unum mensem[3] per terras comitum et baronum, ædes eorum cum frugibus concremando, dampna[4] irrestaurabilia et tirannidem inauditam baronibus et eorum pertinentiis irrogando, homines inhumane contrectando, mulieres nobiles ludibrio traditas conculcando, ecclesias violando, religiosos invadendo. Tandem provincias de Northfolc et Sufolc perlustrans, simili rabie ibidem in rebus comitis de Harundel, Rogeri Bigod, et aliorum magnatum immisericorditer desævit. Cujus ira excitata[5] speciales tractatus exigens,[6] propter suas ferocitates non se permittit recitari, dum in suam terram rex, quasi maniacus,[7] in propria viscera ferrum acuebat et incendia præparavit. Novissime autem, cum hæc omnia baronibus in obsi-

The count of Nevers, their leader, proves a traitor.

John lays waste the lands of the barons in the eastern counties.

The siege of Windsor

[1] *Nivernensis*] Ninivernensis, MS. and E.

[2] *audacitate*] Interlined is *vel cia*, i.e., *audacia*.

[3] *per unum mensem*] tempore messis, W. I. In B., at first, *tempore mensis*, and *unius* afterwards added after *tempore*, which is followed by C.

[4] *dampna*] dapna, MS.

[5] *excitata*] extitata, MS., on an erasure.

[6] *exigens*] The last letter is on an erasure, as are also the first three syllables of *ferocitates*, and the last syllable of *permittit*.

[7] *maniacus*] On an erasure.

A.D. 1216. dione de Windleshores commorantibus nunciaretur, consilio comitis Nivernensis[1] decreverunt obsidionem solvere, ut[2] regi J[ohanni], qui jam circa maritima prædas agebat et rapinis ac incendiis intendebat, viam præcluderent revertendi. Sicque versus Cantebruge festinanter, relictis tentoriis, iter arripiunt, ut ipsum regem circumseptum sub captione concluderent repentina. Sed rex per exploratores[3] præmunitus, antequam barones ad Cantebruge pervenissent, in villam de Stanforde callidus sese viator receperat. Deinde cum festinatione partes penetrans aquilonis, castrum[4] Lincolniæ, quod audivit fuisse obsessum, adventu suo liberavit. Fugerunt enim a facie ejus Gilebertus de Gant ceterique Norenses, ipsum quasi ignivomum draconem formidantes. Barones quoque, qui regem insecuti fuerant, cum se delusos cognovissent, prædis vacantes et rapinis, Londonias sunt reversi. Rex interea versus Walliæ confinia se conferens, castella baronum ibidem cepit, et complanari præcepit. In ædificiis autem et pomeriis eorundem illic pari crudelitate exardescens, miserabile spectaculum præbuit intuentibus.

raised, and the barons march towards Cambridge.

John withdraws to Stamford, and raises the siege of Lincoln.

Rog. Wend. iii. 382.

The barons return to London.

John advances towards the confines of Wales.

Alexander, rex Scotorum, homagium fecit Lodowico.

Eodem tempore, mense Augusti, Alexander, rex Scotorum, apud Doveram ad Lodowicum veniens, fecit ei homagium de jure suo, quod de rege Anglorum tenere debuit. Sed veniendo versus Lodowicum cum exercitu magno, dum transitum faceret per Castellum-Bernardi, quod erat de feodo Hugonis de Bailloil in provincia de Haliwercfolc situm, dictus rex castellum circuit, ut videret si ex aliqua parte esset expugnabile, balistarius quidam, qui in castro erat, telum emittens,

Alexander, king of Scotland, does homage to Louis at Dover.

Rog. Wend. iii. 382.

Rog. Wend. iii. 383.

---

[1] *Nivernensis*] Ninivernensis, MS.

[2] *ut*] et, MS.; corr. from W.B. C.

[3] *exploratores*] In the text, *explores*, but corr. in marg.

[4] *castrum*] Added on to the text.

Eustachium de Vescy,[1] virum nobilem et potentem, in fronte percussit, qui, cerebro perforato, ilico spiritum exhalavit.[2] Habuit quidem idem Eustachius sororem regis Scociæ desponsatam, unde idem rex et ejus magnates, cum universo baronum collegio exterritus[3] est nimis, animo consternatus. Rex autem, facto, ut dictum est, homagio, tristis ad propria remeavit.

A.D. 1216. Death of Eustace de Vescy.



Qualiter proditio et superbia Francorum detecta fuerit.

Rog. Wend. iii. 383. tol. 99 *a*.

Contigit autem hac tempestate vicecomitem de Melun, virum nobilem de regno Francorum, qui cum Lodowico in Angliam venerat, in urbe Londoniarum graviter infirmari.[4] Qui, cum mortem sibi cerneret imminere,[5] ascivit ad colloquium suum secretissimum quosdam baronum Angliæ, qui ob custodiam civitatis remanserant; et quod[6] se angebat conscientia propria confessus est, audientibus cunctis, dicens eis, "Doleo super imminenti[7] desolatione et subversione vestra, et quod vobis parata pericula et laqueos absconditos ignoratis. Juravit namque Lodouuicus et xvi. cum eo de regno Francorum comites et barones, quod, si contigerit eum Angliam sibi subjugare et in regem coronari, ipse omnes illos, qui nunc ipsi militant et regem J[ohannem] persequuntur, ut proditores domini sui, perpetuo dampnabit exilio, et omne genus eorum delebit[8] de terra. Et, ne hoc vertatur in dubium, ego, qui hic continuo moriturus jaceo, in periculo animæ meæ vobis veraciter affirmo, me unum esse ex illis, qui hoc cum Lodouuico juraverunt. Misereor piæ ac

Confession of the vicomte de Melun, on his deathbed, touching the intentions of Louis.

---

[1] In the margin is drawn his shield of arms reversed, *viz.*, gules, a cross patonce argent.

[2] *exhalavit*] exalavit, MS.

[3] *exterritus*] exteritus, MS.

[4] *infirmari*] imfirmari, MS.

[5] *imminere*] iminere, MS.

[6] *et quod*] On an erasure, and repeated in marg.

[7] *imminenti*] iminenti, MS.

[8] *delebit*] The last syllable is on an erasure. In W. B. C. *deleret*.

A.D. 1216. elegantissimæ genti Anglorum, Deo devotæ, et genti[1] liberali, quæ tot oppressionibus undique prægravatur." Et cum exitus aquarum deducerent oculi ejus, subdidit sermonem, singultibus crebro prorumpentibus, "Amici, summopere nunc consulo, ut utilitati vestræ provideatis in posterum proventuræ. Revera tirannide regis vestri oppressi conculcamini, sed si iste L[odowicus] prævaleat, delebit vos de sub cœlo. Duorum malorum minus eligatis. Ea vero, quæ jam dixi[2] vobis, sub sigillo secreti teneatis." Et, hiis dictis, nobilis ille continuo expiravit. Rog.Wend. iii. 384.

De præcordiali dolore baronum et desolatione.

Many of the barons wish to renew their fealty to John.

Cum autem hæc verba inter barones disseminarentur, contristabantur[3] vehementer, et in semetipsis dolore vehementi suspirantes contabuerunt, dum se perplexos et adversitatibus irretitos undique cognovissent.[4] Auxit præterea tristitiam eorum, quod singulis essent diebus excommunicati, papæ quoque exosi et legato, terris et possessionibus, uxoribus et liberis miserabiliter privati, prædis et rapinis miseram vitam protrahentes. Cogitaverunt[5] igitur multi inter se mutuo sed secretissime colloquentes, quod, inter Scillam et Caribdim constituti, melius arbitrandum ad fidelitatem regis, si sinum alicujus misericordiæ invenire possent, sub ambiguo convolare. Hæc omnia tamen adhuc sub serena facie caute palliabant. Rog.Wend. iii. 384.

De ultimis ultionibus regis Johannis.[6]

John burns the granaries of

Tandem, cum Lodouuicus apud Doveram obsidionem diu et inaniter protraxisset, rex J[ohannes] in forti- Rog.Wend. iii. 384.

[1] *genti*] At first written *gentibus*, but *bus* erased.

[2] *dixi*] Interlined.

[3] *contristabantur*] constritabantur, MS.

[4] *cognovissent*] congnovissent, MS.

[5] *Cogitaverunt*] Cogitavernt, MS.

[6] This rubric is on an erasure.

. tudine gravi provincias de Sufolc et Northfolc misera A.D. 1216.
. contrivit afflictione. Deinde per mariscum divertens, the abbat of Peterborough.
. possessiones abbatis et conventus de Burgo, primo
. horrea de Undele, licet illi monachi quicquid poterant
. aliunde abradere, ipsi regi præsentassent, incendio con-
. flagravit. Deinde ad Croilandiam properans per maris- He orders the church and town of Croyland to be burnt,
. cum, tunc in fine æstatis siccum, jussit suis incendariis
. ipsam ecclesiam, scilicet abbatiam, et villam concre-
. mari,[1] ipso vidente, et extra villam non procul, propter
. fumum et favillam, expectante. Abbas illius domus
. exosus ei fuerat ab antiquo, eo quod consanguineus
. fuit episcopi W[alteri], quondam cancellarii. Et cum but they are spared by Savary de Mauleon.
. venisset Savaricus de Malleone cum regio et suo exer-
. citu, ut præceptum ferale regis adimpleret, obvium
. invenit conventum nudis pedibus cum processione ad-
. ventantem,[2] qui prostratus coram eo, lacrimabiliter
. petiit junctis manibus misericordiam, ne videlicet, quod
. iratus rex præceperat, in Dei et sancti Guthlaci con-
. tumeliam perficeret. Cum hæc audisset Savaricus, et
. vidisset ymaginem beatæ Virginis ibidem elegantissi-
. mam, et alios ecclesiæ ornatus[3] decentissimos, miseri-
. cordia motus pepercit ecclesiæ et cœnobio et villæ, ne
. omnia secundum præceptum regis conflagraret. Verum-
. tamen homines in ecclesia et cœnobii curia et villa
. inventos cepit, et vinctos abduxit, inhumane cruciandos
. et gravissime redimendos. Multi autem qui fugerant
. in harundinetis, usque ad caput mersi in profundo
. luto latuerunt, et sic commune flagitium evaserunt.
. A conventu tamen, quia abbas, qui a facie[4] fugerat
. persequentium, absens tunc erat, eidem Savarico in
. solutione l. marcæ,[5] truculenter extortæ, sunt[6] solutæ.
. Cum igitur inaudita scelera idem Savaricus et ejus

---

[1] *concremari*] Added above the line, and at first written after *veniente*, but erased, and inserted after *villam*.

[2] *adventantem*] Added in marg.

[3] *ornatus*] Added in marg.

[4] *a facie*] On an erasure.

[5] *marcæ*] Originally, *marcas*.

[6] *extortæ, sunt*] On an erasure.

A.D. 1216. nefarii[1] complices perpetrassent ibidem, recessit, et ad regem perveniens conviciis affectus est, eo quod omnia non combussisset. Inde in furore recedens, omnia blada, quæ dictus abbas habuit in Holandia, et ædificia et blada Conani filii-Elyæ, sicut erant circa festum sancti Michaelis aggerata, combussit, ipsomet ignem supponente et docente, quod in imis aggerum incendiarii ignem supponerent; inter favillas, fumum et faces huc illucque discurrens, non prius inde recessit, donec omnia, ita ut etiam ipsi hostes facinus abhorruerunt, consumpsisset.

The crops of the abbat in Holland are consumed in John's presence.

De jactura regis apud Wellestrem.

Deinde vero rex J[ohannes] versus aquilonem iter arripiens, cum fugerent omnes incolæ a facie ejus, velut adveniente rapidissima tempestate, aquam marinam cum fluviali mixtam transire sine duce præsumpsit, qui locus Wellestrem dicitur;[2] sed vix evadens, ididem bigas, summarios prædas et rapinas portantes, et omnem thesaurum et supellectilem irrecuperaliter amisit. Aperta [est][3] enim in mediis fluctibus terra, et sabulo, qui vivus dicitur, et absorbuit universa, equos cum hominibus, arma, tentoria et victualia, et quæ in mundo rex præter vitam possedit cariora. Rex igitur cum residuo exercitus sui vix elapsus, nocte sequenti apud abbatiam Cisterciensis Ordinis, quæ Suinesheved appellatur, tristis valde et mœrore confectus pernoctavit.[4] Ubi, ut creditur, de rebus a fluctibus devoratis tantam mentis incurrit tristitiam, quod acutis febribus cœpit graviter infirmari.[5] Auxit autem ægritudinis molestiam inordinata ejus dieta et crapula consueta, qui nocte illa de

John marches northwards.

He loses his booty and treasure in the river Wellstream [Welland].

John sleeps at the abbey of Swineshead, where he is attacked by fever.

Cf. Rog. Wend. iii. 384.

R. Wend. iii. 385.

fol. 99 *b*.

[1] *nefarii*] nepharii, MS.

[2] *qui . . . . dicitur*] Added in marg.

[3] *est*] Supplied from W. B. C.

[4] *pernoctavit*] After this word several lines have been added in the lower margin, and afterwards erased.

[5] *infirmari*] imfirmari, MS.

fructu persicorum[1] et novi pomacii, quod vulgariter cicera appellatur, nimis repletus, febrilem in se calorem acuit fortiter et accendit. Verumtamen summo inde diluculo, licet cum labore recedens, versus castellum de Lafford hospitaturus iter arripuit, plus ultionis quam febrium incendiis inflammatus; sed cum circiter tria vel quatuor miliaria itinerando anhelus[2] et gemebundus confecisset, descendere morbo ingravescente coactus, jussit sibi lecticam, in qua lenius veheretur, præparari. At illi, quibus constipabatur, non habentes ad hoc in promptu[3] artificem, vel instrumenta, vel materiem, gladiis extractis et cultellis, ex salicibus circumstantibus qualem qualem[4] lecticam illi præparaverunt, quam et ex coopertorio equi bellici[5] contexerunt, extendendo incomposite.[6] Quam cum ascendisset, et pulvinaribus[7] et lectisterniis et etiam stramine caruisset, libratus est et huc et illuc oscillatus[8] et confractus, maxime cum equos non haberet veredarios. De qua[9] dolore mortifero jam subarratus, descendere coactus est, dicens, "Ista malefacta, immo maledicta, lectica jam omnia ossa mea dissipavit et concussit, immo jam[10] fere interfecit." Et creditur, quod in illa lectica mortis molestiis irremediabiliter præoccupabatur.[11] Ira quoque maxima incendebatur, quæ febribus

A.D. 1216.

Thence he advances to Sleaford.

He becomes worse, and a temporary litter is made for him.

---

[1] *persicorum*] perisicorum, MS.

[2] *anhelus*] hanelus, MS.

[3] *promptu*] promtu, MS.

[4] *qualem qualem*] Partly on erasure, and repeated in marg.

[5] *bellici*] At first written *belli*.

[6] *incomposite*] At first, *incomposito*.

[7] *pulvinaribus*] The last syllable is on an erasure.

[8] *oscillatus*] ocillatus, MS.

[9] *De qua*] On an erasure.

[10] *jam*] On an erasure.

[11] *præoccupabatur*] preocupabatur, MS. In the margin opposite is the following curious addition :—

"*Nota.* Unde pronostica Gallica,
§ Henri, li plus beus,
Murra à Marceus ;
§ Ricard, li Peitevins,
Murra en Limozins ;
§ Johan, rois sanz tere,
Murra en Bere.

§ Ibi dicitur fuisse mortuus, ubi morte prævenieniebatur [*read* præveniebatur] causaliter; 'Sine terra,' quia moriturus nil terræ in pace possedit." Above this addition is written by Matthew Paris in red letters, "*Cave, quia offendiculum*," and by the side, the monitory phrase "*Vacat*" repeated.

A.D. 1216. He arrives with difficulty at Sleaford [Newark.]

præbuit incrementum; ira enim, secundum Philosophum,[1] est accensio sanguinis circa cor;[2] unde vix ad castellum de Lafford,[3] manno leniter portante, pervenit.

De morte regis Johannis.

John confesses, and receives the sacrament, and appoints his son Henry his successor.

Memorato igitur castro decubans graviter infirmatus, ab abbate canonicorum de Crokestuna consilium confessionis et eukaristiam suscepit. Deinde Henricum, filium suum primogenitum, regni sui heredem constituit, regnumque habere[4] Angliæ illi jurari fecit. Literas etiam sigillo suo communitas ad omnes vicecomites regni et castellanos direxit præcipiens ut ei essent singuli intendentes. Et inter loquendum dixit ei unus de circumsedentibus,[5] "Dominus noster Jhesus moriturus pro nobis, oravit pro persequentibus, relinquens nobis pium exemplum. Necesse habetis similiter omnibus debitoribus vestris omnem iram remittere et rancorem." Cui ille suspirans, "Hoc quidem mihi difficile est, illis omnem iram remittere, qui me a solio[6] regni mei præcipitare conantur,[7] et inimicum meum præcipuum subrogare, et adhuc insequentes persequuntur."[8] Sequebantur enim eum tunc quidam baronum e vestigio, volentes sese ipsi, quasi domino suo naturali, subdendo reddere, et ejusdem experiri misericordiam, propter revelationem nuper eis factam, ut

R. Wend. iii. 385.

He is persuaded to forgive his enemies.

---

[1] *Philosophum*] Philosofum, MS.

[2] Seneca de Ira, lib. ii. p. 28, ed. Lipsii, 1652.

[3] *Lafford*] So in MS. and E., and copied by John de Wallingford, MS. Cott. Jul. D. vii. f. 83[b]; but we should certainly read *Newark*, with Coggeshale, p. 112, Wendover, the larger Chronicle in B. C., and Matth. Westm. The error arose from the omission in our text of some lines, stating that John remained one night at Lafford [Sleaford] and proceeded onwards the next day to Newark. See the Itinerary of John in the "Rot. Lett. Pat.," ed. Hardy.

[4] *que habere*] Added on to the text.

[5] *circumsedentibus*] The two last syllables are on an erasure.

[6] *me a solio*] a me, MS., and the last letter of *solio* on an erasure.

[7] *conantur*] Added in marg.

[8] *persequuntur*] persequntur, MS.

. prædictum est; unde rex eosdem fugit, timuit et vitavit, A.D. 1216.
. cum tamen non oportuit, sed hoc penitus ignoravit.
. Et subdidit instanter amicus ejus qui loqui inceperat,
. ne regis anima periclitaretur, et dixit, "Domine, do-
. mine, si placet, considerandum est, si subfuerit causa
. rationabilis quare contra vos commoti insurgerent. Quia
. si causa eos urgens stimulaverit, mitius agendum est,
. et cum eisdem dispensandum;[1] si non, etsi hostes essent
. manifesti, cum in tali casu gloriosa reposita sit corona,
. pro amore Christi Salvatoris nostri hoc docentis et
. facientis, et pro animæ vestræ salvatione, omnem baro-
. nibus vestris malivolentiam penitus remittatis." At
. rex, extremum jam trahens spiritum, ab imo pectoris
. longum resumendo gemitum cum miserabili suspirio,
. ait, "Si aliter non contingat me salvari, fiat ut per- ¶ *Nota finalia verba regis Johannis.*
. suasisti. Et hoc dicatur filio meo Henrico, ut similiter
. faciat, ne peccato suo prægravetur anima mea; et de
. cetero, exemplo mei præmunitus et edoctus, suos ho-
. mines diligat naturales, congreget et sequatur."

De ejusdem regis sepultura.

His directions as to his burial.

g. Wend. i. 385. Hiis ita gestis, sciscitabatur[2] ab eo abbas de Crokes- tune, si ipsum mori contingeret, ubinam vellet eligere sibi sepulturam. Cui rex, "Deo et sancto Wlstano corpus et animam meam commendo." Postea vero, in nocte quæ diem sancti Lucæ evangelistæ[3] proximo . secuta[4] est, ex hac vita migravit.[5] Facta igitur de . corpore suo phisicali anathomia per dictum abbatem, . seposita sunt viscera ejus, et conspersa sale apud Crokes- . tun delata sunt, et,[6] sic disponente eodem abbate, ibi-

[1] *dispensandum*] In the text *dispendum*, but corr. in marg.

[2] *sciscitabatur*] The last two syllables are on an erasure.

[3] *evangelistæ*] ewangeliste, MS.

[4] In Coggeshale, p. 112, he is said to have died "in festo S. Lucæ Evang." [18 Oct.]

[5] In the lower margin is drawn the royal shield of arms, reversed, with a crown below.

[6] *sunt, et*] Interlined, and an erasure after *delata*.

A.D. 1216. dem[1] sunt sepulta. Corpus vero regio scemate ornatum.
His body is interred at Worcester. ad Wigorniam delatum est, et in ecclesia cathedrali ab episcopo loci reverenter tumulatum. Tempore vero
Rog. Wend. iii. 386.
Messengers of peace had arrived previously from the barons. quo apud Neuwerc idem rex mori incipiebat, venerunt ad eum ibidem nuncii quorumdam baronum Angliæ circiter xl. cum literis, qui voluerunt, ut prætactum est, ad pacem regis redire; sed ipse in extremis agens, dare hiis operam non valebat.[2]

Gestorum regis J[ohannis] conclusio.

Duration of John's reign. Cum autem regnasset rex Johannes annis xviii., mensibus v., diebus autem iiii^{or}., ab hac vita, post multas hujus seculi perturbationes et labores inutiles, in multa mentis amaritudine distractus transmigravit, nihil terræ, immo nec se ipsum, in pace possidens. Sperandum est autem et credendum confidenter, quod quædam bona opera, quæ fecit in hac vita, allegabunt pro eo ante Summi Judicis tribunal. Construxit enim abbatiam Cisterciensis Ordinis de Bello-loco, et moriturus domui de Crokestun cum corde suo terram decem libratarum legavit. Et, quod per secula ascribendum est ei ad laudem immortalem, quosdam Græciæ philosophos,[3] cum magno fastu ad curiam suam in vita sua venientes, qui, secundum eorum assertiones, fidem catholicam in multis voluerunt[4] corrigere, repulit, nec mutire permittebat.[5]
Certain good works alleged in his behalf.

---

[1] *ibidem*] Added in marg.

[2] Here is inserted in W. B. I. an epitaph of six lines on John, which in B. is followed by two other lines of a satirical character.

[3] *philosophos*] philosofos, MS.

[4] *voluerunt*] Added in marg.

[5] *permittebat*] After this word, three short lines have been erased. The event alluded to in the text is related more fully under the year 1249.

. 100 *a*. *De prima regis Henrici III. coronatione, a qua computantur anni coronationis ejusdem regis.* A.D. 1216.

g.Wend. iv. 1. Defuncto Johanne, Anglorum rege, convenerunt apud Gloverniam in vigilia apostolorum Simonis et Judæ, in præsentia Walonis, apostolicæ sedis legati, Petrus Wintoniensis, Jocelinus Bathoniensis, et Silvester Wigorniensis episcopi, Ranulphus, comes Cestrensis, Willelmus Marescallus, comes Penbrockiæ, Willelmus, comes de Ferrariis, Johannes Marescallus, Philippus de Albineto, cum abbatibus, prioribus, et turba multa nimis, ut Henricum, Johannis regis filium primogenitum, in regem Angliæ feliciter exaltarent. In crastino autem, præparatis omnibus ad coronationem necessariis, legatus supradictus, associatis sibi episcopis et comitibus memoratis, duxit eum ad ecclesiam conventualem cum processione sollempni, regem acclamandum; ubi ante majus altare constitutus, dictante sacramentum [1] Jocelino, Bathoniensi episcopo, juravit ipse Henricus coram clero et populo, appositis sibi sacrosanctis evangeliis [2] et plurimorum sanctorum reliquiis, quod honorem, pacem ac reverentiam portabit Deo et sanctæ ecclesiæ et ejus ordinatis, omnibus diebus vitæ suæ. Juravit etiam, quod in populo sibi commisso rectam justitiam tenebit, quodque leges malas et iniquas consuetudines, si quæ sunt [3] in regno, delebit, et bonas conservabit, et ab omnibus faciet observari. Et, hiis ita gestis, Petrus Wintoniensis et Jocelinus Bathoniensis [4] episcopi ipsum in regem ungentes, coronaverunt eum sollempniter cum canticis et modulationibus, quæ in regum coronationibus solent decantari. Tandem, expletis missarum sollempniis, duxerunt ipsum jam regem cum

Coronation of Henry III. 27 Oct.

g.Wend. iv. 2.

¶*Nota regis juramentum.*

[1] *sacramentum*] At first written *sacramento*.

[2] *evangeliis*] euuangeliis, MS.

[3] *sunt*] So also W. B. C. E., but corrected *sint* in Edd. and ed. Wend.

[4] *Bathoniensis*] Bothoñ, MS.

A.D. 1216. processione sollempni episcopi et comites sæpedicti regalibus indutum ad mensam, ubi omnes in ordine suo exultantes et spe nacta meliori epulabantur. Coronatus est autem rex Henricus III. anno ætatis suæ x°., in die apostolorum Simonis et Judæ, xx°viii°. die mensis Octobris.[1] Rex autem post coronationem suam remansit in custodia Willelmi, comitis Penbrokiæ, magni videlicet marescalli. Qui protinus misit literas suas ad omnes vicecomites de regno Angliæ et castellanos, præcipiens singulis, ut regi nuper coronato essent intendentes; promittens omnibus possessiones ac donaria multa, ita scilicet ut dicto regi, domino suo naturali, fideliter adhærerent, sequerentur, et præcordialiter diligerent.

The king remains under the guardianship of William, earl of Pembroke.

R. Wend. iv. 3.

Quomodo rex Henricus III. gratia divina illustrabatur.

Many of the nobles adhere to Henry.

Regi igitur Henrico III., quem gratia juventutis et innocentia cunctis reddidit amabilem, et venusta facies cum flava cæsarie singulis favorabilem, sermo quoque maturus universis venerabilem, nobiles regni certatim convolando promtius adhæserunt. Castrorum quoque et civitatum custodes, qui regi Johanni sub timore servili militaverant, ipsi regi Henrico III. sub filiali

[1] On the lower margin is drawn the royal shield of arms, erect, with a crown below; and by the side is written the following note:—"Nota, quod si computetur illud tempus, scilicet quod fluxerat a festo apostolorum Symonis et Judæ usque ad Natale Domini, pro uno anno per sinodochen, computabitur a Natali proximo sequenti annus secundus, et sic deinceps. Et hoc ad titulum erit regnantis; multi enim anni magnificant regem. Verbi gratia, si aliquis coronaretur in regem die Natalis Domini, et regnaret xv. diebus, posset dici quod in duobus annis regnaverit, quia ante Circumcisionem [1 Jan.] et post. Et hæc ratio hic tenetur usque ad sextum decimum annum hujus regis. Tunc vero mutatur et deletur tempus particulare pro anno computatum." The accuracy of this note is confirmed by the entries on the Patent Rolls, and the Red Book of the Exchequer.

. et fideli reverentia jam cœperunt obedire ac famulari. A.D. 1216.
. Auxit autem gratiarum ejus congeriem custodis sui
. doctrina venerabilis, et in educatione diligens infor-
. matio. Censuerunt igitur magnates Angliæ, indignum
. esse ut, ira traduce, filius culpas portaret genitoris;
Rog. Wend. iv. 3. unde omnes sese ad defensionem præparantes, castella sua peroptime cœperunt communire. Animabat eos præterea, qui partem regis fovebant quamplurimum, quod singulis diebus Dominicis ac festivis Lodouuicum cum complicibus suis videbant excommunicari.[1]

Quomodo Lodowicus, audita morte regis J[ohannis], a Dovera recesserit.[2]

Rog. Wend. iv. 3. Cumque Lodowicus ac barones, qui adhuc cum ipso stantes in[3] obsidionem circa castrum Doverense, de morte regis J[ohannis] certificarentur, invasit omnes fallax lætitia, quasi regnum Angliæ jam sibi subjugassent. Una igitur dierum Lodowicus, credens flectere fidelitatem Huberti de Burgo, et constantiam enervare per avaritiam, significavit eidem, quod voluit habere per intermedios parlamentum pacificum[4] cum eo. Quod cum concessisset Hubertus, misit Lodowicus nuncios sollempnes ad eum, ad posticum qui ad hoc competens videbatur. Missi sunt igitur ad eum comes Saresbiriensis[5] W[illelmus] Longa-spata, qui secum ad cautelam Thomam de Burgo, fratrem prædicti Huberti, adduxit,[6] qui captus fuit in munitione castri Norwicensis, vinculis mancipatum, et comitem Nivernensem,[7] et tres alios[8] de nobilioribus Francorum. Hubertus autem veniens ad posticum, duxit secum v. arcubalistarios cum balistis suis extentis, spiculis adaptatis, ut, si opus exegisset, minime parcerent inimicis. Ait igitur

Louis endeavours to induce Hubert de Burgh to surrender Dover castle.

¶ *Nota Huberti constantiam et fidelitatem.*

---

[1] *excommunicari*] excommunicare, MS. and E. Corr. from W. B. C.
[2] *recesserit*] recisserit, MS.
[3] *in*] Interlined.
[4] *pacificum*] pacifum, MS.
[5] *Saresbiriensis*] Sarelb', MS.
[6] *adduxit*] Added in marg.
[7] *Nivernensem*] Niniversem, MS.
[8] *comitem . . . . alios*] So in MS., but we ought to read *comes Nivernensis et tres alii.*

A.D. 1216. illi[1] comes W[illelmus] Saresbiriensis, "O Huberte, non te latet, ut credo, mors regis J[ohannis], nec conditio juramenti domini nostri Lodouuici, qui incommutabiliter juravit, quod cum castrum hoc violenter occupaverit, omnes in eo inventi suspendio peribunt. Consule vitæ tuæ et honori. Non poteris semper vel etiam diu hoc castrum, quin saltem fame deficias, defendere et custodire.[2] Fortitudo domini nostri L[odowici] crescit diatim, fortitudo autem adversa jam suo[3] capite caret et decrescit manifeste. Spes succursus evanuit. Redde igitur castrum sine moræ dispendio, nec notaberis de infidelitate, cum non possis illud amplius tenere; vides quod omnes ad fidelitatem domini nostri jam confluxerunt." Thomas insuper, qui cum ipso comite ibidem stabat vinculatus et compeditus,[4] cum lacrimis et singultibus insuper dixit eidem Huberto, "O frater carissime, miserere tui et mei et omnium nostrum, horum consiliis adquiescendo; sic enim omnes ab imminenti[5] confusione poterimus liberari. Sin autem, primus, ut juravit L[odowicus], coram oculis peribo suspensus tuis ignominiose, et ad totius generis nostri obprobrium sempiternum." Et comes addidit, dicens, "Verum tibi dicit frater tuus Thomas. Ceterum, O Huberte, amice, adquiesce consilio nostro ac voluntati domini nostri L[odowici], et dabit tibi jure hereditario Norfolckiam et Suthfolckiam, et eris primus inter amicos ejus et consiliarios." Cui Hubertus, "O comes, proditor nequissime, etsi mortuus sit rex J[ohannes], dominus noster ac frater tuus, heredem habet filium suum, nepotem tuum, immo et filios et filias, qui eidem succedere debent. Sed de castello reddendo nullam penitus spem concipiat Lodowicus. Dum enim auras vitales carpere potero, nun- fol. 100*b*.

[1] *Ait . . . illi*] On an erasure.
[2] *defendere et custodire*] Added in marg.
[3] *suo*] On an erasure.
[4] *et compeditus*] Added in marg.
[5] *imminenti*] iminenti, MS.

. quam hoc castrum Francigenis, quod regni clavis est, A.D. 1216.
. ostium et repagulum, resignabo. Et si omnes heredes
. domini regis deessent, tu, qui patruus ejus es, nulla-
. tenus deberes ipsum supplantare. Quid enim demeruit
. innocens? Coronatur jam, bene scimus, et rex feli-
. citer acclamatur in Anglia, magnifice, Deo protegente,
. regnaturus. Sed tu, O comes, recede a Lodouuico ex-
. communicato, et superbis Francigenis, qui te et alios
. Anglicos in fine proponunt conculcare, resiste;[1] honestam
. enim causam habes recedendi, ut insonti nepoti tuo
. adhæreas." Et cum verbis Huberti rebellis erat comes,
. et qui cum ipso erant, torvo oculo respexit eos et
. etiam fratrem suum Hubertus, dicens, "Recedite quan-
. tocius, iniquissimi! Quia, per lanceam Dei, si amplius
. unicum verbum emittat os vestrum, spiculis pectora
. vestra in ictu oculi perforabuntur; sed nec fratri
. meo Thomæ parcam enervato." Comes igitur et qui
. cum eo erant, videntes mortem suam imminere,[2] quia
. balistarii promti erant ad nutum Huberti spicula
. arcubus aptata emittere, horruerunt, et statim recesse-
. runt. Quod cum audisset L[odowicus] et Francigenæ,
. licet dolentes et irati, Huberti constantiam, fidelitatem
. et strenuitatem collaudarunt. Resumpto igitur alacri-
. ori spiritu audaciæ, fortius defensioni insistebant ob-
. sessi,[3] multos ex hostibus prosternendo. Tandem, inito
. consilio, decrevit sanius Lodouuicus illam solvere obsi-
Rog.Wend. iv. 3. dionem, et minora per Angliam subjugare prius sibi
castella, ut, levioribus subactis, confugerent tutius ad
majora. Et sic, infecto proposito, et soluta turpiter
obsidione, ad urbem Londoniarum sunt reversi. Post
quorum recessum, qui in castro Doveriæ extiterant
alacriter exeuntes, combusserunt domos et ædificia,
quæ ante castrum Lodowicus construxerat, quæ spe-
. ciem protenderant nundinarum. Et sic [per][4] pro-

Louis raises the siege, and returns to London.

The garrison sally out, and burn the houses erected by the French.

[1] *resiste*] Added in marg.
[2] *imminere*] iminere, MS.
[3] *obsessi*] Added in marg.
[4] *per*] Supplied from W. B. C.

A.D. 1216. The nobles gradually desert the party of Louis.

vinciam discurrentes, quasi apes alvearia sua, abundanter[1] castrum suum victualibus[2] munierunt. Interea, crescente et apparente superbia Francorum et malitia, quasi stillatim recesserunt unus post unum magnates Angliæ a Lodouuico, attrahente eos W[illelmo] Marescallo et P[etro], Wintoniensi episcopo, prudenti diligentia.

De obsidione et captione castri de Hertford.

12 Nov. Louis besieges and takes the castle of Hertford.

Lodowicus igitur in crastino sancti Martini cum exercitu copioso ad municipium de Hertford subito superveniens, illud obsidione vallavit; sed Walterus de Godardvilla illud diu viriliter defendens, tandem illud, salvis personis et armis obsessorum, Lodouuico resignavit. Redditoque municipio, petiit illud Robertus filius-Walteri, asserens custodiam illius ad eum antiquo jure[3] pertinere. Quod cum Lodouuicus denegaret, cœpit repere murmur inter Angligenas vehementius, et corda eorum magis ac magis cœperunt regi mitius inclinari.

Rog.Wend. iv. 4.

Rog.Wend. iv. 5.

The custody is claimed by Robert Fitz-Walter, but refused.

De redemptione et liberatione Willelmi de Albineto.

25 Nov. William de Albini and others are released from prison.

Eodem tempore, in die beatæ Katerinæ, exivit de carcere nobilis vir Willelmus de Albineto, facto prius fine pro redemptione sua sex milium marcarum. Qui, facto homagio regi Henrico, tradidit eidem rex castrum de Ledford[4] ad custodiendum. Similiter et alii captivi, miserante rege et ejus custodibus, redempti[5] sunt et liberati, qui omnes, regi facto homagio, ipsi deinceps fideliter adhæserunt; unde pars ejus non mediocriter est roborata.

Rog.Wend. iv. 5.

---

[1] *abundanter*] habundanter, MS.

[2] *victualibus*] Added above the line.

[3] *jure*] Added in marg.

[4] *Ledford*] Lafort, W.

[5] *redempti*] redepti, MS.

De captione castri de Berkamestede.

A.D. 1216.

Cf. Rog. Wend. iv. 5, 6.

6 Dec. Siege and capture of the castle of Berkhampstead.

. Progrediens autem Lodowicus die sancti Nicholai de
. Hertford, castrum de Berchamestude obsedit; ubi diu-
. turno tempore inaniter protracto, illud cum non posset
. adhuc rex potenter ab [1] obsessis liberare, in suam re-
. cepit [2] potestatem, salvis personis, armis et possessioni-
. bus obsessorum.

Quid fecerit Lodowicus ad Sanctum Albanum.

Rog. Wend. iv. 6.

Louis comes to St. Alban's, and demands homage from the abbat.

21 Dec.

The abbat redeems the abbey and town by paying a fine.

2 Feb.

Louis returns to London.

Lodouuicus igitur in superbiam jam erectus, impositis in castro nuper capto suis, venit ad Sanctum Albanum die beati Thomæ apostoli, exigens instantissime ab abbate Willelmo, ut faceret sibi homagium. Cui cum abbas respondisset, se nolle ei homagium facere, nisi prius absolveretur ab homagio quod fecerat regi Anglorum, Lodowicus vehementer [3] indignatus juravit, se igne ipsam abbatiam cum villa tota crematurum, nisi faceret quod petebat. Tandem abbas, post multas terribiles comminationes, interveniente Saiero, comite Wintoniæ, finem fecit pro se et villa sua tota, dans Lodowico pro induciis usque ad Purificationem beatæ Mariæ quater viginti marcas argenti. Quo facto, Lodouuicus Londonias est reversus.

Quomodo barones propriam miseriam cognoverunt. [4]

Rog. Wend. iv. 9.

A.D. 1217. Henry keeps Christmas at Bristol.

Anno Domini M°.CC°.XVII°., qui est annus [regni] [5] regis Henrici Tertii ii^us.,[6] juvenis rex Henricus III. fuit ad Natale Domini apud Bristoldum, præsente Walone legato, et Willelmo Marescallo, rectore ejusdem regis et regni. Erat autem ea tempestate inter optimates Angliæ fluctuatio maxima et multiplex dissensio,

Rog. Wend. iv. 10.

---

[1] *ab*] Added in marg.

[2] *recepit*] In the text *repit*, but corr. in marg.

[3] *vehementer*] On an erasure.

[4] *cognoverunt*] congnoverunt, MS.

[5] *regni*] Omitted in MS.

[6] *qui . . . . ii^us.*] Added in marg. over an erasure.

A.D. 1217. cuinam domino honestius ac fructuosius adhærerent, juveni videlicet regi Henrico, an domino Lodowico. Habebant enim ex Francigenis talem tantumque contemptum et e converso, quod multi eorum consolationem non admiserunt. Qui enim mendici advenerant et contemptibiles, in verba jactantiæ et intolerabilis superbiæ proruperunt. Auxit præterea hujus perturbationis procellam, quod Lodowicus, spreto juramento suo, terras, possessiones et castella eorumdem optimatum, quæ eorum auxilio subegerat, illis murmurantibus et tandem palam reclamantibus, in suam redegit potestatem; ponens in eis milites suos et servientes ultramarinos, qui abhominationes inauditas in comprovincialibus exercuerunt. Ceterum, turpe sibi videbatur, inhonestum et probrosum, ipsum derelinquere quem per juramenta, cartas et obsides attraxerant in regnum Angliæ, et etiam fidelitatem et homagium fecerant. Multis tamen, quos conscientia propria pro sententia excommunicationis[1] sauciabat, videbatur sanius fore et honestius, insonti regi ac domino naturali, et omnem justitiam promittenti adhærere, quam alieno jam perjuro et tirannizanti, et manifeste ante plenitudinem potestatis adeptæ injurianti. Præterea, perterruit eos vehementer vicecomitis de Melun morituri, ut prædictum est, terribilis confessio, quæ jam apparuit fuisse verissima. Sic sic igitur inter duas molas contriti, suam cognoscentes[2] miseriam, plures qui corpore steterunt cum Lodowico, corde regi adhæserunt innocenti. fol. 101 *a*.

Hesitation of the barons to which side they should adhere.

De quodam impetu werræ.

20 Jan. Eodem tempore, xiii°. kalendas Februarii, exierunt de castro Muntsorello milites et servientes, qui ex parte baronum extiterant, ut scilicet prædis instarent et rapinis. Quod cum per exploratores suos milites de Rog. Wend. iv. 10.

The garrison of Mountsorel defeated by

[1] *excommunicationis*] excōnis, MS. | [2] *cognoscentes*] congnoscentes, MS.

Notingham cognovissent,[1] venerunt eis obviam; et, facto congressu, ceperunt ex obstantibus x. milites et xxiiii. servientes, et, tribus interfectis, cum lætitia remearunt. A.D. 1217. the king's troops.

Qualiter Falcasius abbatiam Sancti Albani et villam non impune spoliaverit.

Rog. Wend. iv. 10. Per idem tempus, xi°. kalendas Februarii, Falcasius, ignobilis genere sed vitiis multo ignobilior, multitudine gravi congregata de præsidiis castrorum Oxoniæ, Norhamtoniæ, Bedeforde, Windleshores, Cireth et Benifeld, et aliorum municipiorum et diaboli nidorum, et speluncis latronum, venit ad villam Sancti Albani subito, scilicet in crepusculo[2] vespertino, nocte sancti Vincentii; atque, inopinato impetu facto, villam totam feraliter spoliavit, homines et feminas et etiam infantes cepit, ac vinculis arctissimis immisericorditer mancipavit; ad ostium quoque ecclesiæ Beati Albani quendam honorabilem de curia abbatis interfecit. Et sic, opere nefario[3] a ministris Sathanæ, qui etiam vivos captivos inter cetera assaverunt facinora, consummato, abbati Willelmo significavit, ut sub omni festinatione mitteret ei centum libras argenti; alioquin, injecto igne, totam villam cum ipso monasterio et suis ædificiis ilico redigeret in favillas. Abbas vero, post multos deceptationes, aliud non habens remedium, pecuniam concessit postulatam. Quibus ita gestis, dictus Falcasius, cum suis prædonibus excommunicatis et spoliis, et captivis tractis turpiterque vinctis manibus, ad castrum suum de Bedeforde citius avolavit. 22 Jan. Faukes [de Breauté] extorts money from the abbat of St. Alban's. 22 Jan. Rog. Wend. iv. 11.

[1] *cognovissent*] congnovissent, MS.
[2] *crepusculo*] crepulculo, MS.
[3] *nefario*] nephario, MS.

A.D. 1217. *De impetu facto apud Wauberge super baroniales.*

He seizes many persons in the forest of Walberge [Wabridge.]

Deinde cum omni multitudine prædicta ad forestam de Walberge properans, cepit ibidem Rogerum de Colevilla et multos alios milites et servientes, qui ad numerum sexagenarium computabantur, et præter eos multos de incolis, clericos et laicos. Sed cum quendam clericum armatum, G. videlicet, personam de Elintona, capere voluissent Falcasius et sui complices, ipse clericus elegans et strenuus[1] tot ex illis ruptariis prostravit, vulneravit et interfecit, quod omnes ejusdem strenuitatem vehementer admirarentur; xii. enim peremit, et multo plures letaliter vulneravit.[2] Tandem captus est, et legato in armis præsentatus, cui propter admirabilem probitatem mitius actum est.

Rog. Wend. iv. 11.

Bravery of the parson of Ellington.

Nota umbratilem satisfactionem Falcasii apud Sanctum Albanum.

Dream of Faukes, and empty offer of satisfaction to St. Alban's.

¶ *Nota mirabilem visionem Falcasii.*

Postea vero quadam nocte per visum accepit memoratus Falcasius, quod de turri ecclesiæ Sancti Albani quoddam immane saxum, in modum fulguris cadens et in ipsum irruens, ipsum in pulverem contrivit. Qua perterritus visione, in lecto suo subito rugitu terribiliter infremuit expergefactus; uxorique[3] suæ, Margaretæ de Ripariis,[4] ob hoc stupefactæ visionem enarravit. At ipsa, "Provocastisne unquam beatum Albanum, aut injuriam irrogastis?" At ipse, "Etiam, cum ejus ecclesiam homicidio violavi, ab abbate pecuniam extorsi, villam deprædatus sum, homines captivos abduxi redimendos." At ipsa, "Festinanter mane adi ecclesiam venerabilis Anglorum prothomartiris Albani, et satisfac Deo et martiri, et viris religiosis ibidem[5] militanti-

[1] *et strenuus*] Added on to the text.

[2] *xii. enim . . . vulneravit*] Added in marg.

[3] *que*] Interlined.

[4] *Margaretæ de Ripariis*] Added in marg.

[5] *ibidem*] ibibem, MS.

. bus Deo die ac nocte, quos læsistis." Adquievit autem A.D. 1217
. sed vix Falcasius, juxta illud apostoli, "Salvabitur vir
. infidelis per mulierem fidelem."[1] Postea vero, ut uxorem
. suam non offenderet, venit ad Sanctum Albanum, die
. scilicet sequenti, et humiliter intravit capitulum; et
. spoliatus[2] tenens virgam, disciplinam accepit a quolibet
. fratre.[3] Et sic petens optinuit absolutionem, osculans
. unumquemque monachum, quasi sic omnibus satisfe-
. cisset; nihil[4] tamen de ablatis restituens, vel de injuria
. satisfaciens Christi pauperibus. Steterunt autem fideles
. Christi ad ostium capituli, sperantes in aliquo restau-
. rare. Quos visos sprevit et pertransiit expectantes, ne-
. sciens illius propheticæ comminationis ultionem, quam
. reservavit ei, conquerente beato Albano, Dominus ulti-
. onum, dicens per prophetam, "Væ qui prædaris, quia
. prædaberis!"[5] quod in fine didicit experimento, sicut
. sequens historia luculenter declarabit.[6]

De treugis statutis inter regem et Lodowicum.

Rog.Wend. iv. 11. Circa eosdem dies nuncii Lodowici, qui pro eo steterunt in curia Romana, eidem L[odowico] significaverunt, quod, nisi exiret ab Anglia, sententia excommunicationis, quam Walo legatus in eum tulerat, in die Cœnæ confirmaretur a papa. Hac itaque de causa statutæ sunt treugæ inter ipsum L[odowicum] et regem, usque ad mensem de Pascha, scilicet, ut omnia remaneant in eo statu, quo fuerunt in die qua juratæ fuerunt treugæ, in castellis[7] et rebus aliis, usque ad terminum constitutum. Transfretavit igitur Lodowicus tempore Quadragesimali, eo pacto, quod nunquam deinceps gratiam baronum habuit ut prius.

Truce made between Louis and Henry.

4 May.

fol. 101 *b*.

Rog.Wend. iv. 12.

Louis leaves England.

---

[1] Cor. vii. 14.
[2] *spoliatus*] exspoliatus, B. C.
[3] *a quolibet fratre*] Added on to the text.
[4] *nihil*] nichil, MS. *passim*.
[5] Is. xxxiii. 1.
[6] See under the year 1226.
[7] *castellis*] castallis, MS.

A.D. 1217. The barons resume their allegiance to the king.

Nam continuo ad fidelitatem regis avolarunt[1] comes Willelmus Saresbiriensis,[2] comes W[illelmus] de Harundel, comes W[illelmus] Waranniæ, et alii multi, dicto regi deinceps fideliter adhærentes. Sed et magnus Marescallus Willelmum, filium suum primogenitum, ad regis fidelitatem revocans, partem Lodouuici non mediocriter mutilavit.

De obsidione castri de Muntsorel.

Siege of the castle of Muntsorel.

Per idem tempus post Pascha, procurante Willelmo Marescallo, convenerunt ad obsidendum castrum de Muntsorel Ranulphus, comes Cestriæ, Willelmus, comes Albemarliæ, Willelmus, comes de Ferariis, Robertus de Veteri-ponte, Briennus de Insula, Willelmus de Cantelupo, Philippus Marc, Robertus de Gaugi, Falcasius cum castellanis suis, et alii multi ex præsidiis castrorum, [qui][3] castrum de Muntsorel obsiderunt et acriter invaserunt. Erat autem summus in castello Henricus de Braibroc, et decem milites cum eo strenuissimi, cum servientibus quamplurimis. Qui, supervenientibus hostibus licet infinitis, assilientibus viriliter resistentes, lapides pro lapidibus, tela pro telis infatigabiliter remiserunt. Inclusi quoque per dies multos castrum bene defendissent, nisi, ne forte longa obsidione deficere cogerentur, misissent ad Særum, comitem Wintoniensem, qui tunc Londoniis erat, obsecrantes ut celeriter obsessis subveniret. Tunc comes S[aerus], cujus illud erat castrum, ad Lodowicum, qui nuper de partibus venerat transmarinis et in urbe fuerat Londoniarum, accedens, postulavit eum cum amicis obnixius,[4] ut subsidium mitteret militare, quo obsidio solveretur. Tunc, habito tractatu, communiter ad invicem decreverunt,

Rog. Wend. iv. 14.

The besieged send to Saer, earl of Winchester, for aid.

Rog. Wend. iv. 15.

[1] *avolarunt*] Added on to the text.

[2] *Saresbiriensis*] Sareb$\overline{\text{z}}$, MS.

[3] *qui*] Supplied from W. B. C.

[4] *obnixius*] obnoxius, MS. and B. C. Corr. from W. I.

ut robustissima militia illuc mitteretur, quæ et obsidionem solveret, et totam Lodowico patriam[1] subjugaret. A.D. 1217.

Nota exitum ab urbe Londoniarum copiosissimæ militiæ.

Rog. Wend. iv. 15.

A large force marches from London, under the count of Perche.

Exierunt itaque ab urbe Londoniarum milites secenti, et cum eisdem plusquam viginti milia armatorum, qui omnes in aliena aspirabant; habentes capitaneos comitem Perticensem, hominem immisericordem et superbissimum, Marescallum Franciæ,[2] comitem Wintoniæ S[aerum], Robertum filium-Walteri, cum aliis multis, quos ad expeditionem hanc idoneos censuerunt. Moventes igitur castra pridie kalendas Maii, die Lunæ proxima ante Ascensionem, profecti sunt ad Sanctum Albanum, quæquæ sibi obvia deprædantes. Ruptarii vero et prædones nequissimi de regno Franciæ villas in girum perlustrantes, incolis in ecclesiis vel cimiteriis non parcebant, quin omne genus hominum caperent, spoliarent, et excogitato corporum cruciatu ad gravissimam compellerent redemptionem. Abbatia quoque Beati Albani, quæ paulo ante improbitati Falcasii satisfecerat, multis datis muneribus et precibus per intercessores multiplicatis, exterminium vix evasit; sed ipsam vacuam omni genere cibariorum et poculorum dimiserunt, quam redundantem invenerunt. Comes Perticensis in curia Sancti Albani inconvenientia perpetravit, apud Lincolniam proinde puniendus.[3]

30 April.

They ravage the neighbourhood of St. Alban's.

---

[1] *patriam*] provinciam, W. B. C.

[2] *Mareschallum Franciæ*] Walter de Nemause. Rec. des Hist. de Fr., xvii. 335.

[3] *Comes . . . puniendus*] Added in marg.

A.D. 1217. *De solutione obsidionis castri de Muntsorel, et obsidione castri Lincolniæ.*

The army of Louis advances northwards. Ralph, earl of Chester, retires to Nottingham. The siege of Mountsorel raised. The barons march to Lincoln, and assault the castle.

Exercitus igitur Lodouuici ac baronum Angliæ, qui cum eo erant, apud Dunstapliam veniens, ibidem pernoctavit. Mane autem versus aquilonem iter dirigit et vexilla; sed comes Cestrensis Ranulphus et qui cum eo obsidionem continuabant, præmuniti, expeditione dimissa, ad castrum sese de Notingham conferentes, decreverunt communiter, ut hostium supervenientium ibidem explorarent adventum, moram et progressum. Barones itaque,[1] cum per immunitam[2] patriam iter confecissent prædis et rapinis intendentes, ad castrum de Muntsorel pervenissent, et obsidionem dissolvissent, communi omnium consilio decretum est, ut versus Lincolniam properarent, ubi Gilebertus de Gant, cum aliis baronibus prædictis, diutinam circa castrum obsidionem egerant, sed inanem. Transeuntes igitur barones per vallum Bealveriæ, omnia sibi obvia deprædabantur. Denique Lincolniam pervenientes, insultus in castrum fecerunt acerrimos, nec profecerunt. Rog. Wend. iv. 17. Rog. Wend. iv. 18.

Quomodo rex Angliæ exercitum congregavit, ut dissolveret obsidionem castri Lincolniæ.

The castellans on the king's side are summoned to Newark. 15 May.

Cum autem ibidem hæc agerentur, Willelmus Marescallus, regis et regni custos, de consilio Walonis legati, Petri, Wintoniensis episcopi, et aliorum, quorum consilio regni gerebantur negotia, fecit convocari omnes castellanos ad regem spectantes, præcipiens ut feria secunda in ebdomada Pentecostes apud Neuwerc ad edictum regis convenirent, ut et pariter cum ipsis obsidionem castri Lincolniæ potenter dissolverent. At illi, quibus ardens desiderium erat bellum cum excommuni- Rog. Wend. iv. 18.

[1] *que*] Interlined. | [2] *immunitam*] On an erasure.

catis conserere Francigenis, et pro patria dimicare, A.D. 1217.
venerunt gaudenter ad diem præfixum et locum. Cum
quibus utique et ipse legatus, cum aliis regni prælatis,
cum equis et viris bellicosis apparuit, ut regi inobedi-
entes et domino papæ rebelles precibus insequerentur
et armis, et sententia excommunicationis coercerent.[1]
Cumque omnes in unum forent congregati, recensiti sunt Amount of the forces, and names of the chiefs.
milites cccc^ti., balistarii vero ferme cc^ti. l. ; servientes
quoque equites,[2] qui vices poterant equitum [3] adimplere,
innumerabiles. Principes autem exercitus fuerunt Wil-
lelmus Marescallus, et Willelmus, filius ejus, Petrus,
Rog. Wend. iv. 19. episcopus Wintoniensis, Ranulphus, comes Cestrensis,
Willelmus, comes de Ferrariis, Willelmus, comes Sares-
biriensis, Willelmus, comes Albamarliæ. Affuerunt et
barones, Willelmus scilicet de Albeni, Johannes Ma-
rescallus, Willelmus de Cantelupo, et Willelmus, filius
ejus, Thomas Basset, Robertus de Veteri-ponte, Briennus
de Insula, Gaufridus de Lucy, Philippus de Albeni,
Falcasius cum suis castellanis, in opere martio peritis
et expertis. Hii autem omnes apud Neuwerc tridu-
anam moram facientes, ad respirationem hominum et
equorum, confessionibus hortatu prælatorum vacabant
et orationibus ; corporis quoque et sanguinis Christi per-
ceptione sese contra hostilium incursionum pericula
muniebant, ut essent promptiores, expeditiores et au-
daciores pro insonte rege et natali patria mori vel
triumphare.

fol. 102 *a*.

Legatus ad certamen omnes animabat.

Rog. Wend. iv. 19. Legatus autem omnes ad certamen ut efficacius ani- March of the king's army towards Lincoln.
maret, ipsum L[odowicum] nominatim excommunicavit,
et postea omnes ejus complices et fautores, præcipue
eos, qui contra regem apud Lincolniam fuerant con-

[1] *coercerent*] cohercerent, MS., and added in marg. with three previous words.

[2] *equites*] At first written *et equites*, as in W. B. C., but *et* afterwards expuncted, and partially erased.

[3] *equitum*] Added on to the text.

A.D. 1217. gregati; omnesque qui regi adhæserunt, vice domini papæ absolvit a peccatis eorum, et benedixit illis. Venientes itaque ad villam de Stouue, quæ octo miliariis distat a Lincolnia, ibidem intrepidi pernoctarunt. Mane autem [facto],[1] bellis septem eleganter secundum militarem disciplinam ordinatis, densis agminibus processerunt in hostes, nihil adeo metuentes, quam fugam eorum ante adventum suum. Balistarii quoque eorum[2] exercitum semper præibant, uno fere miliario; sarcinæ vero bigarum et summariorum, cum victualibus et rebus necessariis, exercitum tantumdem sequebantur a tergo; vexillis tamen et scutis undique emicantibus, quæ compatriotis hæc videntibus non minimum terrorem incusserunt. Rog. Wend. iv. 20.

Quomodo barones ab urbe Lincolniæ exeuntes, regis exercitum æstimarunt.

The nobles at Lincoln go out to reconnoitre the royal forces.

Barones vero et Francigenæ in civitate existentes, tantam ex eorum multitudine conceperant fiduciam et securitatem, ut de superadventu regalium sannas rederent et cachinnos; non cessantes castrum spiculis impetere et petrariis flagellare. Sane Robertus filius-Walteri et S[aerus], comes Wintoniæ, cum audissent hostes civitati appropinquare, exierunt ab urbe, ut progressum eorum inspicerent et numerum æstimarent. Qui, cum ordinem eorum disciplinatum et numerum contemplati fuissent diligenter, redierunt dicentes, "Composite procedunt isti contra nos, sed multo plures sumus quam illi; unde consilium nostrum est,[3] ut exeamus obviam eis usque ad ascensum montis, quia, si ita fecerimus, capiemus omnes sicut alaudas." Quibus comes Perticensis et Franciæ Marescallus superbientes, et eorum consiliis obsecundare dedignantes, Rog. Wend. iv. 20.

An attack is advised, but the French resolve to fight within the city.

Rog. Wend. iv. 21.

[1] *facto*] Supplied from W. B. C.

[2] *eorum*] Repeated after *exercitum*, superfluously.

[3] *est*] Interlined.

consilium dederunt, ut portæ civitatis bene custodirentur, hostesque viriliter ab ingressu arcerentur, donec castrum, cujus captio imminebat,[1] occuparetur. Placuit aliquibus non omnibus consilium memoratum. Obseratis itaque portis et custodibus adhibitis, omnes se ad defensionem præparabant. A.D. 1217.

De prœlio apud Lincolniam commisso, et de morte comitis Perticensis.

Rog. Wend. iv. 21. Exercitus autem regis a parte castelli urbi appropinquans,[2] cum [a][3] castellanis cognitus[4] fuisset, miserunt clam nuncium per posticum, quod erat a tergo castelli, ad majores exercitus, qui eis omnia quæ fiebant interius nunciavit. Dixit etiam, quod, si vellent, potuerunt ingressum habere per posterulam, quæ propter adventum eorum fuerat jam aperta. At illi per eam noluerunt omnes intrare, sed miserunt Falcasium cum agmine suo toto, cui præerat, et cum balistariis omnibus, qui portam civitatis saltem unam exercitui patefacerent. Deinde omnis multitudo ad portam se aquilonarem conferens, illam confringere vacavit. Nec propter [hæc][5] barones cessabant de petrariis ad castellum lapides emittere ponderosos. Sed Falcasius interim castrum cum agmine, cui præerat, ac balistariis omnibus ingressus, statuit eos super muros domorum et in propugnaculis castri, qui ilico tela mortifera in dextrarios baronum dirigentes, equos cum assessoribus suis prostraverunt. Videns autem Falcasius ex nobilioribus adversariorum suorum plurimos in terram prostratos, prorupit de castro cum suis audacter in medium hostium; sed ab irruentibus in eum legionibus captus est et abductus, donec per probitatem balistariorum ac

Rog. Wend. iv. 22.

Faukes with his troops gains admission into the castle.

[1] *imminebat*] iminebat, MS.

[2] *appropinquans*] The last syllable is on an erasure, and *cum* is interlined. This correction is also repeated in the margin.

[3] *a*] Supplied from W. B. C.

[4] *cognitus*] congnitus, MS.

[5] *hæc*] Supplied from W. I.

A.D. 1217. militum suorum liberaretur. Interea moles totius exercitus regis, januis civitatis licet cum difficultate confractis, civitatem ingrediens, audacter prorupit in hostes. Videres igitur ex ictibus gladiorum igneas prosilire scintillas,[1] et ad modum tonitrui vel terræmotus totam terram reboare ex congressu confligentium. Sed tandem per regales, quorum probitate equi, in quibus sedebant barones, telis confossi sunt et ad instar porcorum jugulati, enervati, eviscerati, pars baronum jam penitus fuit infirmata. Irruit interea pars regalium in comitem Perticensem, circumdans eum, et versum est in ipsum pondus belli. Sed demum, cum impetum irruentium in eum sustinere non potuit, hortabantur ut se redderet, ut vivus evadere posset. At ille cum juramento horribili affirmavit, quod se Anglico alicui nequaquam redderet. Cujus superbiam[2] quidam Anglicus, quem non expedit nominare, per ocularium galeæ caput ejus perforando, cerebrum effudit, et merito, quia per cerebrum Dei crebro pejeravit; et corruens nec Deum invocavit, nec etiam verbum unum edidit, ut creditur, per superbiam. Videntes igitur Galligenæ, quod major pars eorum jam cecidisset, inierunt fugam tam pedites quam equites. Quid plura? Capti sunt ex baronibus capitaneis, Saerus, comes Wintoniæ, Henricus de Boun, comes Herefordiæ, comes Gilebertus de Gant, quem nuper Lodouuicus comitem fecerat Lincolniæ. Capti sunt etiam barones, Robertus filius-Walteri, Ricardus de Muntfichet, Willelmus de Munbrai, Willelmus de Bello-campo, Willelmus Maudut, Oliverus de Harecurt, Rogerus de Cressi, Willelmus de Colevilla, Willelmus de Ros, Robertus de Roppele, Radulphus Cheinduit, et alii multi, quos longum esset dinumerare, nedum eorum nomina scribere. Capti sunt etiam milites cccc^{ti}.,[3] præter servientes, equites et pe-

The king's troops force an entrance into the city.

Rog. Wend. iv. 23.

¶ *Interimitur comes Perticensis propter superbiam suam.*

The French take flight.

Names of the barons captured.

Rog. Wend. iv. 24.

[1] *scintillas*] cintillas, MS.

[2] *superbiam*] Some words seem wanting to complete the sense, such as *haud ferens*. In B. C. we read, "Et hiis auditis, irruit quidam de regalibus," etc.

[3] *cccc^{ti}*] ccc^{ti} W., but B. C. I. agree with the text.

dites, qui sub numero determinato non cadebant. A.D. 1217.
Comes Perticensis in pomerio hospitalis extra villam
. sepultus est, et duo alii interfecti ex militibus ejus
. carissimis[1] sunt ibidem ignobiliter tumulati.[2]

De spoliis civitatis et rapinis.

Rog. Wend. iv. 24. Hiis ita gestis, invenerunt regales in plateis civitatis bigas baronum et Francorum, cum summariis et sarcinis, vasis argenteis et varia supellectili,[3] quæ omnia, · concedentibus Willelmo Marescallo et legato, in usus · cesserunt occupantium. Sed et legatus, oblitus miseri- · cordiæ ac justitiæ, præcepit regalibus ad hoc pronis, . ut cives et etiam canonicos et omnes civitatis presbi- fol. 102 *b*. · teros caperent, et tanquam regis proditores et domino · papæ rebelles et proditorum receptatores, præsentarent[4] · eis, in profectum regii exercitus, quantumcunque pos- · sent quoque pecuniam extorquerent; cum tamen in- · sontes essent, et subito,[5] in dampnum suum magnum, R. Wend. iv. 25. · præoccupati[6] violenter. Facta est autem ista belli con- gressio x°iiii°. kalendas Junii, die sabbati,[7] in ebdo- · mada Pentecostes. Fuerunt autem in civitate matronæ · venerabiles, quæ, ne ludibrio[8] traderentur, in fragilibus · cimbis et parvis se suosque liberos posuerunt, ut per · aquam elaberentur. Quarum quædam pars defecit in · via, pars autem est[9] submersa. Qui autem et quæ · remanserant, omnibus calamitatibus exponebantur.

Spoils found in the city, and cruel treatment of the inhabitants.

Date of the battle. 19 May.

Many women are drowned, with their children.

Relinquitur Muntsorel.

Rog. Wend. iv. 26. Mane autem facto, venerunt nuncii ad regem, qui dixerunt, milites de Muntsorel castrum reliquisse et

Mountsorel is deserted

[1] *carissimis*] km'is, MS.
[2] *ex . . . . tumulati*] Added in marg.
[3] *supellectili*] suppelectili, MS.
[4] *præsentarent*] On an erasure.
[5] *subito*] On an erasure.
[6] *præoccupati*] preocupati, MS.
[7] *sabbati*] sabati, MS.
[8] *ludibrio*] ludubrio, MS.
[9] *est*] Interlined.

A.D. 1217. by the garrison, and razed to the ground.

aufugisse. Unde rex vicecomiti de Nothingham[1] dedit in mandatis, ut personaliter accedens ad castrum, illud subverteret ac penitus complanaret. At incolæ, tanquam nidum diaboli, speluncam latronum et prædonum, illud libenti animo citius compleverunt præceptum, castrumque[2] solo tenus diruerunt.[3]

De fuga baronum et Francorum a Lincolnia.

Flight of the barons and the French troops.

Triumphantibus igitur regalibus, ut dictum est, et ad votum omnibus subactis eisdem, omnes tam equites quam pedites, maxime pro morte comitis Perticensis exterriti Lodowicales,[4] versus urbem Londoniarum raptim fugam inierunt. Quorum primus erat Franciæ Marescallus, cum castellano de Atrabato et Galligenis universis, et alii multi vitæ suæ caventes. Verumtamen multi ex alienigenis ignari viarum, nescientes idioma Anglicum ut interrogantes edocerentur, fatigati defecerunt in via; et, cognita[5] veritate, a rusticis sunt interfecti, antra vel marleras habentes pro sepulchris. Milites vero circiter ducenti, quorum quidam saucii, quidam confracti, quidam fame et labore exhausti, quidam armis, vestibus, et lectisterniis spoliati, quidam equis, qui pro immoderato labore festinoque[6] per viam defecerant, privati, et qui equos habebant, lateribus cruentatis et dilaceratis, miserabile spectaculum intuentibus præbuerunt; et[7] coram suo [domino][8] Lodouuico Londoniis apparuerunt lugubres, et singultibus sermonem prorumpentibus rei seriem eidem retulerunt. At ipse dolens respondit, dicens, "Nullus vestrum pro me fideliter dimicavit, nisi solus comes Perticensis. Si omnes ut ipse stetissent, gloriose triumphassem. Et erat hoc

Rog. Wend. iv. 26.

Louis reproaches the knights who survived.

---

[1] *Nothingham*] Partly on an erasure.
[2] *que*] Interlined.
[3] *dirucrunt*] dirruerunt, MS.
[4] *Lodowicales*] Added in marg.
[5] *cognita*] congnita, MS.
[6] *que*] Interlined.
[7] *et*] Interlined.
[8] *domino*] Supplied from conjecture.

verbum tam Anglis quam Francis scandali et offensionis manifestæ.[1] A.D. 1217.

De morte Innocentii papæ.

Eodem anno papa Innocentius, qui vere stupor mundi[2] erat et immutator seculi, qui prius quasi immutabiliter stetit cum baronibus, et postquam regem Angliæ subpeditavit et regnum sibi subegerat, et regem Francorum, quem contra ipsum exacuerat, et barones, quos erexerat, deseruit, viam universæ carnis est ingressus,[3] judicium summi judicis, ut creditur, terribile nimis subiturus.[4] Death of pope Innocent III.

Ut Lodouuicus ad patrem suum pro subsidio militari miserit.

Rog. Wend. iv. 27.

Eodem tempore Lodouuicus de infortunio, quod sibi et suis apud Lincolniam acciderat, mœstissimus, et prolapsus in desperationem, ne propositum suum perduceret ad effectum, nuncios suos misit ad patrem suum et uxorem suam Blanchiam, proponens ei[5] dampna irrecuperabilia, quæ sibi et suis apud Lincolniam contigerant, quæ magis a Deo quam hominibus doluit irrogata. Significavitque ei, quod gratia divina erat cum rege, puero innocente, unde quasi stillatim ad ipsum baronum jam pars non minima confugit; unde in tantum convaluit, quod in manu armata omnes provincias circa urbem Londoniarum perlustrans, exitum dictæ civitatis liberum jam præclusit. — "Unde nobis jam Louis sends to his father and wife for aid.

---

[1] *Et erat . . . manifestæ*] Added in marg.

[2] *stupor mundi*] This epithet is borrowed from the "Nova Poetica" of Geoffrey de Vinsauf. See Leyser, "Hist Poet. Med. Ævi," p. 855.

[3] According to Wendover, he died 16 July.

[4] *subiturus*] Added to the text, and immediately below there is an erasure of several lines.

[5] *ei*] eis, W. I. *sec. m.*, and Edd.

A.D. 1217. desunt victualia, nec habemus unde emamus, et aversa sunt a nobis corda baronum, qui remanserunt, propter superbiam aliquorum de nostris. Quocirca vobis significo, quod nec habeo facultatem resistendi, nec ab Anglia recedendi, nisi mihi potenter provideatis in subsidio militari."

Providetur subsidium militare Lodowico.

The king of France commits to his son's wife the charge of furnishing aid to him.

Cumque ad patrem de filio, et ad uxorem de marito talia pervenissent, doluerunt valde, ipsum in tali fuisse articulo constitutum. Rex autem tristis respondit nunciis, "Quid sibi vult istud? Vivitne W[illelmus] magnus Angliæ Marescallus?" Et est[1] responsum, "Immo." Et rex, "Non igitur timendum est[1] de filio meo." Unde idem W[illelmus] notam proditionis contraxit indelebilem. Et quoniam rex timuit filio excommunicato opem ferre manifestam, qui multotiens fuerat super hoc a papa redargutus, nec potuit pater filio deesse, summam hujus negotii imposuit uxori L[odowici]. Quæ non segniter rem sibi impositam exequens, milites ccc^tos^ strenuos in subsidium viri sui cum multa armatorum manu transmisit. Sed hæc omnia regem Anglorum latere non poterant, qui jam, viribus resumptis, cum ingenti exercitu australia maris litora occupaverat, et urbem Londoniarum decreverat in proximo obsidione vallare. Assignavit ergo rex, de consilio Marescalli, Philippum de Albineto et Johannem Marescallum, simul cum v. portubus et aliis armatis multis, qui semitas maris sollerter speculantes, Francorum explorarent et adventum præpedirent.

Rog. Wend. iv. 27.

Rog. Wend. iv. 28.

Increase of power on Henry's side.

He assigns a force to guard the coasts.

[1] *est*] Interlined, twice.

De superadventu Francorum per mare. A.D. 1217.

Rog. Wend. iv. 28. Die igitur sancti Bartholomæi, classis Francorum Eustachio Monacho, viro flagitiosissimo, commissa est, ut eam sub salvo conductu ad urbem Londoniarum conduceret, et Lodowico præsentaret. Ingressi autem mare milites supradicti, habuerunt a tergo flatum turgidum, qui eos versus Angliam vehementer urgebat et impulit, sed insidias paratas sibi penitus ignorabant. Habuerunt autem naves magnas quater xx., et plures de minoribus cum galeis; Angli autem vix quadraginta naves habebant, sed bene communitas.

24 Aug. The French fleet is placed under the guidance of Eustace "the Monk."

De strenuitate, audacia et fidelitate Huberti de Burgo.

Cum autem Hubertus de Burgo, qui in castro Doveræ fuerat summus custos, ab alto speculans falesiæ supercilio, de adventu [1] tam formidabili certificaretur, per fol. 103 *a*. fidelesque exploratores de approximatione eorum plenius edoceretur, dixit episcopo Wintoniensi et Marescallo, et aliis, qui ibidem congregabantur, magnatibus, "Quid agendum? Si hæc gens superveniens indempnis Angliam ingrediatur, omnibus nobis exheredatis, regnum amittetur et rex confundetur. Summopere igitur occurrendum est eis in mari, et portus præcludendus. Flos enim militiæ Franciæ et robur nobis supervenit, ut pro domino suo, qui in arcto constituitur, stet vel moriatur. Si autem portum attingant, durum erit nobis et anceps illis resistere, sed in mari sunt tanquam insoliti, timidi et imbelles. Nec timeamus robur eorum aut numerum, quia nobiscum est Deus, et illi excom-

Brave conduct of Hubert de Burgh.

[1] *speculans . . . adventu*] At first written *speculans de adventu*, but the letters *ns de ad* erased, and replaced by the correction printed above, which is noted with a plummet in the margin, and copied in E.

A.D. 1217. municantur. Qui nos cœpit juvare Deus, non derelinquet. Accingimini igitur, et sequimini me præcedentem omnes regis et regni fideles!" Cui Marescallus, "Non sum miles maris, sed terræ." Similiter comites et barones et episcopus Wintoniensis dicebant, cum aliis, quoniam non piscatores, non[1] piratæ erant, "nunquam procellas aut bellum navale experiemur." Hubertus igitur dolens de formidolorum responsis, divertit parum a loco, et in secreto advocavit Lucam, capellanum et confessorem suum; et confessus plene, acceptis disciplinis usque ad cruentationem et livorem, sese salutari viatico præmunivit. Et postea induens audaciam leoninam, fecit advocari majores de castro, quibus illud custodiendum commiserat, et ait illis, "Obtestor per sanguinem Jhesu Christi, ut si forte capiar, permittatis me suspendi et omni genere mortis affici, antequam, etiam me acclamante, 'Miserere, miserere mei!' castrum hoc alicui Franco reddatis. Clavis enim Angliæ est et repagulum." Ipsi autem flentes, fide interposita ac præstito juramento, hoc ipsi sed vix tamen concesserunt.

¶ *Nota dictum commendabile.*

Nota bellum navale cruentissimum.

Hubert embarks, and sets sail to encounter the enemy.

Acceptis igitur præelectis secum militibus, videlicet: Henrico de Trublevilla et Ricardo Suard, cum quibusdam aliis paucis, quorum animos novit et constantiam, in optimam navem[2] intrans, ait super litus expectantibus magnatibus, "Si hostes de nobis super mare triumphaverint, excipite eos in ore gladii super aridam applicantes cito, dum fatigantur et antequam armati equos stratos ascendant, ut nec unus eorum evadat.[3] Vos autem nostrum, scilicet fratrum vestrorum, sanguinem de

[1] *non*] nec, E.

[2] *navem*] Repeated by error, but underscored for omission.

[3] *evadat*] The last syllable has been added, and was originally written on the next line, but afterwards erased.

. manibus eorum requirite, non segniter vindicando.[1] Erant A.D. 1217.
. autem nutui ejus omnes naves attendentes et vexillo.
. Episcopi vero absolvebant et benedicebant ascendentes
. naves et recedendo velificantes. Perrexerunt igitur
. audacter, obliquando dracenam, quæ vulgariter dicitur
. Loof, ac si vellent adire Calesiam. Quod cum vidisset
. Eustachius Monachus, dux Francorum, ait, "Scio quid
. hii miseri cogitant; proponunt deprædari Calesiam tan-
. quam latrunculi, sed frustra, etsi essent in decuplo
. plures; bene enim præmuniuntur." Et ecce Angli ma- Engagement at sea between Hubert and the French.
. ris periti subito, cum se scivissent ventum exhausisse,
. versa dracena ex transverso, vento sibi jam secundo,
. insecuti sunt hostes alacriter; et cum attigissent pup-
. pes adversariorum, injectis uncis et anchoris, attraxe-
. runt eas ad se violenter. Hubertus vero de Burg, cum
. sociis suis armatis ad unguem, unam maximam navem,
. in qua multa vidit vexilla, et per hoc perpendit eam
. esse nobilibus refertam, specialiter insequebatur, attigit,
. et attractam agili saltu intravit. Et qui[2] cum ipso
. erant securibus præacutis ilico præsciderunt rudentes et
. antennas, velum et malum sustinentes, et cecidit velum
. expansum super Francos, ad instar retis super aviculas
. irretitas; et nobilioribus parcendo incarcerandis, in
. frusta ceteros detruncarunt. Philippus quoque de
Rog. Wend. iv. 29. Albineto et balistarii atque sagittarii in Francos tela mortifera dirigentes, nimiam ex obstantibus stragem fecerunt. Habuerunt præterea Angli galeas ferro rostratas, quibus naves adversantium perforantes, multos in momento submerserunt. Calcem quoque vivam in pulverem subtilem redactam in altum projicientes,[3] vento illam agitante, oculos Francorum excæcarunt. Fit inter partes conflictus gravissimus, sed tandem pars Francorum, quorum usus non fuerat prœlium navale The English gain the victory.

[1] *Vos . . . vindicando*] Added in marg., with a red cross prefixed, as a reference to the text, in which also a red cross is inserted.

[2] *qui*] Added in marg.

[3] *projicientes*] proicientes, MS.

A.D. 1217. conserere, in brevi erat penitus infirmata. Nam ab Anglis bellatoribus, et in marino prœlio eruditis, telis confodiebantur et sagittis, lanceis perforabantur, cultellis jugulabantur, gladiis trucidabantur, navibus perforatis mergebantur, calce cæcabantur. Spes auxilii et succursus penitus evacuabatur, fuga non patebat. Unde multi, ne caperentur cruciandi [1] ab hostibus vivi, sese sponte in maris fluctibus projecerunt, eligentes potius mori quam arbitrio et voluntate tractari adversariorum, prout dicit Seneca, "Hostium arbitrio mori, est bis mori." [2] Angli igitur ad votum triumphantes, naves hostium funibus colligatas post se ad terram trahebant, atque cum lætissima victoria versus Doveram æquora sulcantes, Deum in suis operibus collaudabant. Videntes igitur magnates ibidem expectantes et castellani inopinatam Dei virtutem, et victoriam manifeste miraculosam, Deum glorificantes exierunt obviam Anglis, et Gallos arctioribus vinculis constrictos carceribus intruserunt. Inter ceteros autem, de sentina cujusdam navis extractus est diu quæsitus et multum desideratus Eustachius Monachus, proditor regis Angliæ et pirata nequissimus. Erat autem ille Flandrensis [3] natione, et aliquando habitum religionis portavit, sed pro hereditate consequenda, fratribus suis sine liberis præmortuis, relicto habitu et ordine suo, apostataverat; et extunc existens pirata et piratarum magister, multis dampnosus [4] et cruentus prædis indulsit et rapinis. Sed tandem prædo præda factus, fructus collegit viarum suarum. Quia prodigialiter diffiguratus de imo extractus et agnitus, adductus est coram Anglorum magnatibus; optulit pro vita sua et membris inæsti-

Capture and death of Eustace 'the Monk.'

fol. 103 *b*.

[1] *caperentur cruicandi*] Partly on an erasure.

[2] *prout . . . bis mori*] Added in marg. Seneca is also referred to in B. C. thus, "Arbitrio inimici mori, est bis mori," and the quotation repeated at fol. 144 *b*, but the passage does not occur in Seneca's works.

[3] *Flandrensis*] Interlined.

[4] *dampnosus*] dapnosus, MS.

mabilem pecuniæ quantitatem, et quod exinde sub rege Anglorum fideliter militaret. Quem quidam[1] ex Anglis truculenter arripiens, ait, "Nunquam de cetero aliquem amplius decipies;" et, educto gladio, caput suum amputavit. Cum autem Hubertus, victor miraculosus, ad litus lætus pervenisset, perrexerunt ei obviam et suis convictoribus omnes episcopi, qui ibidem extiterant, sacris induti vestibus, cum crucibus et vexillis, cantantes sollempniter et Deum collaudantes. Magnates[2] etiam super litus expectantes, ut in[3] hostes, si applicuissent, irruerent, videntes rem consummatam, victoribus applaudebant. Spolia itaque navium in auro, argento, pannis sericis, armis et equis, cum prisonibus, in usus merito cesserunt triumphantium. Hujus autem rei eventus cum ad Lodouuici notitiam perveniret, multo præcordialius doluit, quam de infortunio sibi apud Lincolniam irrogato. Erant enim ibidem capti de nobilioribus Franciæ, Robertus scilicet de Curtenai, et alii multi, quorum nomina longum esset dinumerare.

A.D. 1217.

Rog.Wend. iv. 30.

The victors are received with joy by the bishops and nobles.

Grief of Louis.

De pace et concordia facta inter regem et Lodowicum.

Rog.Wend. iv. 30.

Marescallus igitur, regis et regni rector, congregavit exercitum grandem militum et clientum, atque in fortitudine gravi ad urbem Londoniarum se conferens, obsedit eam per girum, id est, per terram simul et per aquam; omneque inclusis victualium genus subtrahens, ad deditionem eos compellere satagebat. At Lodowicus

The earl Marshal besieges London.

Louis proposes to

[1] *quidam*] According to Wendover (followed by B. C.) it was Richard, the natural son of king John.

[2] *Magnates*] In the margin is added the following note: "Erant namque ibidem, Petrus Wintoniensis, Ricardus Saresbiriensis, Jocelinus Bathoniensis, Hugo Cicestrensis, episcopi; magnus Marescallus, comes Herefordiæ, comes Waranniæ, comes Albemarliæ, magnates; legatus circuiens provinciam in adjutorium." In E. this note is incorporated in the text.

[3] *in*] Interlined.

A.D. 1217. treat for peace. jam in arcto positus, significavit[1] humiliter et secrete legato simul ac Marescallo, quod voluit consiliis eorum in omnibus obedire, ita tamen quod, salvo honore suo et sine suorum scandalo, pacem congruam providerent. At illi, a quorum nutu totum negotium dependebat, misericordia ducti sunt, et Lodouuici liberationem cœperunt desiderare et providere, pro gratiosa corona Franciæ, quam etiam læsi et irati non possunt odisse. Quandam igitur pacis formam in scripto redactam ei remiserunt, cui si consentire vellet, ipsi providerent et ad hoc sese obligarent, quod liberum sibi ac suis omnibus imprisiis ab Anglia facerent habere recessum ac conductum,—cum multi tamen huic misericordiæ essent toto et avido conamine contradictores manifesti,—sin autem, ipsi subversionem ejus omnibus modis procurarent.

Placuit forma pacis Lodowico et suis.

Hanc igitur pacis formam cum Lodowicus et ejus consiliarii conspexissent, placuit eis valde ab Anglia recedere. Mandavit igitur legato et Marescallo, ut diem certum providerent et locum, ubi prætaxata possent effectui mancipari. Partibus tandem in hoc consentientibus, convenerunt ad colloquium prope villam de Stanes, juxta flumen Tamisiæ,[2] ad pacem reformandam, rex Henricus, cum legato et Marescallo et aliis multis, ex una parte, Lodowicus vero cum aliquot, qui adhuc cum eo steterant, baronibus et aliis imprisiis suis, ex altera. Ubi, divina cooperante gratia, in subscriptam pacis formam communiter consenserunt, iii°. idus Septembris.

Rog. Wend. iv. 30. Rog. Wend. iv. 31.

A meeting takes place near Stanes.

11 Sept.

[1] *significavit*] The last two syllables are added in marg.

[2] *Tamisiæ*] In the margin is added, *vel insula*, and B. *marg.* reads, "in una insula."

Forma pacis inter regem Henricum III. et Lodowicum.[1]

A.D. 1217.

Rog. Wend. iv. 31.

Terms of the peace concluded.

Juravit in primis Lodowicus, et omnes excommunicati et imprisii ejus cum eo, tactis sacrosanctis evangeliis,[2] quod starent judicio sanctæ ecclesiæ, et quod de cetero fideles erunt domino papæ et ecclesiæ Romanæ. Juravit etiam, quod incontinenti recederet cum omnibus suis de regno Angliæ, nunquam in vita sua malo animo reversurus. Juravit insuper, quod pro diligenti posse suo patrem suum P[hilippum] induceret reddere regi H[enrico] III. jura sua ultramarina; et, cum rex foret, ipse restitueret.[3] Juravit insuper, quod omnia castra cum terris omnibus, quas ipse et sui per werram occupaverant in regno Angliæ, regi et suis redderet incontinenti. Rex autem Anglorum H[enricus] III., tactis sacrosanctis evangeliis, juravit cum legato et Marescallo, quod redderent baronibus Angliæ et omnibus aliis de regno omnia jura et hereditates suas, cum omnibus libertatibus ante petitis, pro quibus discordia fuit exorta inter Johannem, regem Angliæ, et barones. Prisones autem omnes, qui ante hanc pacem provisam se redimerant, et suæ redemptionis jam factæ pecuniæ partem suis solverant creditoribus, quod solutum est non reddatur eis, sed, si quid superfuerit ad solutionem, debitori penitus relaxetur. Prisones universi, qui capti erant apud Lincolniam, vel nuper in prœlio navali, statim sine omni difficultate, redemptione et censu liberentur.

¶ *Nota juramentum Lodowici.*

Rog. Wend. iv. 32.

---

[1] In Rymer, i. 148.

[2] *evangeliis*] euuangeliis, MS., here and below.

[3] *induceret . . . . restitueret*] On an erasure.

A.D. 1217. *Absolutus Lodouuicus tam a regno Angliæ quam a sententia excommunicationis, liber ab Anglia recedit.*

Louis is absolved by the legate, and returns to London.

Hiis itaque sic gestis, Lodowicus Londonias revertitur, absolutus ab excommunicationis sententia et ab regno Angliæ, servata ecclesiæ forma, datis mutuo osculis. Inde a civibus Londoniarum mutuo acceptis præ paupertate quinque milibus librarum esterlingorum, sub conductu magni Marescalli ad mare cum festinatione perveniens, in Galliam transfretavit.[1] Cum autem in navi sederet cum sibi specialibus optimatibus Francorum, secretius dixit eis, "Quis revelavit Anglicis sacramentum nostrum de eo, quod si triumpharemus in Anglia, omnes Anglicos confunderemus et exheredatos expelleremus?" Et responsum fuit ei, "Vicecomes de Melun moriturus; unde non est admirandum, si omnes postea barones a nobis recesserint. Merito hæc patimur, tantum facinus in cordibus nostris pro bonis eorum factis nequiter reservantes."

Rog. Wend. iv. 32.

He borrows money from the citizens, and goes back to France.

He is told of the dying confession made by the vicomte de Melun.

Qui excepti fuerint ab hac pace.

The clergy who favoured Louis are excepted from the peace.

Ab hoc vero absolutionis et pacis beneficio excepti fuerunt episcopi, abbates, priores, canonici seculares, et clerici cum eis multi, qui Lodowico ac baronibus consilium aut favorem videbantur, licet inviti, præstitisse, ut depauperandi faucibus legati quasi devorandi exponerentur. Maxime autem et specialius magistri Symon de Langetuna et Gervasius de Hobrugge, qui ab omnibus beneficiis spoliati, curiam Romanam adire sunt compulsi, papalem misericordiam, quæ parva fuerat, experturi.

Rog. Wend. iv. 32.

Rog. Wend. iv. 33. fol. 104 *a*.

[1] *transfretavit*] tranfretavit, MS.

Quam graviter clerus punitus sit injuste, qui hinc inde contritus est. A.D. 1217.

R. Wend. iv. 33.

Oppression of the clergy by the legate.

. Legatus itaque post victoriam ad votum optentam, . non mansuetus nec viscera adversus proximum habens . misericordiæ,[1] sed tanquam ignobilis tirannus, avaritia . persuadente, ilico post recessum L[odowici] misit in- . quisitores astutos et perversos per omnes Angliæ provincias, qui quoscunque de consensu etiam levissimo culpabiles invenerunt, cujuscumque essent ordinis vel dignitatis, suspensos miserunt ad legatum, et ab omni beneficio spoliatos. Qui illorum beneficia suis clericis abundanter[2] distribuit, [atque][3] de dampnis aliorum . suos omnes, imponens eis crimen lesæ majestatis et . quærens nodum in scirpo,[4] locupletavit.

Quam graviter episcopus Lincolniensis H[ugo] puniebatur.

Rog. Wend. iv. 33.

Heavy sums exacted from Hugh, bp. of Lincoln, and others.

Hugo quoque, episcopus Lincolniensis, in Angliam . veniens, eo quod credebatur abundare,[5] pro episcopatu . suo recuperando, ad ydropisim domini papæ curandam . mille marcas, et ad sitim legati sedandam[6] centum marcas, de probatissima moneta numeravit. Cujus exemplo edocti multi episcopi et prælati, sumptibus . nimis dampnosis[7] gratiam, quam non gratuitam invenerunt, legati sibi conciliare studuerunt.[8] Clericorum quoque et canonicorum secularium ubique haustu in- . moderato loculos evacuavit, "metens quod non semina- . vit,"[9] ut ex multis spicis cumeram[10] magnam exagge- . raret.

---

[1] *misericordiæ*] Added in marg.

[2] *abundanter*] habundanter, MS.

[3] *atque*] Supplied from W. B. C.

[4] *scirpo*] cirpo, MS.

[5] *abundare*] habundare, MS.

[6] *sedandam*] sedantam, MS.

[7] *dampnosis*] dapnosis, MS.

[8] *studuerunt*] From the beginning of the chapter to this word is marked "*vacat*" in the margin, in red letters.

[9] Luc. xix. 22.

[10] *cumeram*] The equivalent in W. B. C. is *acervum*. In B. *marg.* is added by Matth. Paris, "videlicet, duodecim milia marcarum," and so in C. *marg.*

De obsidione castri de Neuwerc, et de Roberto de Gaugi.

A.D. 1218. Henry keeps Christmas at North-ampton.

Anno gratiæ M°.CC°.XVIII°., qui est annus [regni][1] regis Henrici III. iii^us., idem[2] rex Henricus ad Natale Domini fuit apud Norhamtonam, Falcasio regiæ festivitati omnia necessaria administrante. Erant autem hiis diebus multi in Anglia, quibus tempore belli præteriti dulcissimum fuerat de rapinis vixisse; unde nunc post pacem denunciatam et omnibus concessam, non potuerunt adhuc manus prurientes a præda cohibere. Horum autem fuerunt principales incentores, Willelmus, comes Albemarliæ, Falcasius cum suis castellanis, Robertus de Veteri-ponte, Brihennus de Insula, Hugo de Bailloil, Philippus Marc, et Robertus de Gaugi, cum eorum complicibus, qui castella quorumdam episcoporum ac magnatum cum terris et possessionibus, contra regis prohibitionem et [illorum][3] voluntatem, adhuc detinere præsumpserunt. Inter quos Robertus de Gaugi, post multas regis admonitiones, castellum de Neuwerc, cum villa tota et pertinentiis aliis, quæ ad jus Hugonis, Lincolniensis episcopi, spectabant, ei reddere contradixit. Quapropter magnus Marescallus indignans non mediocriter, versus illum spurium et ignobilem, jubente rege, exercitum grandem congregavit; et cum tandem appropinquassent ad castrum hostiliter, præmiserunt armatos, ut inclusis exitum præcluderent, ne, sicut fieri solet, exeuntes villam ignibus injectis concremarent. Quos cum Robertus ejusque commilitones venire cognovissent,[4] exierunt cum impetu de castello, sed ab irruentibus in eis militibus regis compulsi sunt denuo in castellum redire; ubi Willelmus de Diva, miles de familia Hugonis, Lincolniensis episcopi, dum eis castellum ingredientibus instaret acerbius, interfectus est, et plures utrobique vulnerati. Ex quo facto

Rog.Wend. iv. 34.

Rog.Wend. iv. 35.

Occupation of Newark castle by Rob. de Gaugi.

He is besieged by the royal forces.

Death of William de Diva.

[1] *regni*] Omitted in MS.
[2] *qui . . . idem*] Added in marg.
[3] *illorum*] Supplied from W. B. C.
[4] *cognovissent*] congnovissént, MS.

rex et Marescallus perturbati, jusserunt machinas col- A.D. 1218.
locari in girum castelli, ut muros continua petrariarum verberatione violenter dissiparent. Duravit autem obsidio viii. fere diebus, in quibus amici ipsius Roberti cum episcopo Lincolniensi de pace tractantes, in hoc, Composition made with the bp. of Lincoln for the surrender of the castle.
Rog. Wend. iv. 36. rege annuente,[1] pariter consenserunt, ut episcopus memoratus daret Roberto de Gaugi pro victualibus, quæ erant in castello, centum libras esterlingorum. Et sic,[2] obsidione soluta, unusquisque ad propria remeavit.

De motione facta a peregrinis ab Achon usque ad Damiatam.

Affairs of the crusaders in the East.
Rog. Wend. iv. 36. Eodem anno confirmatum est consilium papæ Innocentii, sicut provisum fuerat in concilio Lateranensi, de introducenda Christi militia in terram Ægipti. Mense enim Maio, præparatis cogonibus, galeis et aliis navibus onerariis, multi profecti sunt de Achon, Johannes scilicet,[3] rex Jerusalem, patriarcha, cum episcopis Nicosiensi,[4] Achonensi, Bethlimitano, duce Austriæ, Magistris Templi et Hospitalis sancti Johannis, et sanctæ Mariæ Theutonicorum, ac Christianorum multitudine copiosa. Borea [itaque][5] provehente, exercitus They sail from Acre to Damietta. Domini prosperis velis die tertia ad portum applicuit Damiatæ, et absque impedimento inter litus maris et
Rog. Wend. iv. 37. ripam Nili fluminis tentoria fixerunt. Itaque post Christianorum adventum apud Damiatam, cito facta est Eclipse of the moon. eclipsis lunæ fere generalis, quam in defectum Sarracenorum interpretati sunt Christiani, et e converso Sarraceni.[6] Erat autem quædam turris nobilis valde ac A strong tower in the Nile is fortis lapidea in medio Nili fluminis,[7] non longe ab urbe, a qua cathena quædam ferrea grossa nimis ex

---

[1] *annuente*] In the text *annunciante* (and so in B. *pr. m.*, C. *pr. m.*), but corr. in marg.

[2] *sic*] Interlined.

[3] *scilicet*] Interlined.

[4] *Nicosiensi*] Nicolniensi, MS.; Nicholsiensi, B. C.

[5] *itaque*] Supplied from W. B. C.

[6] *Sarraceni*] Added in marg.

[7] *fluminis*] On an erasure.

A.D. 1218. attacked by the Christians.

transverso fluminis protendebatur usque ad urbem, super aliam ripam ejusdem fluminis constitutam. Hæc autem turris cum cathena, omnium judicio ante obsidionem Damietæ fuerat subjuganda. Principes vero militiæ[1] Christianæ de captione ejus valde solliciti, viderunt eam capi non posse fame, propter urbis vicinitatem, neque suffossione, propter aquæ circumfluenta, neque insultu petrariarum, quia cum fuerat attemptatum, propter remotionem nihil profecerunt. Sane in hoc tandem omnes pariter consenserunt fideles, ut, magnis navibus simul colligatis, in malorum summitatibus scalas præpararent, et in eis balistarios constituerent et armatos, ut in eminenti constituti contra infideles in propugnaculis turris excubantes a pari dimicarent. Scalæ vero ducis Austriæ et Hospitalis obrutæ in flumen cadentes, cum suis pugnatoribus perierunt, et sic Christiani igne Græco et spiculis intoxicatis adversantium primo multa sustinuerunt cum dampnis detrimenta. Rog. Wend. iv. 38.

De miraculosa captione turris Damiatæ.

Renewed attack, and capture of the tower.

Tandem, necessitate industriam edocente, Theutonicorum ac Frisonum sumptibus, peritia et labore, duæ maximæ cogones concathenatæ, in quibus iiii^{or}. mali eriguntur, cum suis rudentibus et antennis tectis coriis bovinis, adhibentur ad turrim memoratam. Tunc, facto insultu acerrimo, jacebat patriarcha cum clero ante lignum Crucis in oratione, prælibato jejunio. Jactus est in machinam ignis Græcus, sed orantium fidelium lacrimæ incendium extinxerunt. Nostrates autem usi flagellis ferreis, capita Sarracenorum contriverunt.[2] Tandem Sarracenis in defensione deficientibus, collo- Cf. Rog. Wend. iv. 38–41. fol. 104 *b*. Rog. Wend. iv. 42.

[1] *militiæ*] milie, MS.

[2] *contriverunt*] After this word, has been added in the margin, but afterwards erased (yet still legible), "sed et sic turrim libere in sua receperunt."

quii[1] de pace petebant solatium, ac sese sub pactione ducis[2] Austriæ reddiderunt. Expugnata est autem turris illa sexta feria ante festum sancti Bartholomæi, 24 Aug. et infra paucos dies post idem festum est capta, et Christianis mancipata.

De morte Saphadini,[3] et destructione murorum Ierusalem.

Rog.Wend. iv. 42.

Death of Saphadin, who is succeeded by Coradin.

Post captam itaque turrim illam, Saphadinus, dierum malorum plenus,[4] fratruelumque suorum exheredator ac regni Asiæ usurpator nequissimus, dolore cordis, ut asseritur, tactus intrinsecus, mortuus est ac sepultus in inferno. Cui successit filius suus Coradinus, vir quidem crudelis et infidelis. Qui ob ultionem captionis turris memoratæ, et obsidionis Damiatæ jam inceptæ, muros Ierusalem destruxit, et turres omnes, præter templum Domini et turrem David, redegit in acervos.

He destroys the walls of Jerusalem.

De adventu Pelagii legati,[5] et aliorum nobilium ad Damiatam.

Rog.Wend. iv. 43.

Arrival of the legate Pelagius at Damietta, with other prelates and nobles.

Subjugata autem turri Damiatæ, venerunt ad passagium sanctæ crucis, quod tunc instabat, de diversis mundi partibus peregrini multi. Inter quos venit Pelagius, Albanensis episcopus et apostolicæ sedis legatus, cum magistro Roberto de Curcun, viro sancto et nobili et clerico nominis celeberrimi[6] et Romanæ ecclesiæ cardinali, natione Anglico,[7] et Romanis multis. Venerunt et episcopi multi, cum comite Nivernensi,[8] qui

Rog.Wend. iv. 44.

[1] *colloquii*] Afterwards altered to *colloquium*, as in W. B. C., but in these *solatium* is omitted.

[2] *pactione ducis*] pactione vitæ duci, W. B. C.

[3] *Saphadini*] Saphadin, MS.

[4] *plenus*] Interlined.

[5] *legati*] legagi, MS.

[6] *celeberrimi*] celeberimi, MS.

[7] *natione Anglico*] Added in marg., but written falsely *Anglici*, and so in E.

[8] *Nivernensi*] Niniverncnsi, MS. and E.

A.D. 1218. dico comes[1] postea, imminente[2] Christianorum periculo, turpiter recessit. Venit et tunc temporis vir illustris et nobilis[3] comes Cestrensis Ranulphus, de regno Anglorum, cum comitibus Saero Wintoniensi, et Willelmo Harundelensi,[4] et baronibus illustribus Roberto filio-Walteri, Johanne, constabulario Cestriæ, Willelmo de Harecurt, Olivero, filio regis Angliæ, cum eorum sequela multa. Venerunt etiam comites de Marchia, de Barri, Willelmus de Carnoto, Iterus de Tocce, et Herveus de Ursone, et multi alii nobiles, quorum nomina ignoramus, sicut nec notitiam habemus.

De quadam incomparabili tempestate et Nili inundatione.

29 Nov. Loss suffered in consequence of a tempest, and overflow of the Nile.

In vigilia autem beati Andreæ, nocte media, facto tonitru incomparabili, cum nimbis, vento et chorruscationibus, intumuerunt fluctus maris et fluminis Nili, ita ut tentoria fidelium cum victualibus et armis et omni supellectili[5] nimis dampnose subvertit. Quæ tempestas adeo generalis fuit, quod tam partes occidentis quam orientis, quod est inauditum, horribiliter exturbavit.

Cf. Rog. Wend. iv. 45.

De dedicatione ecclesiæ Wigorniensis, et translatione sancti Wlstani episcopi.

Dedication of the church of St. Mary, Worcester. Translation of St. Wulstan.

Eodem quoque anno dedicata est ecclesia Sanctæ Mariæ Wigorniæ. Et corpus gloriosi episcopi et confessoris Wlstani, præsentibus Silvestro, ejusdem ecclesiæ episcopo, et multis aliis episcopis, abbatibus, prioribus, et aliis ecclesiæ prælatis, translatum est uno

[1] *dico comes*] Added in marg.
[2] *imminente*] iminente, MS.
[3] *et nobilis*] *et* is interlined, and *nobilis* on an erasure.
[4] *Harundelensi*] de Arundello, E.
[5] *supellectili*] suppellectili, MS.; and again, p. 238.

. eodemque die.[1] Et, ut idem sanctus magis veneraretur, A.D. 1218.
. collata [est][2] una costarum ejus abbati Sancti Albani[3]
. Willelmo.

Ricardus de Marisco fit episcopus Dunelmensis.[4]

Rog. Wend. iv. 46.

Richard de Marisco made bp. of Durham.

Tempore quoque sub eodem, procurante Walone legato, Ricardus de Marisco clericus, de familia et con-
. siliariis[5] regis Johannis, qui diu in clientela militaverat curiali, factus est episcopus Dunelmensis. Qui nono kalendas Augusti munus suscipiens consecrationis,[6] 24 July.
. nunquam postea pacem cum ecclesia habuit sua vel
. quietem.

Walo recedit.

The legate Walo leaves England. He is succeeded by Pandulph bp. of Norwich

Seal of Henry III.

. Anno quoque sub eodem Walo, refertis sarcinis et
. clitellis inæstimali pecunia, recessit ab Anglia, vocatus
. a domino papa. Pandulfus, qui sullimatus per ipsum
. fuit in episcopatum[7] Norwicensem, ilico[8] successit
. eidem in prioris[9] officium. Rex quoque adhuc[10] Hen-
. ricus III, proprium sigillum optinuit.

Willelmus Marescallus senior obiit.

Rog. Wend. iv. 46.

A.D. 1219. Henry keeps Christmas at Winchester.

Anno Domini M°.CC°.XIX°., qui est annus regni regis Henrici III. iiii^us.,[11] rex Henricus III., iiii°. regni sui anno, fuit ad Natale Domini apud Wintoniam, cui

---

[1] In B. C. the date is added, "vii. idus Junii" [7 June].

[2] *est*] Supplied from B. C. E.

[3] *Albani*] Added in marg.

[4] In the margin are drawn a small mitre and crosier.

[5] *et consiliariis*] On an erasure; no doubt originally written *et moribus*, as in W. B. C.

[6] According to other authorities, he was consecrated bishop of Durham 2 July 1217. See Fasti, iii. 285.

[7] *episcopatum*] episcopum, E.

[8] *ilico*] On an erasure.

[9] *prioris*] On an erasure, and originally written *legationis*.

[10] *adhuc*] Added in marg., but a word seems wanting, perhaps *juvenis*.

[11] *qui est . . . . iiii^us.*] Added in marg.

A.D. 1219. Death of William Mareschal senior.

P[etrus], episcopus ejusdem civitatis, omnia ministravit necessaria. Quo etiam tempore Willelmus Marescallus senior, qui propter sui magnanimitatem merito Magnus dicebatur, regnique et regis summus gubernator, salutato mundo sibi familiari, in fata concessit.[1] Londiniis quoque apud Novum Templum, in medio ecclesiæ honorifice tumulatus,[2] tali meruit epitaphio intitulari, dictante magistro Gervasio de Melckeleia,[3] optimo astrologo,

"Sum quem Saturnum sibi sensit Hibernia, Solem Anglia, Mercurium Normannia, Gallia Martem."[4]

Obsidetur Damiata.

Siege of Damietta.

Eodem tempore Pelagius, apostolicæ sedis legatus, ardens habens desiderium civitatem Damiatæ obsidendi, Christianos post captionem turris, de qua bonam spem conceperunt, diligenter exhortabatur ad Nili fluminis transitum; quem cum maxima difficultate transeuntes, tandem civitatem obsederunt per girum, ita quod nec per[5] terram nec per mare poterunt obsessi succursu gratulari. In qua obsidione impetus supervenientium Sarracenorum et prœlia Christianorum, quæ speciales exigunt tractatus, si quis audire desiderat, librum requirat Templariorum.[6]

Rog. Wend. iv. 46.

Cf. Rog. Wend. iv. 47–49.

---

[1] *regnique . . . concessit*] On an erasure. In B. C. is added, that he was buried on Ascension day, 17 kal. April (a mistake for *Junii*) [16 May].

[2] On the lower margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, party per pale, or and vert, a lion rampant double quevé gules, and below is written in red, "*Obiit comes Willelmus Marescallus senior.*"

[3] *Melckeleia*] On an erasure.

[4] Some words have here been added in the margin, but afterwards completely erased. In the margin of B. is the following curious note by Matthew Paris: "Plura habentur epitaphia scripta de eo in libro confratris M. Parisiensis, quem habet de versibus Henrici de Abrincis."

[5] *per*] Added in marg.

[6] *Templariorum*] On an erasure. The "Historia Hierosolimitana" of Jacobus de Vitriaco is probably referred to here, pp. 1136–1139, ed. Bongars, 1611.

De sancta Elizabeth, Alemanna.

A.D. 1219.

Account of St. Elizabeth of Germany.

fol. 105 *a*. Diebus quoque sub eisdem signipotentissima sancta Elizabeth, regis Hungariæ filia et Landegraviæ Thuringiæ sponsa, miraculis et vitæ sanctitate supra sexum muliebrem floruit in Alemannia. Hujus hortatu vir suus Landegravius, nomine Ludouuicus, crucem suscepit, et apud Damiatam [1] obiit sanctissime.[2] Post cujus obitum sancta Elizabeth in ordine sanctissimæ viduitatis perseverans, habitum religionis de manu magistri Cunradi, viri sanctitate perspicui, suscepit. Et adeo de virtute in virtutem adscendit, ut ante et post obitum viri [3] tota Alemannia virtutibus ipsius et fama choruscaret. Et sciendum est, quod ipsa Elizabeth filia fuit illius reginæ[4] interfectæ de Hungaria, consilio cujusdam archiepiscopi; de qua regina Innocentius papa interpretabatur hanc locutionem amphibologicam in melius, ne idem archiepiscopus, qui de consensu illius cædis accusatus [fuit],[5] dampnaretur: "Reginam interficere nolite timere;[6] et si omnes contradixerint,[7] ego non contradico."[8] In qua locutione hæc fuit intentio[9] accusantis,[10] prout jam punctis distinguitur. Interpretatio vero papæ propitiantis hæc fuit,[11] "Reginam interficere nolite, timere bonum[12] est; et si omnes consenserint,[13] ego non, contradico."[14] Et sic per propitium

[1] *Damiatam*] Damiata, MS.

[2] This is an error, also in B. C. Louis IV., landgrave of Thuringia, was married to Elizabeth, daughter of Andrew II., king of Hungary, in 1221, and died at Otranto 11th Sept. 1227. "L'Art de Vérifier les Dates," iii. 367.

[3] *viri*] ejus, B. C.

[4] *reginæ*] After this word, *Hungariæ* is added in marg., but superfluously, unless we omit *de Hungaria* in the text. Several other words have been written in marg., but are now erased.

[5] *fuit*] Supplied to complete the sense.

[6] *nolite timere*] nolite, timere bonum est, B. C.

[7] *contradixerint*] consenserint, B. *sup. ras.*; consensenserint, C.

[8] *ego non contradico*] ego non, contradico, B. C.

[9] *intentio*] On an erasure.

[10] *accusantis*] acusantis, MS.

[11] *prout . . . fuit*] Om. B. C.

[12] *interficere nolite, timere*] interficere, nolite timere, bonum, B. C.

[13] *consenserint*] contradixerint, B. C. *marg.*; consentierint, C. *text.*

[14] *non, contradico*] non contradico, B.

A.D. 1219. interpretem, intervenientibus amicis,[1] liberatus est accusatus.

De peste, qua affligebantur inclusi in urbe Damiatæ.

The city of Damietta is afflicted with pestilence.

Nunc autem de hiis, quæ in civitate Damiatæ gesta sunt, aliquid referamus. Damiata igitur obsidione longa et irrequieta, ferro, fame, flammis et pestilentia graviter et ultra quam credi possit aut scribi, attrita est interius et afflicta; in spe sola fidem habuit, quod Soldanus Babilonis civibus certe promisit, ut pro eis, si tanta instaret necessitas, cum Christianis componeret, ut saltem mortem evadere potuissent. Sed interim tanta fames in urbe generaliter invaluit, ut unum coctanum xii. bisanciis venderetur. Annona quidem, quam habuerant, mucore consumebatur, nec audebant pauperes exire, ne inopiam, quam inclusi tolerabant, Christianis enarrarent. Præterea aurisia percutiebantur, ne apertis oculis possent videre. Ceterum, Nilus non tunc ascendit, ut terram irrigaret et fœcundaret, ut annuatim solebat; unde terra sicca nec se passa est arari vel seminari, nec habuit vel pacis vel humoris alimentum vel solatium. Unde Soldanus famem timens validam, amore retinendæ Damiatæ, cum Christianis pacifice componere satagebat. Auxit etiam ad propositum tale, secundum[2] partem non minimam, miraculosa turris subjugatio, et Christianorum indefessa prœliandi constantia, qui totiens cum admodum paucis fidelibus omnem paganismi fortitudinem audacter invadentes, de prœlio multa milia ex eis fugaverunt aut peremerunt. Rog. Wend. iv. 56. Rog. Wend. iv. 57.

Composition between the bp. of Lin-

Hoc quoque anno, cum lis dampnosa[3] mota esset inter ecclesiam Lincolniensem et ecclesiam Sancti Albani,

[1] *amicis*] On an erasure.

[2] *secundum*] Added in marg. A note has also been written in the margin, but afterwards erased, which appears to read, *quod pauci Christiani . . . peremerunt.*

[3] *dampnosa*] dapnosa, MS.

. super vicariam de Luitona, facta est compositio paci- A.D. 1219.
. fica, tempore episcopi Hugonis secundi Lincolniensis et coln and abbat of St. Alban's, relative to Luton.
. abbatis Willelmi de Sancto Albano.[1]

Quomodo Soldanus regnum Jerusalem optulit Christianis, ita ut a Damiata recederent.

Rog. Wend. iv. 57. Soldanus igitur, convocatis magnatibus suis, dum esset in mentis angaria constitutus, coram eis locutus est in hunc modum, "Deus Christianorum magnus est, fidelis et potens in prœlio, quod nos comprobavimus omnes, et maxime in hoc instanti articulo, in quo manifeste pugnat contra nos pro inimicis nostris; et procul dubio inanis erit actio nostra tota, quamdiu isti fideles ipsum habebunt placabilem adjutorem. Ecce, imminet[2] captio Damiatæ, quæ clavis totius est Ægipti; quæ si capta fuerit, in maximum nostri ac legis nostræ erit detrimentum. Quæ licet multotiens legatur a Christianis fuisse obsessa, nunquam tamen legitur fuisse . hactenus subjugata. Et quis crederet turrim nostram . ab aliquibus subjugandam? Unde nobis utile reor, ut reddamus Deo Christianorum ea quæ juste postulant, . et omnia quæ aliquando sua fuerunt regnum videlicet . ubi Deus eorum natus est, conversatus est, mortuus est, ne simul cum suis auferat a nobis quæ nostra esse videntur. Sicque cum justus sit, et aliena non concupiscat, si hanc pacem recusaverint justam sibi et Deo suo honorabilem, provocabunt Deum suum in odium sui per superbiam et concupiscentiam iniquam. Et sic superborum aspernator ab eisdem recedet, habebuntque impugnatorem, quem habuerant propitium adjutorem." —Licet igitur hoc consilium multum multis displiceret, The Soldan proposes to surrender the kingdom of Jerusalem.

[1] *Albano*] Albani, MS. The paragraph from *Hoc quoque* to *Albano* is written in the lower margin. In B. C. is added, "quæ compositio plenius scribitur in libro Additamentorum." It is in MS. Cott. Nero D. i. fol. 63, and printed in the "Vitæ Abbatum," p. 130, ed. Wats.

[2] *imminct*] iminet, MS.

A.D. 1219. Messengers are sent by him to offer terms.

missis tamen nunciis, Christianis optulit veram Crucem, quæ olim a Salahadino capta fuerat, cum captivis omnibus, qui per regnum Babilonis et Damasci vivi poterant reperiri, cum sumptibus necessariis ad reparandos muros Ierusalem, et civitatem in statum pristinum reducendam.—Addens,[1] "Et erit pax beata inter nos et eos, tutus intermeatus institorum, et omnium hominum fœdus et amicitia." Optulit insuper totaliter regnum Ierosolimitanum,[2] præter Craccum et Montem-Regalem, pro quibus retinendis tributum optulit singulis annis xii. milia bisanciorum, quamdiu illa teneret.[3] Sunt autem illa duo castra in Arabia, vii. firmissimas munitiones habentia, per quæ negotiatores paganorum et peregrini Mecham tendentes vel ab illa recedentes solent transmeare. Et hoc postulavit Soldanus, non per avaritiam vel astutiam plus possidendi, sed ut Christianorum crebrius expertam cupiditatem plus habendi refrænaret, et eorum possessionem certius limitaret. Quia sæpius nobis regnum illud, et quicquid juste postulare sciremus, nobis Sarraceni[4] concederent, nisi aviditatem nostram plus possidendi et adquirendi semper amplius formidarent. Rog. Wend. iv. 58.

Oritur lamentabilis dissentio in exercitu Christiano pro hac Soldani humilitate.[5]

The proposals appear acceptable to many.

Hanc compositionem acceptabilem et utilem esse Christianitati rex Ierusalem, comes Cestrensis, et omnes Francigenæ, cum capitaneis Theutonicorum constanter consuerunt. Nec hoc mirandum est, cum multo minore pace, quæ prius oblata fuerat, contenti fuissent Christiani, nisi insano consilio eis fuisset obviatum. Rog. Wend. iv. 58. fol. 105 *b*.

---

[1] *Addens*] In the text this word is omitted, and in the margin was at first written *et dicentes*, but afterwards erased, and replaced by *addentes*. The whole paragraph ought, apparently, to follow the word *adjutorem*, in the last page.

[2] *Ierosolimitanum*] Ierolimitanum, MS.

[3] *teneret*] tenerent, MS. Corr. from W. B. C.

[4] *Sarraceni*] Sarrani, MS.

[5] *humilitate*] humilitatem, MS.

Quomodo per legatum impeditum fuit salubre consilium.

A.D. 1219.

Rog. Wend. iv. 58.

. Legatus autem, concupiscentia[1] optinendæ civitatis
. ductus, horum consiliis non adquievit. Surgens igitur
. in medio comes Harundelliæ W[illelmus], ait, "Domine
. Pelagi legate, viris expertis et in hiis partibus bellorum
. peritis, Templariis et Hospitalariis, viris religiosis, quo-
. rum etiam res agitur, credendum est et consentiendum,
. qui consulunt post labores aliquantulum respirare."
. Recalcitrante autem legato, et affirmante se nosse papæ
. voluntatem, voluit comes in ipsum irruisse, nisi per
. dominum Thomam monachum[2] retineretur.[3] Patriarcha
. igitur et clerus sequens voluntatem papæ et legati,
. obsidioni inchoatæ[4] insistebant. Nuncii vero Soldani
. recesserunt, de mutua dissensione gratulantes.

The legate objects.

Speech of the earl of Arundel.

The patriarch and clergy side with the legate.

De miraculosa captione Damiatæ.

Rog. Wend. iv. 59.

Hiis ita gestis, cum populus Christianus civitatem Damiatæ acerrime invasisset, perspexerunt insurgentes murorum propugnacula[5] urbem[6] omni carere defensore; unde cum festinatione scalis ad murum applicatis, civitatem intraverunt fideles. Sicque, Salvatore mundi volente, nonas Novembris capta est Damiata sine defensione, et absque tumultu et cruento assultu, ut soli Filio Dei victoria ascribatur.

Capture of Damietta.

5 Nov.

---

[1] *concupiscentia*] cucupiscentia, MS.

[2] *Surgens . . . monachum*] Written on a piece of vellum fastened down over the original text, on raising which the following words were found still legible, although the whole had been partially erased: "*. . . . . violenter . . . . aere oculum illius senis usurarii (?) . . . legatus exclamavit dicens, 'Liberate, liber te carissimum consanguineum re-verendi patris nostri domini papæ.' Et sic vix raptus est s . . . ex o . . .*"

[3] *retineretur*] retinetur, MS., on an erasure. In the margin is added: "Magistrum Thomam, monachum ecclesiæ Sancti Albani, qui postea fuit prior de Wimundham."

[4] *inchoatæ*] inchoete, MS.

[5] *propugnacula*] propungnacula, MS.

[6] *urbem*] Added in marg.

A.D. 1219.

Qualis inventa fuerit Damiata interius.

State of the city, when taken.

Cum autem caperetur civitas in oculis regis Babilonis, non fuit ausus more solito Christianos aggredi, sed confusus et aufugiens, propria castra combussit. Christo itaque duce, milites Christi Damietam ingressi, plateas invenerunt plenas mortuorum cadaveribus, ex quibus occurrit eis fœtor intolerabilis et aspectus miserabilis. Mortui vivos[1] interfecerant. Ædificia quoque corruptelis fuerant pleniora, et in cubiculis corpora tabefacta jacebant defunctorum. Octoginta milia a tempore obsidionis perierant in urbe, exceptis illis, quos sanos vel languidos invenerant Christiani, qui ad tria milia et plures numerabantur. Ex hiis trecenti de[2] nobilioribus ad redemptionem reservabantur, quamplures vero ad baptismum convolarunt. Hæc civitas primo a Græcis legitur fuisse obsessa; secundo a Latinis, sub Almarico, rege Ierusalem, qui minime profecit; hac tertia vice tradidit eam in manus Christianorum[3] Rex regum et Dominus dominantium, Dominus noster Jhesus Christus, triumphator magnificus.

Rog. Wend. iv. 59.

Number of the slain.

Three sieges of Damietta.

Rog. Wend. iv. 60.

Divisa sunt spolia.

Division of the spoils.

Capta civitate, divisa sunt spolia victoribus, in quorum distributione non expers fuit legatus. Inveniebantur autem in domibus, in auro et argento, olosericis et gemmis et omni supellectili, divitiæ infinitæ. Baptizatis autem parvulis, et dedicata ecclesia in honorem beatæ Virginis de maximo fano eorumdem infidelium, profecti sunt quidam Christianorum, de consilio magnatum, ad castrum Taphneos, quod vacuum invenientes, libere intraverunt, et dominationi Christianorum addiderunt.

Cf. Rog. Wend. iv. 60, 61.

Capture of Taphnis.

---

[1] *vivos*] nimios, W. I.

[2] *de*] On an erasure.

[3] *in manus Christianorum*] Added in marg.

Recedit comes Cestriæ, Ranulphus. A.D. 1219.

R. Wend. iv. 62. Quo magnifico negotio feliciter consummato, vir nobilis Ranulphus, comes Cestrensis, postquam fere per biennium in servitio Dei ibidem fideliter militaverat, cum legati licentia et benedictione, et totius exercitus favore et laude, naves ascendit repatriaturus. Ralph, earl of Chester, returns home.

Lodowicus a Tolosæ obsidione confusus recedit.

Rog. Wend. iv. 62. Tempore quoque sub eodem Lodowicus, filius regis Francorum, ad instantiam patris sui innumerabilem collegit exercitum, ut hæreticos Albigenses impugnaret; Rog. Wend. iv. 63. veniensque Tholosam, eam obsidione vallavit. Cives autem defensioni vacantes, sese viriliter contra ejus multiformes insultus defendebant, lapides pro lapidibus, spicula pro spiculis remittendo. Cum igitur Francorum exercitus diu sed inaniter et dampnose[1] ibidem laborasset, facta est in populo fames pervalida, quam etiam subsecuta est[2] nulli parcens dira mortalitas hominum et equorum peremptiva. Siege of Toulouse by prince Louis of France. Famine and mortality in his army.

Death of Simon, earl of Montfort.

Obiit Symon, comes Montis-fortis.[3]

Rog. Wend. iv. 63. Symon quoque, comes Montis-fortis, miles strenuissimus et laude dignus triumphali, qui magnifice in partibus illis diu Deo militaverat, ante portam civitatis, lapide de petraria emisso, in capite percussus, toto contrito corpore, subito in multorum dolorem expiravit.[4]

---

[1] *dampnose*] dapnose, MS.

[2] *est*] Interlined.

[3] In the margin are drawn the shields of arms, reversed, of Simon de Montfort and his brother, which are both alike, *viz.*, argent, a lion rampant, double quevé gules. Outside each shield is a roundle, meant to represent the stones which caused their death.

[4] Simon de Montfort died 25 June 1218. See Dugdale, Baron., i. 752, and "L'Art de Vérifier les Dates," ii. 678.

A.D. 1219.

Epitaphium comitis Symonis.

His epitaph.

Erant autem ante obsidionem quidam chorici geomantici, qui mortem comitis prædixerant; quorum unus natione[1] Anglicus, magister scilicet Rogerus de Insula, hoc de ipso composuit epitaphium.[2]

Nota.

"Dantur item fato, casuque cadunt iterato,
Symone sublato, Mars, Paris, atque Cato."

Declaratio.

Alter Mars fuit, quia bellicosus; alter Paris, quia formosus; alter Cato, quia multis moribus adornatus.[3]

Death of his brother.

Frater quoque ejusdem Symonis in obsidione cujusdam castri, non longe a Tholosa distantis,[4] ad cumulum doloris et mœroris, lapide similiter ictus diem clausit extremum. Lodowicus igitur multiplici dampno lacessitus, cum multi de suis fame tabefacti, nasis quoque labiis mutilati, diminuerentur, cum reliquiis populi sui confusus ad Gallias remeavit.

Rog. Wend. iv. 63.

Louis raises the siege.

Obiit episcopus Herefordensis.

Death of Hugh, bp. of Hereford.

Eodem quoque anno obiit Hugo,[5] episcopus Herefordensis, circa Pascha. Cui successit Hugo Folioth, et consecratur Cantuariæ, festo Omnium Sanctorum.

Hugh Foliot succeeds.

1 Nov.

De secunda coronatione regis Henrici III.

A.D. 1220.

Anno Domini M°.CC°.XX°., qui est annus regni regis H[enrici] v^us.,[6] rex Henricus fuit ad Natale Domini apud Merleberge, adhuc sub custodia Petri, episcopi Wintoniensis, constitutus. Quo etiam anno coronatus est denuo[7] idem rex apud Westmonasterium,[8] die

Rog. Wend. iv. 63.

Henry keeps Christmas at Marlborough.

He is crowned

---

[1] *natione*] nascione, MS.

[2] *epitaphium*] epitafium, MS.

[3] *Epitaphium comitis . . . adornatus*] Added in the lower margin, and a reference made outside the text, thus, "*In inferiori margine ejus epitaphium.*"

[4] *distantis*] distante, MS.

[5] *Hugo*] Hugo de Maneport, B. C.

[6] *qui . . . v^us.*] Added in marg.

[7] *denuo*] Added in marg., and a small crown drawn opposite.

[8] *Westmonasterium*] Cantuariam, W. I., erroneously.

Pentecostes, a Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, A.D. 1220.
Rog.Wend. iv. 64. præsente clero et populo totius regni, xvi°. kalendas again at Westminster. Junii, anno regni sui quinto. In cujus rei testimonium et memoriam exiit præceptum, in signum quoque jocunditatis, ut quilibet præter ordinatos sertis florum uteretur. 17 May. Deinde in festo sancti Barnabæ convenerunt 11 June. ad colloquium apud Eboracum, rex Anglorum Henricus Meeting at York between et rex Scotorum Alexander; ubi inter eos tractatum Henry and est de matrimonio contrahendo inter eundem regem Alexander, king of
fol. 106 *a*. Scociæ et Johannam, sororem regis Angliæ,[1] atque ibi- Scotland. dem fœdere confirmato, rex Scotorum ad propria remeavit.

Fit episcopus Eliensis.

John, abbat of Fountains, consecrated bp. of Ely. 8 March. Eodemque anno consecratus est in episcopum Elyensem Johannes, abbas de Fontibus, apud Westmonasterium, in crastino sanctarum[2] Perpetuæ et Felicitatis.

De canonizatione sancti Hugonis.

Rog.Wend. iv. 64. Eodemque anno et etiam die sanctus Hugo, Lincolni- Canonization of Hugh, bp. of Lincoln. ensis episcopus, a papa Honorio canonizatus est; facta prius miraculorum rite diligenti inquisitione a Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, et aliis.

De translatione sancti Thomæ martiris.

Rog.Wend. iv. 65. Eodemque tempore levatum est de sarcophago mar- Translation of the body of St. Thomas. moreo, scilicet de cripta ecclesiæ Cantuariensis, corpus beati Thomæ, archiepiscopi Cantuariensis et martiris, a[3] gloriosæ memoriæ archiepiscopo Cantuariensi Stephano; cui videbatur quod ignobiliter jacuit, quasi in fundamento ecclesiæ et in lapide. Preparaverat autem thecam ad[4] corpus honorifice collocandum, de auro obrizo

---

[1] *Anglorum*, E.
[2] *sanctarum*] On an erasure.
[3] *a*] ab, MS.
[4] *ad*] At first written *in*.

A.D. 1220. purissimo et gemmis pretiosissimis, artificio materiam superante. Facta est autem hæc translatio in crastino
7 July. octabarum apostolorum Petri et Pauli, die videlicet anniversario regis Henrici II.,[1] sub quo passus est idem martir, præsentibus rege Henrico III., quamplu-
ribusque tam transmarinis quam cismarinis archiepi-
scopis, episcopis, abbatibus, prioribus, et magnatibus
Walter of Colchester and Elyas of Durham, the artists of the shrine. innumerabilibus. Præsentibus etiam incomparabilibus artificibus, magistris Waltero de Colecestria, sacrista
de Sancto Albano, et Elya de Derham, canonico Sares-
biriensi,[2] quorum consiliis et ingeniis omnia, quæ ad
artificium thecæ[3] et ipsius elevationis et translationis necessaria fuerant, irreprehensibiliter parabantur. Nec
est visa in terra tam celebris vel tam gloriosa trans-
latio, ubi tot diversarum nationum venerabiles personæ
Notandum. interfuissent. Nam dignissimum omnibus videbatur, R. Wend. iv. 66.
ut sanctum martirem Christi generaliter honorarent, qui pro universali ecclesia sanguinem suum fundere non timuit, et pro ejus libertate usque ad mortem stare nul-
latenus formidavit.

De captione castrorum, videlicet de Sauveia et Rokingham.

Capture of the castles of Sauvey and Rockingham. 28 June. Foundation of the chapel of the Virgin at Westminster. 16 May. Anno quoque sub eodem rex Henricus III., Willelmo, Rog. Wend. iv. 65.
comite de Albemarla, invito, cepit subito castella de Rokingham et Sauveia, in vigilia apostolorum Petri et Pauli. Eodemque anno, sed paucis antea diebus, de-
votus Deo rex Henricus III. fecit inchoari fabricam novæ capellæ beatæ Virginis apud Westmonasterium, eodem rege existente fundatore et patrono, et primum lapidem operis in fundamento in bonum auspicium disponente, videlicet sabbato sancto[4] Pentecostes.

---

[1] In the margin is added, "qua die obiit rex Henricus II., translatus est Sanctus Thomas."

[2] *Saresbiriensi*] Sarebiriensi, MS.

[3] *thecæ*] teche, MS.

[4] *sancto*] On an erasure, and for *Pentecostes* at first written *Pentecosten*. In B. C., *in vigilia Pentecostes.*





Obierunt Saerus de Quincy, comes Wintoniæ, et Henricus de Boun, comes Herefordiæ.[1]

Anno quoque sub eodem obierunt viri nobiles et magnifici, Saerus de Quincy, miles strenuus et elegans, præmortuo Roberto, filio suo primogenito, quo non, ut creditur, fuit in mundo miles speciosior, et Henricus de Bouun, comes Herefordiæ.

De obsidione castri de Biham.[2]

Rog. Wend. iv. 66.

A.D. 1221. Henry keeps Christmas at Oxford. William, earl of Albemarle, provisions Biham castle, and ravages the neighbourhood.

Anno Domini M°.CC°.XXI°., qui est annus regni ejusdem sextus, idem[3] rex Henricus III. ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Oxoniam. Tunc quoque temporis Willelmus de Forz, comes Albemarliæ,[4] volens pacem regni perturbare, sequenti nocte a curia[5] non licentiatus recedens, ad castellum de Biham cum festinatione perrexit. Ubi post dies paucos, collectis viris armatis, ad villam de Tenham[6] hostiliter accedens, illam spoliavit, et bladum canonicorum de Bridlintona ad castellum de Biham fecit asportari. Villam quoque de Pinge[7] cum aliis ejusdem provinciæ villis spoliavit, et homines captos ad gravissimam pœnis exquisitis coegit redemptionem. Habuit autem hujus factionis

---

[1] In the lower margin are drawn three shields of arms, reversed, *viz.*, two for De Quincy, gules, seven mascles voided or, 3, 3, 1 ; and one for Bohun, azure, a bend argent between six lioncels rampant or. In the upper margin, also, the shield of Bohun is repeated in trick, and beneath is written, "Scutum de azuro, leones de auro, benda alba."

[2] In W. and B. C. this chapter and the next form only one, and the rubric reads, "*De obsidione castri de Biham et perturbatione regni.*"

[3] *qui . . . idem*] Added in marg.

[4] *comes Albemarliæ*] Added in marg.

[5] *a curia*] Added in marg. ; *a curia regis*, E.

[6] *Tenham*] So read W. B. C. I., but doubtless a mistake for *Edenham*, co. Linc., which belonged to the monks of Bridlington. See Monasticon, vi. 284.

[7] *Pinge*] So also C., but *Depinge*, more correctly, in W. B. I.

A.D. 1221. His abettors. incentores, quos guerra præhabita fecerat consuetudinarios, et consuetudo sub necessitate ligavit, Falcasium, Philippum Marc, Petrum de Malo-lacu,[1] Engelramum de Athie, et alios multos, qui clam miserunt ei viros armatos, ut, pace regni perturbata, ipsi solitis prædis et rapinis saginarentur.

Consilium super hoc habitum.

The earl seizes Fotheringay castle. Convenerunt igitur magnates Angliæ cum rege apud Westmonasterium, super[2] hoc et aliis regni negotiis tractaturi. Comes vero, qui cum ceteris vocatus fuerat, simulavit se illo ire, sed callidus viator propositum mutans, ad castellum de Fotheringeia[3] divertit. Erat autem tunc illud castellum in custodia Ranulphi, comitis Cestrensis, ab[4] omni militia destitutum; quod cum comes cognovisset,[5] scalas ad muros adhibens, armatis suis ingressum præparavit, qui ilico quos invenerunt vinculis arctissime constrinxerunt.[6] Deinde, impositis in castello custodibus armatis, ad municipium de Biham, ut illud de dampnis læsorum communiret, celeriter convolavit. Quo facto, cum armatis suis totam adjacentem provinciam spoliavit, castrumque suum de dampnis aliorum communivit. Sed cum tandem ista præsumptio temeraria[7] ad notitiam regis et ejus consilium pervenisset, exercitu magno celeriter convocato, feria iiii^ta^ post Purificationem beatæ Mariæ castellum de Biham cuneis militaribus circumcinxit, obsessosque adeo in brevi coartavit, ut nescirent ubinam caput reclinarent. Qui aliud refugium non habentes, exierunt omnes de ruina castelli, et vi^o^.[8] idus Februarii sese regi præsentarunt. Venit interea comes de Albemarlia, sub con-

Rog. Wend. iv. 67.

Biham castle besieged and taken by the royal troops.

2 Feb.

8 Feb.

The earl of Albemarle

[1] *Malo-lacu*] So also E.; Maloleone, W. B. C.

[2] *super*] On an erasure.

[3] *Fotheringeia*] Frotherigeia, MS.

[4] *ab*] Written at first *a*.

[5] *cognovisset*] congnovisset, MS.

[6] *constrinxerunt*] constrinxserunt, MS.

[7] *temeraria*] Interlined, and also added in marg.

[8] *vi^o^.*] viii^o^., C.

ductu Walteri, Eboracensis archiepiscopi,[1] ad regem, A.D. 1221.
et, eodem archiepiscopo et Pandulpho[2] impetrantibus, reconciled
Rog.Wend. cum rege pacificatus est, eo quod ejusdem regis[3] patri, with the king.
iv. 68. scilicet J[ohanni],[4] in tempore werræ suæ fideliter ac
fol. 106 *b*. potenter militaverat. Milites etiam omnes et servientes
sine pœna et redemptione relaxati sunt a rege. Qui
in hoc pessimum aliis dedit exemplum, ut contra eum
hac fiducia in casu consimili levarent[5] calcaneum, cum
impunitas crebro delinquendi præbeat incentivum.

De dissensione inter episcopum Dunelmensem et ejus monachos orta.

Rog.Wend. Sub eisdem quoque diebus exorta est magna inter Dissension
iv. 68. Ricardum de Marisco, episcopum Dunelmensem, et ejus- between the bp. of
dem ecclesiæ monachos dissensio, pro quibusdam liberta- Durham
tibus et consuetudinibus, quas iidem[6] monachi se gavisi and his monks.
sunt multis retro temporibus in pace habuisse. Cum
autem monachi viriliter possessioni suæ incumberent,
juravit episcopus nec pejeravit, quod, eo vivente, pacem
Dunelmensis ecclesia non haberet. Nec multo post,
cum servientes episcopi monachum quendam ab ecclesia
quadam violenter ac indecenter extraxissent, et usque
ad sanguinis copiosam flagellassent effusionem, monacho
super hoc coram episcopo querelem flebiliter deponenti,
infrunito[7] spiritu respondit, "Malas grates habeat deses
ille serviens, eo quod tonsum illum non interemit."
Rog.Wend. Sicque deinceps ita monachis præfatis adeo fuit epi-
iv. 69. scopus injuriosus et intolerabilis, ut, necessitate cogente,
ad præsentiam domini papæ appellantes, sese et sua Appeal
omnia sub ejus protectione ponerent; ac deinde Romam made to the pope.

---

[1] *archiepiscopi*] In the text *episcopi*, but corr. in marg.

[2] *Pandulpho*] Walone, W. I., erroneously. In B. *Pandulpho* is written over an erasure.

[3] *ejusdem regis*] At first written *eidem regi et*, as in W. B. C.

[4] *scilicet Johanni*] Added on to the text.

[5] *levarent*] At first written *levent*.

[6] *iidem*] idem, MS.

[7] *infrunito*] īfᵉuito, MS.

A.D. 1221. clericos suos mittentes et monachos, episcopum accusaverunt in multis. Effusa igitur non minima cum inani labore pecunia, impetrarunt literas[1] ad quosdam in Anglia potentes et prudentes, qui papam super hiis redderent certiorem.[2] Cum autem literæ illæ graves et accusatoriæ,[3] in quibus itaque notabatur episcopus, "quod postquam fuit ad officium pontificale promotus, reus sanguinis, symoniæ, adulterii, sacrilegii, rapinæ, perjurii, ac multiplicis dilapidationis manifeste effectus est," fuissent perlectæ in præsentia executorum et multorum ecclesiæ magnorum prælatorum et clericorum, erubuerunt audientes non mediocriter pro tantis enormitatibus confusi, quia nonnulla vera fama laborante videbantur. Surrexerunt igitur clerici episcopi, quasdam recusationes frivolas et fallaces allegantes contra executores memoratos, atque, ne procederent in inquisitione prædicta, præsentiam domini papæ appellarunt. Accedens autem episcopus in propria persona ante papalem præsentiam, multis facundis ac peritis stipatus legistis, respectis honorifice nimis omnibus, qui causam suam poterant justificare, ad votum negotium suum expedivit. Verumtamen ecclesiam suam adeo depauperavit, ut post multos annos non valeret respirare, donec videlicet post ejusdem mortem desideratam[4] successor ejusdem episcopi Ricardus,[5] cognomento[6] Pauper, sicut sequens sermo suo loco plenius declarabit, feliciter liberavit oppressam, et prostratam relevavit.

Papal letters, directing inquiry.

Rog. Wend. iv. 71.

The bp. goes to Rome, and gains the cause by bribery.

Impoverished state of his church.

---

[1] These letters are in Wendover, iv. 69, and in B.C., dated "Viterbii, pontif. anno iv°."

[2] *cum inani . . . certiorem*] On an erasure.

[3] *accusatoriæ*] acusatorie, MS.

[4] *multis . . . desideratam*] On an erasure.

[5] *Ricardus*] Added above the line.

[6] *cognomento*] congnomento, MS.

De constructione novi castri apud Montem-Gomericum. A.D. 1221.

Rog. Wend. iv. 71. Rog. Wend. iv. 72.

Eodem anno, circa Nativitatem beatæ Virginis, Leolinus, rex Walliæ, cum exercitu copioso castellum, quod Grosmund [1] appellatur, obsedit. Reginaldus quoque de Brause, cujus illud municipium erat, regis constanter imploravit auxilium, ut per eum, cum ad hoc non sufficeret, obsidio solveretur. Rex igitur, qui suis magnatibus deesse non debuit, cum exercitu magno illuc tendens, fugientibus ex more Walensibus, obsidionem amovit. Tunc versus Montem-Gomericum tendens cum exercitu suo, quæquæ sibi obvia de rebus Walensium in pecoribus et ædificiis exterminavit. Deinde, cum ad Montem-Gomericum pervenisset, et loca illa perlustrasset, deprehenderunt prudentiores exercitus locum illum idoneum ad inexpugnabile castrum construendum, cujus situs nativus fit et fortissimus. Jussit igitur rex ad securitatem regionis illius, propter creberrimas Walensium irruptiones, ibidem castellum firmari. Et ita singula ad propria remearunt. Concesserunt etiam tunc magnates regi scutaguim, de quolibet scilicet scuto duas marcas argenti, in magnum gravamen eorum.

8 Sept. Siege of Grosmund castle by Llewellyn, king of Wales. Henry causes the siege to be raised, and marches to Montgomery. He orders a castle to be built there. *Nota scutagium.*

Mali rumores audiuntur de Terra Sancta.

Tempore sub eodem mali rumores de Terra Sancta ad notitiam principum occidentalium pervenerunt, per epistolam fratris Petri de Monte-acuto, Magistri militum [Templi],[2] casum lugubrem Christianorum continentem.[3] Summa autem hæc est:[4] "Si de spe succursus in

Unfavourable rumours from the Holy Land.

---

[1] *Grosmund*] Added in marg. In W. B. C. it is, more correctly, named *Buet* or *Bueth* [Builth, co. Brecon].

[2] *Templi*] Supplied from W. B. C.

[3] *casum . . . continentem*] On an erasure.

[4] The letter is in Wendover, iv. 72–75, and B. C., dated "Achon, 12 kal. Oct." [12 Sept.]

A.D. 1221. proxima æstate frustremur, utraque terra, Syriæ scilicet et Ægipti, tam illa quæ nuper est adquisita quam illa quæ diu possessa est, patet discrimini."

William, bp. of London, resigns, and is succeeded by Eustace de Faucunberge.

Cedit episcopus Londoniensis W[illelmus].[1]

Anno quoque sub eodem Willelmus de Sanctæ Mariæ Ecclesia, Londoniensis episcopus, resignavit sponte episcopatum suum in crastino Conversionis sancti Pauli. Eustachius de Faucunberge, tunc scaccarii thesaurarius, v°. kalendas Martii loco ejus in episcopum Londoniensem eligitur; cujus electio a Pandulpho legato confirmatur, et vii°. kalendas Maii apud Westmonasterium consecratur. Anno quoque sub eodem cessavit legatio Pandulphi, ipso Romam revertente.[2]

26 Jan.

25 Feb.

25 April.

Pandulph leaves England.

Johanna, soror regis, desponsatur regi Scotorum.[3]

Marriage of Johanna, sister of Henry.

Rex Henricus dedit Alexandro, regi Scociæ, Johannam sororem suam in uxorem, quæ desponsata est in crastino Nativitatis sancti Johannis Baptistæ, apud Eboracum; ubi, præsentibus ipsis regibus, nuptiæ sunt sollempniter celebratæ.

25 June.

Hubertus de Burgo duxit in uxorem sororem regis Scotiæ.[4]

and of Hubert de Burgh.

Hubertus quoque de Burgo sororem regis Scociæ in ipsa civitate duxit in uxorem, nomine Margaretam.

---

[1] Two small crosiers are drawn in the margin, the first of which is reversed.

[2] Opposite to this paragraph is written in the margin *dub'*, i.e. *dubium*, but the same text is in B. C.

[3] A crown is drawn in the margin.

[4] In the margin is drawn a ring.

A.D. 1221.

Death of William de Albini, earl of Arundel.

Obiit Willelmus de Albineto, comes Harundeliæ.[1]

Anno quoque sub eodem obiit Willelmus de Albineto, comes Harundelliæ, in partibus transmarinis, rediens a Damiata. Corpus cujus Thomas, monachus de Sancto Albano, qui cum eo fuerat, in Angliam transportavit, et in ecclesia de Wimundham honorifice tumulavit.

fol. 107 *a*.

De peregrinatione Philippi de Albineto.

Rog. Wend. iv. 75.

A.D. 1222.

Henry keeps Christmas at Winchester.

Anno Domini M°.CC°.XX°.II°., qui est annus regni regis H[enrici] III. vii^us^., idem[2] rex Henricus III. fuit ad Natale Domini apud Wintoniam, episcopo civitatis P[etro] omnia sibi necessaria ministrante. Quo etiam tempore Philippus de Albineto, miles strenuus et morum honestate commendabilis, regisque informator et magister, iter Ierosolimitanum arripiens, suis valefacto, illuc prospere pervenit. Qui, protinus ut statum terræ cognovisset, Ranulpho, comiti Cestriæ, literas in hæc verba direxit, "Reverendo domino et amico R[anulpho], Comiti Cestriæ et Lincolniæ," etc. Require quod superest in aliquo libro historiographi.[3] Hujus autem epistolæ summa fuit: Gens Christiana existens in Damiata, cujus capitanei fuerunt rex Ierusalem, legatus, dux quoque Balvariæ, fecerint equitationem supra terram Babilonis, et fuerunt mille milites crucesignati, et alii equites v. milia, et peditum xl^a^. milia. Et dum essent inter duo brachia Nili, Sarraceni subito de nocte secturas ad aquam derivandam fecerunt,[4] de uno alveo ad alium. Ita quod antequam sibi providissent, erant Christiani in aqua usque ad cinc-

Philip de Albini goes to the Holy Land.

His letter to the earl of Chester.

Disastrous position of the crusaders.

---

[1] In the lower margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, gules, a lion rampant double quevé or.

[2] *qui . . . idem*] Added in marg.

[3] *historiographi*] istoriographi, MS.

This word is on an erasure, as well as the three preceding. The letter is in Wendover, iv. 75, and in B.C.

[4] *ad aquam . . . fecerunt*] Added in marg.

A.D. 1222. toria. Et tunc dolor et gemitus Christianorum, et in-. fidelium exultatio; et caperentur omnes vel submerge-. rentur, si Soldanus, quod mirum fuit, voluisset. Immo potius parcens eis, transmisit, cum per biduum jejunas-. sent, alimenta; "alioquin fame et alia miseria defecisse-. mus. Mandavit igitur genti nostræ, ut loqueretur de. pace,[1] quia tradidit Deus nos in manum suam, et ad-. didit, quod si tradidisset sic Deus gentem Sarracenicam. in manus eorum, omnes sine misericordia perimerent." .

De amissione Damiatæ, et pactione dolenda.

Truce made with the Soldan, and surrender of Damietta.

Coacti igitur Christiani treugas sumpserunt cum Sol- Rog. Wend. iv. 76. dano usque ad viii°. annos, tali pacto, quod gentes nostræ Damiatam redderent, et omnes esclavos quos tenebant. Et propter hanc pactionem tenendam rex Ierusalem, legatus et dux Balvarie, cum quibusdam aliis nobilibus, in hostagio remanserunt; et Soldanus ex sua parte xx. obsides[2] tradidit Christianis, quod ipse scilicet suos, quos tenebat Christianos esclavos,. liberos resignaret. Quod sic demum cum maxima Chris-. tianitatis totius confusione[3] factum est;[4] quia [quanto][5]. captio Damiatæ gloriosior, tanto fuit amissio lamenta-. bilior. Tunc insultaverunt improperando Christianis. victores Sarraceni dicentes, "Quid nunc profuit vobis. vestri tanti laboris inanis diuturnitas?[6] Vestra vos. confudit superbia, cum oblatam vobis pacem honorabi-. lem, toti legi vestræ frontosam, refutastis. Ut quid. plus exigitis quam regnum Ierusalem, terram scilicet. quam Jhesus Christus vester inhabitavit? Ut quid. aliena concupiscitis?" Hæc igitur cognoscens[7] per.

The Saracens exult over the Christians.

---

[1] *pace*] Interlined.

[2] *obsides*] Written in the margin with a plummet. In W. B. C., *in hostagio.*

[3] *confusione*] Supplied with a plummet in the margin.

[4] *est*] Interlined.

[5] *quanto*] Supplied from conjecture.

[6] *vestri . . . diuturnitas*] On an erasure.

[7] *cognoscens*] congnoscens, MS.

. intermeantes memoratus Philippus, Achon divertit, ne A.D. 1222.
. penitus vacua et inanis esset ejus peregrinatio. Et hæc
. occidentalibus significavit.[1]

. *De suspendio Constantini, civis Londoniensis.*

Cf. Rog. Wend. iv. 79–81.

Contigit eodem anno, die sancti Jacobi, quod ex quo- 25 July.
. dam luctamine apud Londonias tanta orta est dissensio, Tumult at London, headed by Constantine Fitz-Olaf.
. quod, mota seditione in urbe et maxima perturbatione
. et quasi civili, pulsaretur commune signum, et,[2] sub-
. versis nonnullis ædibus, magnum dampnum[3] intulerunt
. cives abbati Westmonasterii, cujus homines victores
. fuerant in luctamine memorato. Inter quos cives cum
. protervius instaret Constantinus filius-Olavi, vir su-
. perbus et duplex, exclamavit voce temeraria, "Montis
. gaudium! Montis gaudium! Adjuvet nos Deus et Do-
. minus noster Lodouuicus!" Sed res gesta, quæ latere
non potuit, cum ad aures Huberti de Burgo cum
querela abbatis Westmonasterii pervenisset, collectis
armatorum copiis, ad urbem perrexit Londoniarum,
præcipiens ut majores civitatis ante ipsum conveni-
rent. Quod cum factum esset, sciscitabatur ab eis, quis-
nam seditionem movisset in civitate. Constantinus He is seized and hung.
. igitur, constans in præsumptione et superbia secus
. quam deceret vel expediret, respondit, "Ego. Quid
. vultis?"[4] Quod cum audisset justiciarius, retinuit eum
et duos alios sibi fautores cum eo, sine omni tumultu.
Et mane misit Falcasium,[5] quem semper pronum sciebat
. ad omnem crudelitatem, per Thamensem [fluvium][6]
cum multis armatis, qui ipsum Constantinum ad sus-
. pendium, scilicet ad Ulmos, clam et repente perduxe-

---

[1] In the lower margin is noted with a plummet, "Obiit Hugo de Novilla," as if an addition was here to have been made respecting his death, and in B. and ed. Wats, p. 315, such a notice is found.

[2] *et*] Interlined.

[3] *dampnum*] dapnum, MS.

[4] *Ego. Quid vultis?*] Added in marg.

[5] *Falcasium*] A mark of reference is placed over his name, but there is nothing added in the margin.

[6] *fluvium*] Supplied from W. B. C., but this ellipsis is not unusual.

A.D. 1222. runt. Habens autem laqueum circa collum, optulit pro vita sua xv. milia marcas argenti. Sed responsum fuit præcise, quod nunquam [amplius] [1] in civitate domini regis moveret seditionem. Suspensus est igitur statim, et cum eo quidam nepos ejus, nomine Constantinus, et quidam alius, Galfridus, qui Francorum edictum palam cum prædictis exclamavit. Alios quoque, hujus seditionis culpabiles et notabiles, fecit justiciarius comprehendi et graviter puniri; multi tamen per fugam evaserunt irredituri. Rex vero, ad majorem vindictam, omnes urbis magistratus deponens, novos subrogavit. R. Wend. iv. 82.

The king appoints new magistrates in the city.

De variis et mirabilibus tempestatibus illius anni.

8 Feb. Eodem anno, vi°. idus Februarii, audita sunt tonitrua [2] terribilia, ex quorum collisione fulmen exiens, ecclesiam de Graham [3] et alia ædificia et arbores terribiliter accendit et contrivit. Item eodem anno, die Exaltationis sanctæ Crucis, per totam Angliam mugierunt horrenda tonitrua; et subsecuta est pluviarum immoderata superfluitas et durabilis, scilicet usque ad Purificationem beatæ Mariæ, et segetum suffocatio, adeo ut in fine æstatis summa frumenti xii. solidis et alicubi pro una marca vendebatur. Eodemque anno, nocte sancti Andreæ, audita sunt tonitrua qualia non sunt præaudita, non tantum per totam Angliam generalia, immo per remotissimas regiones, cum choruscatione non successiva sed quasi per unius horæ spatium continua. Concomitabatur ventus furibundus, cum nimborum infusione et grandinis maxima lapidatione. Hæc tempestas turbariam palustrem quandam,[4] cum limo et gurgite, in ictu oculi ita exhausit et asportavit,[5] ut maximi laci fundus velut siccum et mundum pavimen- Rog. Wend. iv. 82. R. Wend. iv. 83. fol. 107 *b*.

Unusual thunder and hail-storms.

14 Sept.

2 Feb.

30 Nov.

[1] *amplius*] Supplied from conjecture.

[2] *tonitrua*] Added in marg.

[3] *Graham*] In W. B. C. is added, "in comitatu Lincolniæ."

[4] At Pilardestune [Pillerton], in Warwickshire, W. B. C.

[5] *asportavit*] asportaret, MS.

. tum appareret. Item in vigilia sanctæ Luciæ ventus vehemens et repentinus ædificia diruit,[1] ecclesias pro- . stravit,[2] arbores avulsit, naves demersit in profundo. A.D. 1222. 12 Dec.

Archiepiscopus Cantuariensis S[tephanus] exigit instanter libertates prius concessas et juratas.

A.D. 1223.

Rog.Wend. iv. 83. Anno Domini M°.CC°.XX°.III°., qui est annus regni regis Henrici III. octavus, idem[3] rex Henricus III. ad Natale tenuit curiam suam apud Oxoniam. Et postmodum, in octavis Epiphaniæ, apud Londonias veniens cum baronibus ad colloquium, requisitus est ab archiepiscopo Cantuariensi S[tephano] et magnatibus aliis, ut libertates et liberas consuetudines, pro quibus guerra mota fuerat contra patrem suum, confirmaret. Et sicut idem archiepiscopus ostendit evidenter, idem rex diffugere non potuit, quin hoc faceret, cum in recessu Lodouuici ab Anglia juraverit, et tota nobilitas regni cum eo, quod libertates præscriptas omnes observarent et omnibus traderent observandas. Rog.Wend. iv. 84. · Quod audiens Willelmus Briwere, nomen ex re gerens, · qui scilicet unus erat ex consiliariis regis J[ohannis] et regis tunc existentis H[enrici], dixit, "Libertates quas petitis, quia violenter extortæ fuerunt, non de- · bent de jure observari." Quod verbum, quia virulentum, archiepiscopus merito moleste ferens, increpavit eum dicens, "Willelme, si regem diligeres, pacem regni non impedires." Videns autem rex archiepiscopum commotum, dixit, "Omnes libertates illas juravimus observare, et omnes astricti sumus, ut quod juravimus, inviolabiliter observemus." Et rex protinus, habito super hoc consilio, misit literas suas ad singulos vicecomites regni, ut per milites xii. vel legales homines uniuscujusque comitatus per sacramentum facerent inquiri, quæ fuerunt libertates in Anglia tempore regis

Henry keeps Christmas at Oxford. 13 Jan. He comes to London and is required to confirm the liberties previously sworn to. ¶ *Wlpina responsio.* Writs are ordered to be issued, to inquire concerning the liberties.

[1] *diruit*] dirruit, MS.
[2] *prostravit*] protravit, MS.
[3] *qui . . . idem*] Added in marg.

A.D. 1223. Henrici, avi sui, et factam inquisitionem apud Londonias mitterent ad regem, xv°. die post Pascha.

De quodam diacono, qui apostatavit.[1]

Story of a deacon who apostatized.

Anno quoque sub eodem quidam diaconus Anglicus quandam Judæam illicito amore dilexerat, et ejusdem amplexus ardenter postulavit. Cui illa, "Faciam quod hortaris, si apostata factus circumcidaris,[2] et Judaismo fideliter adhæreas." Quod cum ipse quicquid mulier hortabatur complevisset, potitus est amore illicito. Quod cum diu celari non posset, nunciatum est archiepiscopo Cantuariensi S[tephano], ante quem cum constanter et graviter accusaretur[3] et convinceretur super hiis omnibus, confessus [est][4] se palam interfuisse cuidam sacrificio, quod Judæi fecerant de puero quodam crucifixo. Et cum idem diaconus visus est circumcisus et nulla voluit ratione resipisci, apostatavit[5] sollempniter coram archiepiscopo et prælatis, qui ibidem præsentes fuerunt, sic. Allata fuit crux ante eum cum Crucifixo, et minxit super crucem, dicens, "Abrenuncio legi novæ et inventæ, et commentis[6] Jhesu pseudoprophetæ, spernens et vilipendens Mariam, ejus[7] matrem." Cui addidit quoddam convicium irrecitabile. Et statim deordinavit eum archiepiscopus, flens amare, eo quod audierat tam execrabilem blasfemiam. Et ejectum ex ecclesia,[8] statim Falcasius, qui semper pronus fuit ad effundendum sanguinem, arripuit cum, et jurans per guttur Dei dixit, "Abscidam guttur, per quod exierunt talia verba." Et ducens raptim in loco secreto extra villam, decollavit eum. Erat autem ipse miser

[1] The whole of this chapter is added on the lower margin. In B. C. (ed. Wats, p. 314) the story is only briefly alluded to, under the year 1222.

[2] *circumcidaris*] circumdaris, MS.

[3] *accusaretur*] acusaretur, MS.

[4] *est*] Supplied from conjecture.

[5] *apostatavit*] apostavit, MS.

[6] *commentis*] comentis, MS.

[7] *ejus*] Interlined.

[8] *ecclesia*] ecclesiam, MS.

. natus apud Coventre. Judæa autem clanculo evasit, A.D. 1223.
. unde Falco doluit dicens, "Doleo, quod iste solus de-
. scendit ad inferos." Ex relatu magistri Johannis de
. Basingestoc, archidiaconi Londoniensis, qui interfuit.

De altercatione cruenta inter Leolinum et Willelmum Marescallum.

Rog.Wend. iv. 84. Eodem anno, dum Willelmus Marescallus, comes Penbroc, fuit in Hibernia, Leolinus, rex Walensium, in Hostilities in Wales.
Rog.Wend. iv. 85. manu forti cepit duo castella prædicti W[illelmi], et omnes quos in eis invenit, impositis suis, privavit capitibus. Sed cum post dies paucos hoc ad notitiam prædicti W[illelmi] pervenisset, rediit cum festinatione in Angliam, et, exercitu maximo congregato, castella prædicta obsedit et violenter cepit, reddens Walensibus talionem. Ac deinde, ad majorem dicti facinoris vindictam, terram Leolini hostiliter ingressus, igne et ferro quæquæ sibi obvia letaliter devastavit. Quod audiens Leolinus, venit contra Marescallum in fortitudine gravissima. Sed Marescallus, Marte sibi propitio, ¶ *Vindicta cruenta.* inimicos acriter invadens, multis Walensibus interfectis, omnes in fugam coegit, et fugatos trucidavit. Æstimati sunt autem interfecti et vinculis mancipati ex ipsis Walensibus ad novem milia hominum, paucis ex omnibus per fugam elapsis.

Walterus Mauclerc fit episcopus Karleolensis.[1]

Rog.Wend. iv. 85. Eodemque anno, circa festum Dominicæ Ascensionis, 1 June.
. Walterus, cognomento [2] Malus-clericus, qui a pubescen- Walter Mauclerc made bp. of
. tibus annis curiam exercuerat, non moribus sed rege et Carlisle.
. aulicis intercedentibus, consecratus est in episcopum Carleolensem, per manum Walteri, archiepiscopi Eboracensis.

---

[2] A small crosier is drawn in the margin.

[2] *cognomento*] congnomento, MS.

A.D. 1223. *De oleo miraculoso, quod prorupit de tumba beati Willelmi.*

Miraculous oil flows from the tomb of St. William, at York.

Circa idem tempus prorupit oleum lucidissimum in magna ecclesia apud Eboracum de tumba beati Willelmi, ejusdem ecclesiæ quondam archiepiscopi. Eodemque anno Romæ pluit terra sanguinea per tres dies, admirantibus, immo potius obstupentibus, qui hæc non præviderunt, universis. Rog. Wend. iv. 85.

Shower of bloody earth at Rome.

De morte Philippi, regis Francorum.[1]

Death of Philip II., king of France.

Eodem tempore, circa festum beati Petri ad Vincula, Philippus, rex Francorum, iii°. idus Augusti,[2] in signum declinantis æstatis, id est, Francorum prosperitatis, diem clausit extremum; cujus mortem cometa ardens et crinita, quæ paulo ante[3] Francis manifeste apparuerat, indicavit. Ipsius igitur obitu divulgato, Henricus III., rex Anglorum, misit archiepiscopum Cantuariensem[4] cum tribus episcopis ad Lodouuicum, filium ejus, jam in regem Francorum coronatum, constanter exigens, ut redderet sibi Normanniam, cum aliis terris transmarinis ad jus suum spectantibus, sicut juraverat in recessu suo ab Anglia, quando pax facta fuerat inter ipsum et regem Angliæ, consentientibus hinc inde magnatibus universis. Ad hæc Lodouuicus respondens dixit, se Normanniam et terras alias juste possidere, sicut ostendere paratus erat in curia sua, si rex Angliæ ad eam voluerit venire, ibidem in omnibus juri pariturus. Respondit præterea, quod juramentum in Anglia factum ex parte regis Anglorum violatum enor- Rog. Wend. iv. 86.

1 Aug.

11 Aug.



¶ *Arduum nuncium.* Henry sends to Louis VIII. to demand the restitution of Normandy.

[1] On the lower margin is drawn the shield of France reversed, *viz.*, azure, semée of fleurs-de-lis or, 3, 3, 2, 1; and beneath is written in red, "*Obiit Philippus, rex Francorum.*"

[2] *iii°. idus Augusti*] Inserted also in C. The death of Philip II. really took place 14 July. See "L'Art de Vérifier les Dates," i. 581.

[3] *ante*] Interlined.

[4] *Cantuariensem*] In E. the name *S*[*tephanum*] is supplied.

miter fuerat, dum imprisii sui, qui apud Lincolniam capti fuerant, ad redemptionem gravissimam sunt compulsi. De libertatibus autem regni Angliæ, pro quibus guerra juste mota fuit, quæ in recessu suo spontanea voluntate et sereno vultu concessæ fuerant, et ab ipso rege et omnibus aliis magnatibus[1] hinc inde juratæ, effectum promissum non sortiuntur, nec ad statum pristinum debitum ac rogatum sunt reductæ, sed et illis nequiores per totum regnum Angliæ sunt generaliter constitutæ. "Immo, quod magis fuit tirannicum, quendam nobilissimum[2] civem Londoniensem, eo quod professus est se amicum meum fuisse, suspendio dampnavit.[3] Dum igitur in pectore meo vitalis spiritus palpaverit, postulata nullatenus pacti transgressor[4] possidebit.[5] Dignus enim est[6] repelli et conculcari, qui, jure postposito, suos persequitur et conculcat." Quod audientes archiepiscopus et episcopi, cum aliud responsum habere non poterant, cum sannis ad propria sunt reversi, regi Angliæ quæ audierant relaturi. Et tunc pœnituit regem Angliæ tam favorabiliter cum Lodowico, qui in retiaculum suum inciderat, composuisse. Imponens hoc per Marescallum fuisse machinatum, cum tamen omnia ei ad votum feliciter accidissent, si fides effectum tenuisset compromissum.

A.D. 1223.

Louis refuses to comply with the demand.

fol. 108 *a*.

Barones terræ murmurant contra Hubertum de Burgo.

Rog. Wend. iv. 88.

Eodem quoque anno surrexit murmuratio non modica inter magnates Angliæ contra Hubertum de Burgo justiciarium, qui se supra se gerens, nimis omnia[7] voluntati regis incurvavit, qui jam æquis oculis magnates

The barons murmur against Hubert de Burgh.

---

[1] *magnatibus*] magnitibus, MS.
[2] *nobilissimum*] nobilissum, MS.
[3] *dampnavit*] dapnavit, MS.
[4] *pacti transgressor*] On an erasure.
[5] *possidebit*] possisidebit, MS.
[6] *est*] Interlined.
[7] *omnia*] On an erasure.

A.D. 1223. suos non respiciebat. Dicebant etiam ad invicem, quod diatim suas tantum possessiones accumulans, animum[1] regis exasperabat contra illos, et quod similiter non æquis legibus regnum gubernabat, et regem non[2] moribus, ut expedivit et decuit, informavit. Quod horrendum fuit pro regis juventute, quia, quod "nova testa capit, inveterata sapit?"[3] Accessit præterea ad majoris odii incentivum adventus nunciorum regis, quos Romam miserat, qui bullam domini papæ[4] archiepiscopis Angliæ et eorum suffraganeis, quæ talem continebant sententiam, detulerunt,[5] videlicet, quod dominus papa regem Angliæ plenæ ætatis adjudicaverat, ut de cetero negotia regni idem rex principaliter cum suorum domesticorum consilio ordinaret. Significavit etiam executoribus prælibatis dominus papa in literis supradictis, quatinus auctoritate apostolica denunciarent comitibus, baronibus, militibus et aliis universis, qui custodias habebant castrorum, honorum et villarum, quæ ad regis dominicum spectabant, ut continuo, visis literis, regi illas redderent; contradictores autem per censuram ecclesiasticam ad satisfactionem compellendo. Unde pars maxima comitum, quorum corda concupiscentia allexit, hujusmodi præcepta indigne ferens, bellumque suscitare disponens, convenit in unum, et, conspiratione facta, supradictas occasiones prætendebat, ut pacem regni perturbaret; unde regi resignare prædicta pars renuit, pars suprasedit, pars obedit. Sed hæc infra.

The pope declares Henry of age, and able to rule the kingdom.

Rog. Wend. iv. 89.

Some of the nobles conspire against the king.

De cruce sancta apud Bromholm.

Anno quoque sub eodem apud Bromholm crebuerunt divina miracula, ad gloriam et honorem Dominicæ Passionis et veræ crucis. De cujus crucis allatione et

Miracles of the holy Cross at Bromholm.

Rog. Wend. iv. 89.

---

[1] *animum*] anmum, MS.

[2] *non*] Interlined.

[3] Founded on Horat. Ep., lib. i. ii. 69.

[4] *papæ*] A word has been here added in marg., but afterwards erased.

[5] *detulerunt*] Added in marg.

. domui illi collatione, siquis historiam scire desiderat, in A.D. 1223.
. libris multorum[1] illam inveniet sedulus indagator.

. *Qualis fuit Lodouuicus, rex Francorum, in regimine regni sui.*

. Annorum vero sub illorum profluvio, mortuo, ut præ- The treasure left by Philip II. in aid of the Holy Land, spent by the pope.
. tactum est, sapientissimo Francorum rege Philippo, et
. apud Sanctum Dionisium[2] magnifice tumulato, pars
. magna thesauri sui, prout vivens disposuerat, sub titulo
. testamenti assignata est ad succursum Terræ Sanctæ.
. Sed dominus papa, qui ad hoc constitutus erat prin- ¶ *Nota prodigalitatem.*
. cipalis executor, omnia in guerra sua contra impera- ¶ *Nota quantum regnavit rex Francorum Philippus.*
. torem, ecclesiæ inimicum,[3] Frethericum[4] exposuit. Hic
. Philippus rex suscipiens regnum Franciæ, patre suo
. Lodouuico rege pio adhuc vivente, anno scilicet ætatis
. suæ xv°., regnaverat annis xl^a.iiii^or. Cui, ut prælibatum est, successit Lodouuicus, ejusdem [Philippi] primo- Character of Louis VIII.
. genitus, sed multum dissimiles hic vir et ille puer.
. Ipse namque Lodowicus vir fuit uxorius et delicatus,
. fluens deliciis, verbis multiplex, actione pusillanimis
. ac infidelis. Ideo, Deo vindice, abbreviati sunt dies
. ejus, ut suo loco dicetur.

. *Rex Johannes Ierosolimitanus et Magister Hospitalis venerunt in Angliam.*

. Eodem quoque anno Johannes de Bresnes, rex Iero- John de Breisne, king of Jerusalem, and the Master of the Hospital come to England
. solimitanus, et magnus Magister Hospitalis Ierusalem
. venerunt in Angliam, circa octabas apostolorum Petri
. et Pauli, pro auxilio postulando ad Terræ Sanctæ sub-
. sidium. Quos rex satis civiliter respexit et honoravit,
. et pro anima patris sui crucesignati de thesauro suo 6 July.

[1] *libris multorum*] On an erasure. The narrative is in Wendover, iv. 89–91, and in B. C. In the Annals of Dunstable, p. 158, these miracles are assigned to the year 1225.

[2] *Dionisium*] Interlined.

[3] *ecclesiæ inimicum*] Added on to the text.

[4] *Frethericum*] Fretherium, MS.

A.D. 1223. affluenter distribuit. Rex autem Ierusalem remeando
Offerings made at the tomb of St. Thomas. apud Cantuariam in ecclesia[1] Sanctæ Trinitatis ad tumbam sancti Thomæ veniens et orans, ex innata sibi munificentia optulit beato martiri iiii^{or}. maximos saphiros, quibus non vidimus nobiliores.

De obitu Exoniensis et Cestrensis episcoporum.[2]

Deaths of the bps. of Exeter and Chester. Tempore quoque sub eodem magister S[imon] de Apulia, episcopus Exoniensis, circa festum Exaltationis
14 Sept. sanctæ Crucis, et Willelmus de Cornhulle, episcopus Cestrensis, circa idem tempus, naturæ debita persolverunt.

Qualiter rex Anglorum, invitis baronibus, dominica castella sua in usus suos recepit.

A.D. 1224. Anno Domini M°.CC°.XX°.IIII°., qui est annus regni Rog. Wend. iv. 92.
Henry keeps Christmas at Northampton. regis Henrici III. nonus, idem[3] rex Henricus III. ad Natale tenuit curiam suam apud Norhamtonam, præsente archiepiscopo Cantuariensi, cum plurimis episcopis
The earl of Chester holds out against the king and justiciary. et militiæ multitudine copiosa. Comes vero Cestrensis R[anulphus] cum suis conspiratoribus apud Legrecestriam festum suum tenuit, tumens et minas ampullosas contra regem et justiciarium exaggerans, pro custodiis castrorum ac terrarum, quas rex exigebat ab illo. In crastino autem, post missarum sollempnia, archiepiscopus Cantuariensis cum suis, quos habebat[4] tunc præsentes, episcopis, albis induti vestibus cum candelis accensis, excommunicaverunt[5] omnes regis[6] et regni
He is threatened perturbatores et sanctæ ecclesiæ et rerum ecclesiasticarum invasores. Deinde misit idem archiepiscopus sol-

[1] *ecclesia*] ecclesiam, MS.

[2] In the margin are drawn two small mitres and crosiers reversed.

[3] *qui . . , idem*] Added in marg.

[4] *quos habebat*] Partly on an erasure.

[5] *excommunicaverunt*] In the margin is written *vel vit*, i.e. *excommunicavit*, and so in E.

[6] *regis*] regi, MS.

lempnes nuncios ad Legrecestriam, ad comitem Cestrensem et suos complices, firmiter denuncians, quod nisi in crastino resignarent in manus regis omnia castella et honores ad coronam spectantes, ipse et omnes episcopi nominatim excommunicarent illos, sicut eisdem a domino papa fuerat demandatum. Tunc comes Cestrensis et ejus complices, cum per exploratores suos edocti fuissent quod rex majorem quam ipsi numerum habuit armatorum, consternati sunt[1] valde, quia, si facultas eis suppeteret, in regem propter justiciarium, in quem culpam refundebant, potenter arma movissent. Sed cum proprium conspexissent defectum, verebantur recalcitrare, et excommunicationem ex altera parte vehementer formidabant. Unde salubriori usi consilio, venerunt apud Norhamtonam ad regem, et a comite Cestrensi incipientes, reddiderunt singuli castella et municipia sua, honores et custodias regi, quæ ad coronam spectare videbantur. Instillatum[2] quippe fuerat illis in auribus secreto, quod si promta voluntate ea regi ilico[3] resignassent, statim illis redderet resignata, quod tamen non est factum. Mansit tamen nihilominus eorum indignatio versus regem, quia noluit ad eorum instantiam justiciarium, qui hæc omnia videbatur procurasse, amovere. Erant autem hujus dissidii[4] incentores, comes Cestrensis R[anulphus] principalis, comes Albemarliæ, Johannes, constabularius Cestriæ, Falcasius cum suis castellanis, Robertus de Veteri-ponte, Briennus de Insula, Petrus de Malo-lacu,[5] Philippus Marc, Willelmus de Cantelupo, Willelmus, filius ejus, et multi alii, qui pacem regni turbare conabantur.

A.D. 1224.

with excommunication by the abp. of Canterbury.

fol. 108 *b*.

Rog. Wend. iv. 93.

The earl and his associates give up their castles.

Names of the rebellious barons.

---

[1] *sunt*] Repeated by error.

[2] *Instillatum*] At first written *Instillati*, but corr. in marg.

[3] *ilico*] On an erasure.

[4] *dissidii*] discidii, MS.

[5] *Malo-lacu*] So also E.; *Malolcone*, W. B. C.

A.D. 1224. *Quomodo Lodowicus, rex Francorum, Rupellam sibi subjugavit.*

The city of Rochelle delivered up to Louis.

Eodem quoque anno rex Francorum Lodowicus adversus regem Anglorum[1] iram et odium reservans in corde, duxit exercitum grandem ad Rupellam, ut et illam armis aut prece vel pretio vel proditione sibi subjugaret. Quo cum pervenisset, optulit civibus non modicam pecuniam, ut villam suam si reddentes, fidelitatem sibi facerent, forentque ei de cetero illi penitus intendentes. At cives, cum a rege Anglorum se quasi derelictos reputarent, tam prece quam pretio tanquam nativi proditores inducti, regi Francorum sine aliqua controversia clam et subito Rupellam tradiderunt. Qua amissa, enervatum est quicquid residuum rex Anglorum habuit in Pictavia. Est enim Rupella tanquam clavis, introitus, porta et portus Pictaviæ, ubi reges Anglorum et milites ad defensionem illarum regionum applicare consueverunt; quibus nunc via,[2] quasi hostili repagulo, miserabiliter est præclusa. Rex igitur Francorum tam in villa quam in castello suos milites posuit ac servientes; ac deinde, de maxima parte Pictaviæ securitate recepta, sine sanguinis effusione gaudens ad propria remeavit bene ditatus,[3] et de Pictavensium proditione subridendo.

Rog. Wend. iv. 93.

R. Wend. iv. 94.

De obsidione castri Bedefordensis, et concilio Norhamtoniæ.

Council held at Northampton.

16 June.

Per idem tempus convenerunt ad colloquium in octavis sanctæ Trinitatis, apud Norhamtonam, rex cum archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus et aliis multis, de regni negotiis tractaturi. Voluit enim rex uti consilio magnatum suorum de terris transmarinis,

Rog. Wend. iv. 94.

[1] *Anglorum*] Interlined.

[2] *via*] At first *via est*, but *est* erased.

[3] *bene ditatus, et*] On an erasure.

quas rex Francorum occupaverat. Nempe fuerunt eo tempore apud Dunestapliam justiciarii, quos Itinerantes appellamus, Martinus videlicet de Pateshulle, Thomas de Muletune, Henricus de Braibroc, et alii, qui ibidem tenebant placita regis de nova disseisina. Ubi Falcasius inter alios, qui multos spoliaverat, cecidit in misericordia regis de triginta paribus literarum et amplius, de quibus singulis in centum libris erga regem debuerat condempnari. Hoc autem cum Falcasio fuerat intimatum, iratus est valde; unde credens se posse gerere[1] tempore illo sicut consueto, nimis inconsulte agens, jussit militibus suis, qui in præsidio castri Bedefordensis erant, quatinus in manu armata ad Dunestapliam accedentes, justiciarios præfatos caperent, atque vinculis constrictos apud castrum de Bedeford in custodiam detruderent carceralem. Justiciarii autem talia præcognoscentes,[2] cum festinatione recesserunt quo impetus eos fortuitus deducebat. Inter quos Henricus de Braibroc incaute fugiens, captus est a militibus et satis inhumane tractatus, et apud castrum de Bedeford carcerali custodiæ mancipatus. Rumore itaque divulgato, venit uxor prædicti Henrici apud Norhamtonam ad regem, et, audiente universo concilio, de viro suo cum lacrimis querelam deposuit. At omnes una voce consilium regi dederunt, quatinus ilico, omnibus aliis prætermissis, in manu valida ad castrum memoratum accedens, tantam temeritatem studeat primitus vindicare. Quod et sic factum est. Missis igitur a rege nunciis ad custodes castelli, petiit ingressum sibi dari, et Henricum justiciarium sibi reddi demandavit. Willelmus autem de Breaute, frater Falcasii, et alii jam inclusi, priori de Neuhenham et aliis domini regis nunciis responderunt, se castellum non reddituros, nisi

A.D. 1224.

Faukes [de Breauté] condemned to pay a heavy fine.

He orders his troops in Bedford castle to seize the justiciaries.

Rog. Wend. iv. 95.

Henry de Braibroc falls into their hands.

The king besieges the castle.

[1] *gerere*] This word has been partly erased, but no other is supplied in its place.

[2] *præcognoscentes*] precongnoscentes, MS.

A.D. 1224. inde a domino suo Falcasio præceptum haberent, et ob hoc præcipue, quod regi de homagio vel fidelitate non tenebantur astricti. Iratus igitur rex, et merito, jussit castellum obsidione vallari; prælati quoque omnes obsessos excommunicaverunt. Quod factum est xvi°.[1] Cf. Rog. Wend. iv. 96, 97.

16 June. kalendas Julii. Quid plura? Lapides hinc inde jaciuntur; ingruit grando spiculorum, catervatim ruunt

Assault described. armati ad dejectionem[2] murorum, alternisque[3] moriuntur vulneribus; fit insultus acerrimus, die nocteque continuatus; in quo certamine duo nobiles perierunt. Tandem violenter ingressi castellum, equos, arma, victualia, machinas arripiunt inclusorum. Quorum pars fol. 109 *a*. in turrim confugit, et, ut jugularent Henricum de Braibroc, quem quasi captivum et obsidem tenebant, omnes jurando comminabantur. Pars autem domino regi se repræsentavit, non potens amplius resistere. Regales igitur turrim viriliter aggredientes, cito partem maximam contriverunt; et nisi esset Henricus prædictus, quem servare cupiebant habere et[4] illæsum, omnes incendio consumpsissent. Tandem nullo modo se potentes

The besieged surrender, and are hung, with the exception of three. amplius defendere inclusi, descenderunt coacti[5] de turri, et exeuntes de castello, misericordiam regiam prostrati ante pedes regis cum lacrimis et singultibus postulabant. Sed quia hoc sero fecerunt, suspendio sunt addicti. Suspensi sunt itaque inter milites et servientes circiter xxiiii^{or}. Tamen, multiplicatis intercessoribus et intervenientibus quibusdam rationibus excusatoriis, pepercit rex tribus, qui tamen propter regis jusjurandum salvandum laqueati a terra suspensi sunt,

---

[1] *xvi°.*] So read W. B. C., but add, "die videlicet Jovis proximo post octavas Trinitatis." In 1224 Trinity Sunday fell on the 9th June, therefore the octave was on the 16th, and the Thursday following would be xii°. kal. Julii [20 June].

[2] *armati ad dejectionem*] Added in marg.

[3] *que*] Interlined.

[4] *et*] Added in marg.

[5] *coacti*] Added in marg. to supply a word erased in the text.

. sed non usque ad mortem. Henricus vero de Braibroc, A.D. 1224.
. regius justiciarius, exiens illæsus, Deo et sancto Leo- Henry de Braibroc escapes unhurt.
. nardo et regi, cui sese gaudens præsentavit, gratias
. impendendo. Durante vero obsidione, distracta sunt
. blada in maneriis Falcasii, utensilia, et omnia quæ
. poterant inveniri. Falcasius autem spe falsa seductus, Repentance of Faukes, as reported by Alexander, bp. of Chester.
. et promissione comitis Cestrensis et quorumdam [1] ali-
. enigenarum, prout cum lacrimis profitebatur, infeliciter
. deceptus,[2] cum de suspendio fratris sui W[illelmi] et
. aliorum sibi carissimorum plenius certificaretur, corruit
. in terram in extasim; et tandem respirans et præcor-
. dialiter suspirans, glorificavit Deum dicens, "Vere per-
. cussit et contrivit me, jacto lapide, beatus quem offendi
. prothomartir Anglorum Albanus sanctissimus, immo
. Deus per ipsum!" Erat autem ibidem præsens bonæ
. memoriæ Alexander, episcopus Cestrensis, qui hæc
. omnia præsentium scriptori enarravit, et scitur quia
. verum est ejus testimonium. Post fletum autem et He asks mercy of the king,
. suspiria deprecabatur Falcasius memoratum episcopum,
. ut sub conductu et protectione ejus ante dominum
R.Wend. iv. 98. . regem tutus duceretur. Quod et factum est. Cumque
ante regem apud Bedeford venisset, corruens pronus ad
pedes ejus postulavit, quatinus pro magnis obsequiis et
laboribus periculosis ac sumptuosis sibi ac patri suo
necessariis, tempore hostilitatis impensis, misericordiam
non judicium subiret. Tunc rex per consilium tradidit and is committed to the charge of the bp. of London.
illum, castellis, terris, ac rebus omnibus sententialiter
spoliatum, sub custodia Eustachii de Fauconberge, epi-
scopi Londoniensis, donec quid de corpore suo quidem [3]
. fieret,[4] judicialiter diffiniretur. Quem cum accepisset
. episcopus, subridendo dixit Falcasio, "Quondam apud
. Bedeford ecclesiam Sancti Pauli subruisti, nunc autem [5]

---

[1] *quorumdam*] In the text *quorum*, and *dam* added in marg.

[2] *deceptus*] After this word, *Falcasius* is repeated in the margin, and in the text of E., but superfluously.

[3] *quidem*] At first written *quid.* Om. E.

[4] *fieret*] *et* is here interlined, and so in E., but disturbs the sense.

[5] *nunc autem*] Added in marg.

A.D. 1224. tenet te[1] minister ejusdem sancti Pauli,[2] suæ custodiæ mancipatum." Cui Falcasius, "Sanctum Paulum, sanctum Albanum, sanctam Etheldredam, et multos sanctos Dei pro amore regis offendi. Et mala mea nunc[3] exaggerantur super caput meum." Et cum dixisset hæc, respiciens[4] vidit fratrem suum W[illelmum] suspensum,[5] et cognatos[6] suos, et amicos et socios suos, quos habuit carissimos,[7] patibulis per ordinem, lacrimabiliter ingemuit, et dixit, "O quam dura, quam dira est Dei et sanctorum ejus vindicta, et quanto tardior tanto severior![8] Heu mihi! quod in tantum protrahitur vita mea, ut hunc diem viderem; quod per peccatum meum[9] tot strenui totque nobiles tam abjecte perierunt." De hoc igitur casu quidam sic ait, Rog. Wend. iv. 98.

Versus.

"Perdidit in mense, Falco tam fervidus ense,
Omine sub[10] sævo, quicquid quæsivit ab ævo."

The bp. of London's facetious reply.

Et episcopus, sicut erat homo misericors et tamen jocundus, sicut postea nobis narravit, redarguendo ait, repetens et exponens illud Ovidianum,

"Si de tot læsis sua numina quisque deorum
Vindicet, in pœnis non satis unus eris."[11]

Pro hoc nomine "deorum" poni potest, catholice loquendo, "sanctorum;" et sic, dilatato peccato, vindicta et pœna dispergitur in consortes. Hæc propensius duximus enarrandum, ne quis credat impune se posse quomodolibet similia perpetrare.

---

[1] *te*] Interlined.

[2] *sancti Pauli*] Pauli sancti, MS., but marked to be transposed.

[3] *nunc*] Added on to the text.

[4] *hæc, respiciens*] Partly on an erasure.

[5] *suspensum*] In the margin is written, in a hand of the 15th century, this note: "corpus Willielmi jacet sepultum juxta aquam, inter Niwenam et castrum."

[6] *cognatos*] congnatos, MS.

[7] *carissimos*] carismos, MS.

[8] *sævior*] In the margin is added: "*Testimonium.* Gregorius. Lento gradu divina procedit severitas, sed tarditatem gravitate compensat." This is inserted in the text of E.

[9] *meum*] Interlined.

[10] *sub*] tam, E.

[11] Ovid. Ep. ii. 43.

De consecrationibus quorumdam episcoporum. A.D. 1224.

Consecration of some bishops.

Sub illius vero anni curriculo consecrantur in episcopos Alexander de Stauenesbi in Cestrensem, Romæ a domino papa;[1] Willelmus, nepos Willelmi Briuere senioris, in Exoniensem; Radulphus de Nevilla in Cicestrensem, a Cantuariensi archiepiscopo S[tephano].

Character of Ralph de Neville, when chancellor.

Qui dico Radulphus, cancellarius regis, permansit in multis postea periculis fidelis, expertus, et singularis in regni negotiis columpna veritatis. Suscepit autem sigilli custodiam[2] totius barnagii Angliæ assensu et consideratione.[3]

De quodam, qui se asserebat fuisse imperatorem Constantinopolitanum.

Return of one who asserts himself to be count Baldwin of Flanders.

Anno quoque sub eodem quidam senilis ætatis, eloquens[4] tamen et gestu magnus ac nobilis, venit in regnum Francorum, asserens se fuisse comitem Flandriæ Baldeuuinum, qui postea in imperatorem Constantinopolitanum promovebatur. Cui multi fidem præbuerunt et favorem, et etiam fecerunt, quasi domino naturali, fidelitatem, et pecuniam multam præbuerunt.

He is captured and hung.

Tandem, procurante comitissa Flandriæ, quam memoratus senex asseruit esse filiam suam, captus est idem senex, et ignominiose nimis in patibulo suspensus.[5] Comitissa quoque[6] fecit duos veteres canes suspendi hinc inde, et fimo equino cadaver mortui suffumigari.

---

[1] In B.C. is added "die Paschæ" [12 April].

[2] *custodiam*] cusdiam, MS.

[3] Ralph de Neville was made chancellor, 12 Feb. 1227. See Dugdale's "Orig. Judic."

[4] *eloquens*] elequens, MS.

[5] *suspensus*] Originally *suspensus est*, but *est* erased.

[6] *Comitissa quoque*] Added in marg.

Concessa est regi xv^ma^. pars rerum mobilium.

A.D. 1225. Henry keeps Christmas at Westminster.

Anno Domini M°.CC°.XX°.V°., qui est annus regni regis Henricus III. decimus, idem[1] rex Henricus III. ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Westmonasterium, præsentibus clero et populo cum magnatibus regionis. Sollempnitate igitur, ut decebat, completa, Hubertus de Burgo justiciarius, ex parte regis proposuit coram archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, et aliis regni nobilibus universis ad hoc congregatis, dampna[2] et injurias, quæ regi illata fuerant in partibus transmarinis; ex quibus non solum rex, sed et comites multi et barones sunt exheredati cum ipso. Et cum multi sint in causa, multorum subventio foret necessaria. Petiit ergo ab omnibus consilium pariter et auxilium, quibus corona[3] Angliæ, dignitates amissas ac jura posset pristina revocare. Ad hoc quoque plene perficiendum regi sufficere credidit, si ei quintadecima pars omnium rerum mobilium totius regni Angliæ, tam a personis ecclesiasticis quam a laicis, donaretur. Hiis in hunc modum prosecutis, archiepiscopus et concio tota aliorum, habita deliberatione, regi dedere responsum, quod regis petitionibus, licet magnum postulasset, obtemperarent, si illis diu petitas libertates et sæpe concessas, omni amplius cavillatione remota, concedere voluisset. Annuit itaque rex, precibus ac rationibus ductus, quod[4] petebant magnates; cartisque protinus conscriptis et regis sigillo communitis, ad singulos Angliæ comitatus cartæ sigillatæ[5] diriguntur. Et ad provincias illas, quæ in forestis sunt constitutæ, duæ cartæ sunt directæ, una scilicet de libertatibus commu-

Rog. Wend. iv. 99.

fol. 102 *b*.

Rog. Wend. iv. 100.

An aid of a fifteenth is granted, on condition that the liberties demanded should be conceded.

The Charters of Liberties and of the

---

[1] *qui . . . idem*] Added in marg.

[2] *dampna*] dapna, MS.

[3] *corona*] coronam, MS.

[4] *precibus . . . quod*] On an erasure, and probably written originally, as in W. B. C., *cupiditate ductus, quod.*

[5] *sigillatæ*] At first written *sigillæ*; singulæ, W. B. C.

nibus, et altera de libertatibus forestæ.[1] Istarum autem tenor cartarum superius habetur expressius, ubi historia regis J[ohannis] describitur, quibus istæ cartæ, de quibus modo agitur, in nullo videntur discrepare. Tunc constitutus est dies certus ad mensem post Pascha, ut de singulis comitatibus regni xii. milites et legales homines eligerentur, qui, præstito juramento, novas a veteribus discernerent forestas; ut omnes illæ, quæ inventæ fuerint afforestatæ post primam coronationem Henrici II., istius regis avi, statim deafforestarentur. Et sic, soluto concilio, delatæ sunt cartæ singulæ ad singulos comitatus, ubi ex regis mandato literatorio, interposito juramento, ab omnibus observari jubebantur.

A.D. 1225. Forest are sent to every county.

A term set to appoint juries to view the forests.

Ut rex Anglorum Henricus III. Ricardum, fratrem suum, cingulo donaverit militari.[2]

Rog.Wend. iv. 100. Eodem anno, in die Purificationis beatæ Mariæ, Ricardus,[3] frater regis Angliæ, ab eodem rege donatus est cingulo militari, et x. nobiles cum eodem, qui ad ejus sunt obsequium deputati. Qui postea, tempore vernali, a rege cum Willelmo, comite Saresbiriensi, et Philippo de Albineto militibusque xl[a]. in Wasconiam missus, apud Burdegalim est appulsus.[4] Quorum adventus cum archiepiscopo civitatis et civibus divulgatus fuisset, honorifice ab omnibus sunt recepti. Deinde, congregatis civibus, coram archiepiscopo et nunciis regis, Ricardus, frater regis prædicti, literas fratris sui archiepiscopo et civibus cunctis porrexit, in quibus rex humiliter supplicavit, quatinus omnes fideles sui de regionibus illis fratrem ejus amicabiliter susciperent, consilium ei præstantes et

Rog.Wend. iv. 101.

2 Feb. Richard, earl of Cornwall, knighted, and sent with forces to Gascony.

His proceedings there.

[1] See note in vol. i. p. 157. These charters are given at length in Ann. Burton., p. 225, ed. Luard, and Hemingburgh, i. 265, under the year 1224.

[2] In the margin is drawn, in trick, the shield of Richard, *viz.* [argent], a lion rampant double quevé [gules], crowned [or], within a border [sable] bezanté [or].

[3] *Ricardus*] Repeated, but expuncted.

[4] *est appulsus*] On an erasure.

A.D. 1225. auxilium, quibus terras suas amissas posset revocare. At omnes gaudenter ipsum suscipientes, regi Angliæ per ipsum subjectionem fecerunt. Venerunt igitur multi de partibus illis milites et servientes, quibus cum stipendia sufficienter ministrasset, in ejus obsequio remanserunt.

Created earl of Poitou, and Gascony granted to him by charter.

Dederat ei namque rex, ante recessum suum ab Anglia, comitatum Cornubiæ, cum tota Pictavia; unde ab omnibus comes Pictaviæ vocabatur, titulusque literarum suarum, "Comes Pictaviæ et Cornubiæ." Clamque dederat ei Wasconiam, et incartaverat.[1] Itaque comes Ricardus, cum avunculo suo W[illelmo], comite Saresbiriensi, et Philippo de Albineto et militia copiosa, processit per villas et castra Wasconensis regionis, et contradicentium, ne homagium ei ut primi facerent, castra et possessiones sibi potenter subjugavit. Nam castrum Regulæ cum villa longa obsidione cepit, villamque Sancti Macarii cum municipio optinuit; Bregerac castrum obsedit, et dominum ejus ad regis fidelitatem revocavit.

He takes La Reule, and other places.

Rog.Wend. iv. 102.

Militia, quam rex Francorum misit ad succursum, vincitur.

Louis orders the count of March to oppose him.

Rex autem Francorum Lodowicus hæc audiens, Hugoni, comiti de Marchia, aliisque Pictaviæ baronibus dedit in mandatis, quatinus ad castrum de Regula, quod comes R[icardus] obsederat et morabatur, hostiliter ac potenter accedentes, comitem R[icardum] captum sibi præsentarent, obsessis liberatis. Comes vero de Marchia, adjunctis quibusdam baronibus partium illarum, cum militibus et apparatu non modico, ad prædictam obsidionem dissolvendam fastigiose nimis processit. Sed comes R[icardus] cum sociis, super hiis præmunitus, paravit ei insidias, et, parte exercitus sui ad obsidionem dimissa, ipse cum parte armatorum probatissima ad

Rog.Wend. iv. 102.

[1] *Clamque . . . incartaverat*] Added in marg.

nemus quoddam, quod prope erat, divertens, hostes venientes clam expectavit ibidem. Qui dum incauti locum insidiarum versus obsidionem pertransissent, comes R[icardus] et sui cum horribili strepitu buccinarum et hastarum vibramine prorupit de nemore, subito irruens in hostes; durissimoque atque dirissimo conflictu inito, in fugam adversarios compulerunt. Quos comes R[icardus] ardenter insecutus, bigas hostium et summarios, cum spoliis, armis, vasis, et omni supellectili[1] sibi appropriavit, multis ex fugientibus captis, vel interfectis. A.D. 1225. He is defeated by Richard.

Obiit J[ohannes], episcopus Elyensis. Succedit ei Gaufridus de Burgo.

Rog.Wend. iv. 102. Eodem quoque anno Johannes, Elyensis episcopus, diem clausit extremum. Cui successit Gaufridus de Burgo, plus potestate Huberti de Burgo procurante, quam meritorum excellentia vel scientiæ; frater enim ipsius extiterat, et prius archidiaconus Norwicensis.[2] Death of John, bp. of Ely. Geoffrey de Burgh, archdn. of Norwich, succeeds.

De exilio Falcasii.

Rog.Wend. iv. 103. Circa hos quoque dies, mense scilicet Martio, convenerunt apud Westmonasterium ad colloquium rex cum magnatibus suis; ubi idem rex jussit sententialiter diffinire, quid de proditore suo Falcasio foret agendum. Proceres vero in hoc omnes consenserunt, eo quod regi ac patri suo multis fideliter servierat annis, multis se opponens periculis, etsi[3] turpissimæ mortis reus esset, ne de vita periclitaretur, vel membris mutilaretur, sed fol. 110 *a*. Angliam perpetuo abjuraret. Quo facto, præcepit rex comiti Warennæ, ut ipsum sub salvo conductu ad Council held at Westminster. Sentence of exile pronounced against Faukes.

[1] *supellectili*] suppellectili, MS.

[2] In B. C. is added, that he was consecrated "in Passione apost. Petri et Pauli" [29 June].

[3] *etsi*] The first syllable is on an erasure.

A.D. 1225. mare perduceret, et navi impositum committeret ventis et Neptuno. Quod cum factum fuisset, dum Falcasius navem ascenderet, adjuravit comitem memoratum cum lacrimis, ut salutaret dominum suum regem; affirmans[1] omnes perturbationes, quas in regno suscitaverat, instinctu quorumdam magnatum Angliæ se fecisse. Et suspiciens et suspirans murmurando ait, "Maledicatur proditio illius et illius, quos nolo nominare."[2] Sicque cum v. tantum servientibus in Normanniam transvectus, confestim ut applicuit a ministris regis Francorum captus est, et regi in vinculis præsentatus. Cui rex, "Audistine de[3] Cradoco, Normanniæ senescallo, qui de ignobili mancipio factus est potens et abundans;[4] et elevans allisit eum Deus[5] propter suas superbias et enormes rapinas, ita quod incarceratus tabuit præ dolore? Similiter erit de te, sed multo plus deliquisti, et plus mali promeruisti." Et cum percepturus erat rex, ut tota vita sua vinculis mancipatus incarceraretur, suggessit ei unus ex magnatibus, dicens,[6] quoniam exul fuit pauper et inglorius, omnibus bonis spoliatus, factus obprobrium[7] hominum et abjectio plebis; præterea, cruce signabatur, ad faciendum peccatorum suorum purgationem et pœnitentiam; præterea, ut datum fuit ei secretius intelligi, clericus fuit infra sacros ordines constitutus; præterea, spurius et ignobilis, nec redimeret eum aliquis de suo genere, etiam si in carcere putrefieret, et illi pauci, quos habuerit parentes, sunt[8] suspensi; quibus de causis vilis fuit undique et abjectus, nec dignus ira Cæsaris. Tunc sprevit eum rex et dimisit. Ipse igitur Falcasius Romam petiturus ilico transalpinavit,[9] ex tunc deditus consiliis Roberti Passe-

He is captured in France, and brought to king Louis.

At first threatened with perpetual imprisonment, but released.

He goes to Rome.

---

[1] *affirmans*] The last syllable is on an erasure.

[2] *illius et . . . nominare*] On an erasure.

[3] *de*] Interlined.

[4] *abundans*] habundans, MS.

[5] *Deus*] On an erasure.

[6] *dicens*] Added in marg.

[7] *obprobrium*] obprium, MS.

[8] *sunt*] Interlined.

[9] *transalpinavit*] tranalpinavit, MS.

. lewe, quem promoverat. Qui solus præstitit ei in tri- A.D. 1225.
. bulationibus suis [1] consilium et consolationem.[2]

De visione, quæ forestæ deaforestari debeant.

Rog. Wend. iv. 103. Eodem anno, ad mensem post Pascha, missi sunt præcepto[3] regis Hugo de Nevilla et Briennus de Insula, cum aliis ad hoc assignatis, per Angliam, ut in singulis forestarum provinciis xii. milites vel homines liberos et legales eligerent, ad deambulandum metas forestarum, ut per eorum sacramentum, quæ forestæ remanere ut prius fuerunt, et quæ deaforestari debeant, discernatur. Facta igitur in brevi regii executione mandati, licet non sine plurimorum contradictione, concessis libertatibus singuli usi sunt, de boscis suis propriis vendentes, assarta facientes, bestias venantes, terram arabilem de inculta sulcantes; ita quod de nemoribus deafforestatis omnes pro libitu disponebant. Et non solum homines, immo et canes, qui solebant expeditari, has libertates se habere sentiebant. Communibus vero libertatibus magnates, milites et libere tenentes adeo usi sunt, quod nec iota unum in regis . carta contentum fuerat prætermissum. Hæc infir- . mando[4] peccavit Robertus Passeleue mortalissime; sed . hoc in sequentibus.[5]

Rog. Wend. iv. 104.

Juries appointed to view the forests.

---

[1] *tribulationibus suis*] Partly on an erasure.

[2] In the margin below has been added a short chapter, with a rubric prefixed, but afterwards erased, and only traces of a few words are now left.

[3] *præcepto*] ex præcepto, E.

[4] *infirmando*] imfirmando, MS.

[5] *Hæc . . . sequentibus*] Added in marg., but in E. inserted in the text.

A.D. 1225. Collection of the tax on moveables.

De collectione quintædecimæ.



Death of Hugh Bigod, earl of Norfolk.

Circa eosdem dies quintædecimæ medietas totius regni omnium mobilium et rerum habitarum colligitur ad opus regis, concessis induciis de altera medietate usque ad festum sancti Michaelis. Eodemque anno obiit Hugo Bigod,[1] comes Orientalium Anglorum, cujus terras et honores omnes rex sub justiciarii custodia deputavit. Rog. Wend. iv. 104.

Ut comes Saresbiriensis a naufragio fuerit liberatus.

William, earl of Salisbury, is miraculously saved from shipwreck.

Per idem tempus Willelmus, comes Saresbiriensis,[2] qui cum comite Ricardo in partibus transmarinis militaverat, ad Angliam transiturus, navem ascendit. Sed cum longo maris periculo [et][3] ventorum turbinibus per dies plurimos et noctes in partes diversas jactaretur, cum ipsis nautis et aliis omnibus, qui in navi erant, de vita penitus desperarent,[4] anulos pretiosos, et quæcunque in auro et argento vel vestibus pretiosis possidebat, pelagi fluctibus commendabat,[5] ut, sicut ad vitam nudus intravit temporalem, ita et nudus a mundo exularet. Et cum in suprema fuisset desperatione constitutus, visus est cereus ingens[6] et magno splendore choruscans ab omnibus, qui in navi periclitabantur, scilicet in summitate mali; et juxta cereum stantem viderunt quandam miræ pulchritudinis puellam, quæ lumen cerei nocturnas[7] tenebras illustrantis a ventorum et pluviarum irruentium injuria conservaret indempne. Rog. Wend. iv. 105. Rog. Wend iv. 106.

---

[1] In the margin is drawn, in trick, his shield of arms, reversed, *viz.* [or], a cross [gules].

[2] *Saresbiriensis*] Sarebr̃, MS.

[3] *et*] Supplied from W. B. C.

[4] *desperarent*] Added in marg.; but, more correctly, *desperatus*, in W. B. C.

[5] *commendabat*] The third syllable is on an erasure.

[6] In the margin is drawn a tall lighted wax taper, in a tripod candlestick.

[7] *nocturnas*] nocturras, MS.

Hac igitur cœlestis visione claritatis tam comes ipse quam nautæ omnes, securitate concepta, divinum sibi auxilium adesse confidebant. Et cum universi quid hæc visio portenderet ignorarent, solus Willelmus comes hujus benignitatis gratiam beatæ Mariæ assignavit. Siquidem die, qua primo donatus fuerat cingulo militari, cereum unum ante altare beatæ Virginis, ut ad missam, quæ diebus singulis in honorem ejus decantatur, jugiter arderet, devotus invenit et sustinuit, ut pro lumine temporali lucem æternam commutaret. Et sic comes a mortis discrimine liberatus, Deo et ejus Genitrici gratias persolvit. A.D. 1225.

Ut magister Otto pro negotiis domini papæ in Angliam venerit.

g.Wend. . 107. Eodem anno magister Otto, domini papæ nuncius, in Angliam veniens pro arduis ecclesiæ Romanæ negotiis, regi literas præsentavit. Sed rex, cognito[1] literarum tenore, respondit, quod solus non potuit diffinire [negotium],[2] quod omnes clericos et laicos totius regni generaliter tangebat. Tunc per consilium archiepiscopi Cantuariensis S[tephani] datus est ei dies a rege in octavis Epiphaniæ, ut, convocatis omnibus clericis et laicis, super præfato negotio apud Westmonasterium contractarent, et, habita deliberatione, responderent. Arrival of Otho, the pope's nuncio, in England.

. 110 *b*. *Ut idem Otto Falcasium regi pacificare studuerit.*

g.Wend. . 107. Eodem tempore idem magister O[ttho][3] ex parte domini papæ, qui Falcasium, non muneribus paucis intervenientibus, in visceribus dilexit caritatis, regem Angliæ humiliter postulavit, ut, Falcasio reconciliato et ab omni juramento ne rediret absoluto, uxorem suam He intercedes with the king for Faukes.

[1] *cognito*] congnito, MS.
[2] *negotium*] Supplied from W. B. C. In E., *illud*.
[3] *O.*] Interlined.

A.D. 1225. cum terris et omnibus rebus amissis ad integrum re- Rog.Wen
stitueret, et ipsum, qui patri suo et sibi in werra sua iv. 108.
tam fideliter militaverat[1] ut humanam et etiam divi-
nam offenderet [dignitatem,[2] pura, ut decebat, diligeret
caritate. Ad quod rex respondit, quod etsi multum
in servitio suo laborasset, omnia fine pessimo conclusit;
unde

The king refuses his prayer.

"Tota trahit series ex illa parte pudorem," [3]

sicut patet in vita hominis penes Deum. Item, idem
F[alcasius] propter proditionem manifestam, seditionem
et perturbationem regni, licet aliis facinoribus inqui-
netur, ab omni clero et populo regni, per judicium
curiæ suæ, ab Anglia perpetuo exulavit; unde et se
abcessurum sine reditu supra sacra juravit. Et hæc
quoque mansuetudo et gratia, multiplicatis interces-
soribus, mitigato juris rigore, quia mortem turpissimam
promeruerat, est concessa. Et, licet regni cura specia-
liter ad regem ipsum pertinere dinoscatur, considera-
tionem suæ curiæ tamen non potest infirmare.[4] Hæc
cum audisset magister Ottho, cessavit ulterius de Fal-
casio regem inaniter sollicitare, licet fuisset ab ipso
F[alcasio] multis conductus donativis.

Magister Ottho cepit procurationes.[5]

The legate takes money for procurations, and the pope exacts large sums.

Tunc idem Ottho cepit ab omnibus ecclesiis Angliæ Rog.W
conventualibus duas marcas argenti, nomine procura- iv. 10
tionis. Et sciendum est, quod tempore quo magister
Ottho venit in Angliam, dominus papa misit nuncios
per orbem universum, exactiones pecuniæ faciens in-
auditas, prout inferius dicetur.

---

[1] *militaverat*] Added in marg.

[2] *dignitatem*] dingnitatem, MS.

[3] Taken from the "Nova Poetica" of Geoffrey de Vinesauf. See Leyser, "Poet. Med. Ævi Hist.," p. 865.

[4] *infirmare*] imfirmare, MS.

[5] In the margin opposite this chapter has been written in red letters, but now partially obliterated, "*Vacat, quia offendiculum.*" It is found, however, in nearly the same words, in W. and B. C.

De constantia comitissæ Saresbiriæ. A.D. 1225.

g. Wend. . 113. Per idem quoque tempus, cum relatum esset pro certo regi, Willelmum, comitem Saresbiriensem, avunculum suum, submersum fuisse, exegit ab eodem rege Hubertus justiciarius, ut uxorem ejusdem Willelmi daret Reimundo de Burgo, nepoti suo, in uxorem, quam[1] honor comitatus illius jure hereditario contingebat. Rex autem, cum petitionem suam acceptando annuisset, si posset ipsam comitissam inclinare ad consensum, misit ilico justiciarius ipsum Reimundum ad comitissam in nobili apparatu militari, quo facilius animum mulieris enervaret. Cumque eam idem Reimundus blandis sermonibus et promissionibus ad consensum conaretur votis[2] suis inclinare, mulier ipsa, ut-
. pote matrona venerabilis et magnanima, ipsum repulit
Wend. . lenocinantem cum magna indignatione, dicens se adhuc
. 114. . de morte viri sui minime certificatam, et, si certificaretur, nunquam ipsum reciperet[3] in sponsum. Hoc
. audito, recessit Reimundus confusus. Et cum postea
. in brevi venisset comes lætus post pericula, facta est
. præsumptio et ambitio Huberti et Reimundi in sibilum
. multorum et derisum. Ex tunc igitur inter magnates
. Angliæ, licet multa bona antea fecisset Hubertus[4] de
. Burgo, fama et conditio ipsius non mediocriter cœpit
. deteriorari[5] et diatim denigrari.

Refusal of the countess of Salisbury to marry the nephew of Hubert de Burgh.

---

[1] *quam*] See also B. *sup. ras.*, C., but originally written *cui*, as in W. I., and, no doubt, rightly. See Dugd. Baron., i. 176. In Edd. *quem*.

[2] *votis*] At first written *ipsam votis*, but *ipsam* erased.

[3] *reciperet*] receperet, MS.

[4] *Hubertus*] Originally, *sæpe Hub'*, but afterwards corrected into *cœpit Huberti*, which is wrong, since *cœpit* is repeated, on an erasure, after *mediocriter*.

[5] *deteriorari*] At first written *deteriori*.

Quomodo dominus papa prœbendas sibi dari a toto regno communiter postulaverit.

A.D. 1226. Henry keeps Christmas at Winchester. His illness at Marlborough. Council held at Westminster, to hear the pope's demands respecting prebends.

Anno Domini M°.CC°.XX°.VI°., qui est annus regni regis H[enrici] III. undecimus,[1] rex Henricus III. fuit ad Natale apud Wintoniam, præsentibus episcopis quibusdam et multis magnatibus. Solempnitate itaque perfecta, profectus est rex apud Merlebergiam, ubi gravi infirmitate correptus, per multos dies desperatus jacebat. Venit interea terminus concilii memorati, ubi rex cum clero et regni magnatibus debuit comparere, ut, audito papali mandato, præcise responderet. Multis [igitur][2] in loco præfato congregatis episcopis, cum aliis prælatis et laicis, magister Ottho aperte literas papales coram omnibus recitavit. In quibus idem papa allegavit scandalum Romanæ ecclesiæ et obprobrium vetustissimum, notam scilicet avaritiæ,—"Nec potest aliquis aliquod negotium in curia Romana expedire, nisi cum magna effusione pecuniæ et munerum multis exhibitione. Et quoniam scandali hujus paupertas [causa][3] esse dinoscitur, debent matris inopiam filii naturales sullevare. Petimus igitur in primis ab omnibus ecclesiis cathedralibus duas nobis præbendas exhiberi, unam de portione episcopi et alteram de capitulo. Et similiter de cœnobiis, ubi diversæ sunt portiones abbatis et conventus; a conventibus quantum pertinet ad unum monachum, æquali facta distributione bonorum suorum, et ab abbate tantundem." Rog.Wen. iv. 114 Rog.Wen. iv. 115

Dilatio usquequo[4] *prælati convenissent.*

An answer is postponed, on

Hæc autem omnia audientes prælati, divertentes seorsum ad colloquendum, cum super rebus propositis Rog.Wen. iv. 115

[1] *qui . . . undecimus*] Added in marg.
[2] *igitur*] Supplied from W. B. C. E.
[3] *causa*] Supplied from W. B. C.
[4] *usquequo*] usquoque, MS.

diutius deliberassent, responsum suum in ore magistri Johannis, Bedefordensis archidiaconi, communiter posuerunt. Qui veniens in præsentia magistri Otthonis, per hæc verba respondit, "Domine, ista quæ nobis proponitis, regem Angliæ specialiter tangunt; generaliter vero omnes ecclesiarum patronos regni. Tangunt archiepiscopos et suffraganeos eorundem, necnon et innumeros Angliæ prælatos. Cum [ergo][1] rex, propter infirmitatem, et archiepiscopi, nonnulli etiam episcopi, et alii ecclesiarum prælati sint absentes, in eorum absentia vobis respondere non possumus nec debemus. Quia, si id facere præsumeremus, in præjudicium omnium absentium fieret prælatorum."

A.D. 1226. account of the absence of the king and archbishops.

Rog. Wend. iv. 116.

Prohibitio regia, ne prælati postulata concederent.

Et venit Johannes Marescallus, dum talia dicerentur, et alii nuncii regis cum eo, ad omnes prælatos ibidem cum dicto magistro O[tthone] congregatos destinati, ex parte ejus firmiter inhibentes, ne aliquis eorum, qui de rege baronias tenebant in capite, laicum feodum suum Romanæ ecclesiæ obligaret, unde a servitio sibi debito privaretur. Hæc autem cum magister Ottho audisset, statuit hiis qui aderant diem in media Quadragesima, dum ipse procuraret regis adventum et absentium prælatorum, ut saltem tunc negotium domini papæ adoptatum effectum sortiretur. Sed illi absque regis et aliorum, qui absentes erant, assensu, diem præfixum admittere noluerunt; unde singuli sic ad propria sunt reversi.

Rog. Wend. iv. 116.

The king forbids the prelates to subject their baronies to the church of Rome.

fol. 111 *a*.

They refuse to appoint another day of meeting.

[1] *ergo*] Supplied from W. B. C.

A.D. 1226. *De laudabili morte Willelmi, comitis Saresbiriensis.*

Return of the earl of Salisbury, and his complaint to the king.

Rex Anglorum interea, cum apud Merleberge ab infirmitate sua plene Dei gratia convaluisset, venit ad eum ibi Willelmus, comes Saresbiriensis, qui post longa maris pericula antea in diebus Nataliciis in Cornubia cum difficultate applicuerat. Qui cum fuisset a rege gratanter susceptus, de justiciario coram rege gravem deposuit querelam, quod, dum in remotis partibus esset in servitio suo, ipse miserat virum degenerem, qui, eo vivente, cum uxore sua disposuit fornicari et adulterinum cum ipsa matrimonium contrahere violenter. Addidit insuper, quod nisi rex plenam sibi de ipso faceret justitiam exhiberi, ipsemet quæreret de tanto excessu vindictam, in gravissimam regni totius perturbationem. Tunc justiciarius humilians se, et proprium cognoscens [1] et confessus reatum et errorem, in equis pretiosis et ingentibus donativis gratiam comitis sibi reparavit. Et sic facta concordia, invitavit comitem ad mensam suam, in qua, ut dicitur, vel crapulatus vel potionatus, ilico ad castellum suum Saresbiriense profectus, lecto decubuit graviter infirmatus. Invalescente demum morbo, cum certissima suæ necis indicia cognovisset,[2] fecit episcopum civitatis accersiri, ut ea quæ Christiani sunt in confessione, viatico et unctione susceperturus, legitimum conficeret testamentum. Intrante igitur episcopo thalamum, quo jacebat, comes nudus penitus præter femoralia, obviam ei corpus Dominicum afferenti ex lecto prosiliens, asperrimum[que] [3] laqueum annectens collo, cum jugi lacrimarum effusione se prostravit in pavimentum, Summi Regis se [4] fuisse proditorem et ejusdem præceptorum reum protestans transgressorem.[5] Nec de loco moveri voluit, nisi facta con-

Rog. Wend. iv. 116.

He is reconciled to the justiciary.

Rog. Wend. iv. 117.

His penitent death.

[1] *cognoscens*] congnoscens, MS.

[2] *cognovisset*] congnovisset, MS.

[3] *asperrimumque*] asperimum, MS. ; *que* is supplied from W. B. C.

[4] *se*] On an erasure.

[5] Written at first *transgressorem protestans,* but marked to be transposed.

A.D. 1226.



. fessione et sacramenti vivifici[1] Christi communione, ut se palam sui servum ostenderet Creatoris. Et sic per dies aliquot in suprema permanens pœnitentia, spiritum suo tradidit Redemptori.[2] Contigit autem, quod dum de castello ad novam ecclesiam per unum miliare corpus ejus ad tumulandum deportaretur, cerei, qui cum cruce et thuribulo de more bajulabantur accensi, inter pluviarum effusiones et ventorum turbines lumen continuum in itinere ministrabant, ut aperte ostenderent comitem . tam ardue pœnitentem ad lucis filios, similem in hoc . beato Hugoni, Lincolniensi episcopo, qui eodem honora- . batur miraculo, pertinere.

¶ *Nota miraculum de comite Willelmo Longaspata.*

De concilio Bituricensi, cui præsedit Romanus, Francorum legatus.

Rog. Wend. iv. 118. R. Wend. iv. 121.

Demands of the legate Romanus in the council held at Bourges.

Hoc eodem tempore venit magister Romanus ad partes Gallicanas a domino papa destinatus, ut ibi . legationis officio fungeretur; ubi per autenticum pa- . pale, sicut magister Ottho in Anglia, exegit a singulis ecclesiis cathedralibus duas præbendas, unam a capitulo et alteram ab episcopo. Et in cœnobiis similiter, nisi sint[3] diversæ portiones, abbatis scilicet et conventus, duas exegit ecclesias, unam ab abbate et aliam a conventu, æquali facta distributione bonorum suorum; a conventibus quantum pertinet ad unum monachum, sicut ipse interpretatus fuerit legatus, et ab abbate tantumdem. Tunc allegavit commoda,[4] quæ possent inde provenire, illud videlicet, quod amoveretur scandalum a Romana ecclesia, matre omnium ecclesiarum; concupiscentia [scilicet],[5] quæ radix est omnium malorum; cum nullus in curia Romana pro aliquo negotio, si ipsa

---

[1] *vivifici*] The two last syllables are on an erasure.

[2] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, azure, five lioncels rampant, 3, 2, 1, or.

[3] *nisi sint*] So also B. C., but *ubi sunt*, W I., more correctly, as in p. 278. The mistake arose from the contractions *ui* (ubi) and *ni* (nisi).

[4] *commoda*] comoda, MS.

[5] *scilicet*] Supplied from W. B. C.

A.D. 1226. Objections made by the French clergy.

abundaret,[1] aliquid offerret, vel aliquis oblata reciperet. Cui per procuratorem archiepiscopi Lugdunensis in hunc modum est responsum, "Domine, nullo modo volumus esse sine amicis in curia, et largitate donorum. Ecce qualia, si quod postulas fieret, sequerentur incommoda.[2] Erit enim in qualibet diocesi, vel ad minus in provincia, nuncius unus continuus, procurator Romanus, qui non vivet de proprio, sed graves exactiones et procurationes exiget ab ecclesiis majoribus et forte minoribus, ut nullus remaneat impunitus, nomenque procuratoris habens, officio legati fungetur." Item dixerunt, imminere[3] turbationes capitulorum; forte enim demandaret dominus papa, cum vellet, procuratori suo vel alii, ut vice sua[4] interesset electionibus, qui eas turbaret; et sic, lapso tempore, devolvi posset electio ad curiam Romanam, quæ in omnibus vel pluribus ecclesiis Romanos poneret, vel tales, qui eis plurimum essent devoti; et sic nullæ forent partes indigenarum prælatorum vel principum, cum multi sint viri ecclesiastici, qui potius curiæ Romanæ quam regi vel regno providerent. Item addiderunt, quod, si proportionaliter fieret bonorum distributio, omnes in curia fierent divites, cum multo plus essent recepturi quam rex proprius; et sic majores non solum divites, sed et ditissimi fierent. Cum igitur vermis divitum sit superbia, majores vix causas audirent, sed eas in immensum differrent, et minores scriberent inviti; cujus rei experimentum in evidenti est, quia et modo negotia pertrahunt, etiam post percepta obsequia.[5] Et sic periclitaretur justitia, et morerentur queruli in portis Romanorum tunc plenissime dominantium. Item, cum vix possibile sit fontem avaritiæ desiccari, quod nunc faciunt per se, tunc facerent per alios, et suis multo

Rog. Wend. iv. 122.

[1] *abundaret*] habundaret, MS.
[2] *incommoda*] incomoda, MS.
[3] *imminere*] iminere, MS.
[4] *sua*] Interlined.
[5] *obsequia*] On an erasure.

majora quam [nunc][1] dari munera procurarent; mo- A.D. 1226.
dica enim nulla sunt in conspectu divitum cupidorum. Item, multæ divitiæ jamjam faciunt Romanos insanire, et sic inter diversas parentelas tantæ orirentur seditiones, quod posset timeri totius excidium civitatis, cujus etiam nec modo expers esse videtur, propter divitias quas habent ad nauseam.[2] Item dixerunt, quod
fol. 111 *b.* licet se obligarent, qui modo præsentes sunt, id non susciperent eorum successores, nec illam obligationem ratam haberent. Novissime autem sic negotium concluserunt, "Domine, moveat vos zelus universalis ecclesiæ et sanctæ sedis Romanæ, quia, si fieret omnium universalis oppressio, posset timeri ne immineret[3] generalis discessio, quod Deus avertat!"

Responsio Romani legati ad præmissa.

Rog.Wend. iv. 123. Hiis auditis, respondit legatus Romanus, ut videbatur, plurimum perturbatus, se cum esset in curia nunquam huic exactioni consensisse, et ipsum super hoc literas accepisse postquam Galliam fuerat ingressus, ut supersederet,[4] et se multum inde doluisse. Adjunxit insuper, se nihil amplius super hoc attemptaturum, donec per alia regna prælati consenserint, quod tamen credidit provenire non posse. Reply of the legate.

Quod magister Ottho Romam invitus redierit.

Rog.Wend. iv. 123. Eodem anno magister Ottho, domini papæ nuncius, tempore Quadragesimali ad Northanhumbriam profecturus, et procurationes recipiens,[5] Norhamtonam usque Recall of the nuncio Otho from England.

---

[1] *nunc*] Supplied from W. B. C.

[2] *nauseam*] nausiam, MS. The words *propter ... nauseam* are added in marg.

[3] *immineret*] imineret, M.S

[4] *ut supersederet*] Interlined.

[5] *recipiens*] On an erasure. In W. B. C., *exacturus*.

A.D. 1226. pervenisset, venerunt ad eum, S[tephano], Cantuariensi archiepiscopo, procurante, literæ domini papæ, in quibus continebatur expressum, ut statim, visis literis, Romam rediret, ejus potestate penitus enervata. Talibus igitur[1] literis inspectis, demisso vultu eas projecit in ignem, atque ilico, proposito mutato, ab Anglia recessit contristatus;[2] injuncto Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, sicut erat in literis domini papæ expressum, ut, convocatis rege et omnibus Angliæ prælatis, responsum eorum super negotio, pro quo idem Ottho missus fuerat, domino papæ transmittere non omittat. Magistro igitur Otthone recedente, Stephanus, Cantuariensis archiepiscopus, convocatis ad concilium cunctis apud Westmonasterium, quos[3] negotium tangebat, recitari fecit literas suprascriptas de beneficiis Romanæ ecclesiæ conferendis coram rege prælatisque[4] Angliæ, qui ad ejus vocationem plene convenerant. Sed, illis auditis ac diligenter intellectis, singuli singulos intuentes, de novitate quamplurimum admirabantur. Rex igitur, habito super hoc consilio diligenti, tam[5] magnatum quam prælatorum, nequaquam consensit.[6]

Council held at Westminster, in which the pope's letters are read, concerning benefices.

Rog. Wend. iv. 124.

Responsio regis.

Reply of the king.

Tunc rex, convocatis seorsum prælatis cum quibusdam magnatibus, hoc archiepiscopo dedit responsum, "Ista, quæ suadet nobis papa, universæ Christianitatis latitudinem respiciunt; et quoniam nos quasi in extre-

Rog. Wend. iv. 124.

---

[1] *Talibus igitur*] On an erasure. In W. B. C., *Obliquo igitur oculo.*

[2] *contristatus*] Partly on erasure, and originally *confusus*, as in W. B. C.

[3] *quos*] On an erasure.

[4] *que*] Interlined.

[5] *tam*] tum, MS.

[6] *singuli . . . . consensit*] Written on a piece of vellum pasted over four lines of the original text, now partially erased, but reading, as in W. B. C., *singuli singulos ad risum movebant super concupiscentia Romanorum, qui illud morale non intelligunt, videlicet:*

"*Quod facit virtus* [*virtus reddit*, B. C.], *non copia, sufficientem,*
Et non paupertas, sed mentis hiatus, egentem."

mis mundi constituti sumus partibus, cum viderimus qualiter cetera regna erga tales se habuerint exactiones, dominus papa, cum ab aliis regnis habuerimus exemplum, in obsequiis nos inveniet promtiores." Et, hiis dictis, concessa est omnibus licentia recedendi. A.D. 1226.

Magna motio facta est super comitem Tholosanum.

Rog.Wend. iv.124,125. Per idem tempus facta est prædicatio in partibus Gallicanis a legato Romano generalis, ut omnes, qui possent arma movere, se cruce signarent super comitem Tholosanum et populum ejus, qui omnes hæretica fœditate dicebantur infecti. Ejus igitur consilio ipse rex Francorum cruce signatus, ad hanc meritoriam peregrinationem se accingebat; et ad ejus prædicationem, quoniam et ipse legatus cruce signabatur, multitudo copiosa prælatorum et laicorum, tanto informata exemplo, crucis signaculum susceperunt, plus metu regis multi vel favore legati, quam [zelo][1] justitiæ inducti. Impetrarat autem rex Francorum literas a domino papa inhibitorias, ne rex Anglorum, propter terras suas transmarinas, quoquo modo regem Francorum pro universali ecclesia militantem infestaret. Unde rex Anglorum, qui ardenti desiderio cupiebat sua potenter reposcere in ore gladii, visis literis domini papæ, mutato consilio, remansit. Et, hiis ita gestis, rex Francorum L[odowicus] et legatus omnibus cruce signatis diem statuerunt peremptorium, ut in Ascensione Domini apud Lugdunum cum equis et armis sub pœna excommunicationis convenirent, ipsos ad expeditionem propositam secuturi. Crusade preached against the count of Toulouse. Cf. Rog. Wend. iv. 126. Rog.Wend. iv. 125. 28 May.

[1] *zelo*] Supplied from W. B. C.

De morte[1] *Ricardi de Marisco, episcopi Dunelmensis.*[2]

Death of Richard de Marisco, bp. of Durham.

Eodem quoque anno Ricardus de Marisco, Dunelmensis episcopus, dum in causa, quam contra monachos suos indefessus[3] persecutor agebat, ad diem Londoniis constitutum cum tumultu[4] valido plurium legistarum reboantium properavit. Et, dum apud Burgum in abbatia hospitaretur, subito in ipsa nocte miserabiliter expiravit. Cujus corpus Dunelmum in lectica delatum, ibidem in capitulo sepultum est. Obtenta igitur a rege licentia alium episcopum loco ejus eligendi,[6] optulit eis idem rex, justiciario procurante, Lucam, capellanum suum, instanter rogans, ut illum reciperent in pastorem. Rog. Wend. iv. 126. C f. Rog. Wend. iv. 127, 128.

William, archdn. of Worcester, elected in his place,

but refused by the king, and the election referred to the pope.

Conventus vero reputans eum insufficientem, de communi assensu elegerunt magistrum Willelmum, Wigorniensem[7] archidiaconum, virum idoneum,[8] et ipsum regi præsentaverunt. Quem cum rex, objectis quibusdam frivolis exceptionibus, recusasset, monachi quosdam de conventu Romam miserunt, ut electionem factam auctoritate apostolica confirmarent. Rex autem, cum hæc intellexisset, misit Romam contra monachos episcopum Cestrensem et Lentoniæ priorem, ut eorundem monachorum propositum irritarent. Quibus diu altercantibus, dampnosam ecclesiæ Dunelmensis et sumptuosam cepit negotium dilationem. Rog. Wend. iv 129.

---

[1] *morte*] Originally written *turpissima morte*, but *turpissima* subsequently erased.

[2] In the margin are drawn a mitre and crosier reversed. The foot of the crosier terminates in a spear, and near the head is an axe-blade attached to the staff.

[3] *indefessus*] indessus, MS.

[4] *tumultu*] timultu, MS.

[5] He died, "primo die mensis Maii," W. B. C.

[6] *eligendi*] eligendum, MS.

[7] *Wigorniensem*] In the margin is added *d'*, i.e. *dubium*. See Fasti, iii. 285.

[8] *idoneum*] ydoneum, MS.

Quomodo rex Francorum L[odowicus] Avinionem obsedit. A.D. 1226.

Rog. Wend. iv. 129. Siege of Avignon.

Venit interea dies Ascensionis, Francigenis prefixus a rege Francorum et legato; qui congregati æstimati sunt in exercitu militum et equitum bellatorum ad l. milia, præter pedites innumerabiles. Legatus autem excommunicavit publice comitem Tholosanum et omnes ejus fautores, et terram ejus totam interdicto[1] supposuit, licet ipse comes omnimodam obtulisset cum humilitate satisfactionem. Avinionem igitur perveni-
Cf. Rog. Wend. iv. 130. entes rex Francorum et omnis ejus exercitus, cum intrare urbem vellent ad victualia emenda tantummodo, ipsi,[2] quia suspecti, non potuerunt. Rex igitur[3] iratus juravit se inde non recessurum, donec, comprehensa civitate, cives omnes irrestaurabiliter condemp-
fol. 112 *a*. natos confunderet. Obsessa igitur civitate, fit assultus acerrimus, dum petraria, balista et omne genus machinarum, quid valeat, experitur.

De mortalitate et fame in illa diuturna obsidione.

Rog. Wend. iv. 130. Mortality and pestilence.

Cumque per tempus plurimum protraheretur obsidio, deficientibus alimentis, periit hominum innumera multitudo; fame igitur et peste invalescentibus, mutilatus est Francorum exercitus incredibiliter.

De morte regis Francorum Lodowici. Recessit comes Campaniæ.[4]

Rog. Wend. iv. 132. Louis retires to the abbey of Montpancier.

Tunc Lodowicus, rex Francorum, ut pestilentiam effugeret in castris nimis ferventem, ad quandam abbatiam, quæ non multum ab obsidione distabat, Munt-

[1] *interdicto*] Interlined.

[2] *urbem . . . ipsi*] The first word is written on an erasure, and the rest added in the margin.

[3] *igitur*] Interlined.

[4] *Recessit comes Campaniæ*] This portion of the rubric has been inserted in the text after *consternatus*, over an erasure.

A.D. 1226. pancier vocatam, donec civitas caperetur, causa respi-
rationis divertit. Ubi venit ad eum Henricus,[1] comes
The count of Champagne threatens to leave the army.
Campaniensis, cum jam xl[a]. dies in obsidione peregisset, petens de consuetudine Gallicana licentiam ad propria remeandi. Cui cum licentiam rex vetuisset, respondit comes, quod factis xl[a]. dierum excubiis, non tenebatur nec voluit diutius interesse. Rex autem ad hæc nimia succensus ira, affirmavit cum juramento, quod si ita recederet, ipse terram suam totam ferro et flamma devastaret.[2] Tunc comes, ut fama refert, procuravit regi venenum propinari, pro talibus comminationibus consternatus.[3] Comite igitur cum superbia recedente, et jactitante ipsum regem nullatenus formidare, rex ilico graviter cœpit infirmari, et, pervagante veneno ad vitalia, perducitur ad extrema;[4] licet alii asserant, ipsum non veneno sed morbo dissinterico expirasse. Mortuo igitur rege L[odowico],[5] Romanus qui affuit legatus, et prælati, qui aderant, mortem regis expediens decreverunt celare, donec civitas redderetur; quia, si ita solveretur obsidio, magnum inde Francis et curiæ Romanæ scandalum[6] oriretur. Finxit ergo legatus et primates exercitus, regem gravi infirmitate[7] detentum, sed ex medicorum judicio cito dicebant convaliturum; denunciantes principibus legionum, ut urbem viriliter et potenter impugnarent. Corpus autem regis fecerunt multo sale condiri, et in abbatia illa viscera tumulantes, reliquum corpus lintheaminibus ceratis coriisque taurinis

Report of his having poisoned the king.

Death of Louis VIII.

Rog. Wend. iv. 133.



Clipeus regis Francorum Ludowici, potionati.

The fact is concealed, and his body privately deposited in the abbey.

Rog. Wend. iv. 134.

---

[1] *Henricus*] An error copied from Wendover, and so in B. C. The count of Champagne at this period was Theobald IV. See "L'Art de Vérifier les Dates," ii. 623.

[2] *devastaret*] devestaret, MS.

[3] *consternatus*] On an erasure.

[4] In the margin is drawn the shield of France, reversed, *viz.*, azure, six fleurs-de-lis, 3, 2, 1, or, with a crown beneath.

[5] In Wendover and the larger Chronicle of Matthew Paris he is said to have died "mense Septembri," but this is a mistake, as his death took place on 8th November. See "Rec. des Hist. de France," xvii. 768, and "L'Art de Vérifier les Dates," i. 582.

[6] *scandalum*] Added in marg.

[7] *infirmitate*] imfirmitate, MS.

involvi jusserunt. Et sic legatus cum magnatibus ad obsidionem reversus est, corpore regis in abbatia sub tuta custodia secretius[1] deputato. Cum igitur vidisset legatus, quod nihil in obsidione proficiebat,[2] sed diversis incommodis[3] prorsus deficiebat,[4] de consilio majorum, qui erant in castris, nunciavit in civitatem, instantius petens quatinus, accepta securitate pacifice veniendi et revertendi, mitterent ex majoribus civitatis ad legatum, et venirent quamtocius de pace et concordia tractaturi.

A.D. 1226. deposited in the abbey. The legate offers to treat with the city.

Quomodo civitas Avinionis dolo legati fuit subjugata.

Rog. Wend. iv. 134. Datis igitur de securitate obsidibus, venerunt ad colloquium legati cives xii., et de pacis forma diutius contrectantes, persuasit civibus legatus constanter ut se redderent, salvis sibi et suis omnibus possessionibus et rebus, cum libertatibus universis. Ad hæc cives respondentes dixerunt, quod nullo modo se redderent, ut sub Francorum viverent potestate, quorum multotiens experti fuerant superbiam et insolentiæ feritatem. Tandem post multas hinc inde disceptationes,[5] petivit regis signifer,[6] ut cum prælatis, qui aderant, posset ingredi civitatem, ut fidem probaret inhabitantium; affirmans cum juramento, se non ob aliud obsidionem protraxisse, nisi ob salutem animarum. Addidit etiam, quod clamor infidelitatis, quæ in urbe invaluerat, ad papam ascendit, unde scire desiderabat, utrum clamorem opere complevissent. Tunc cives super promissione hac fiduciam habentes, et de fraude nihil sinistrum suspicantes, sub conditione prædicta, præstito utrimque juramento, concesserunt eidem[7] cum prælatis simpliciter et eorum sequelis ingressum civitatis; quos dolose, ut

The city of Avignon captured by treachery of the legate.

Rog. Wend. iv. 135.

[1] *secretius*] Interlined.

[2] *proficiebat*] proficiebant, W. B. C.

[3] *incommodis*] incomodis, MS.

[4] *deficiebat*] deficiebant, W. B. C.

[5] *disceptationes*] deceptationes, MS.

[6] *regis signifer*] On an erasure, and originally, as in W. B. C., *legatus*.

[7] *eidem*] On an erasure. In W. B. C., *legato*.

A.D. 1226. prælocutum fuerat, Francigenæ apertis januis subsequentes, spreto turpiter juramento, cives ceperunt et vinculis constrinxerunt, urbem spoliaverunt, multos occiderunt, et dolosam sic adepti victoriam, nobilissimæ civitatis turres et mœnia confregerunt.[1] Legatus igitur, civitate Francorum custodiæ deputata, soluta obsidione, corpus regis defuncti Parisius jussit deferri tumulandum.

The king's body is taken to Paris, to be buried.

Coronation of Louis IX.

De coronatione Lodowici,[2] filii Lodowici, regis Francorum.



Clipeus Lodowici, filii Ludouuici, potionati apud Avinionem.

Defuncto itaque Lodowico, Francorum rege, regina de consilio legati, metuens ne mora periculum generaret, convocato regni clero et proceribus, quos habere poterat, fecit filium suum, puerum vix decennem nomine Ludouuicum, die sancti Andreæ in regem coronari.[3] Oriebatur interim rumor irrecitabilis ac sinister, scilicet quod dominus legatus secus quam deceret se habebat versus universitatem Parisiacensem; et orta est proinde infamia[4] multiformis, quam suscitavit, ut dicitur, ipse[5] Parisiensis contemptus et persecutio. Unde multi magnates Francorum a prædicta coronatione et reginæ ac legati consilio,—qui jam se de jam dicta Avinionis proditione, necnon et reginæ infami societate multipliciter maculaverat,—sese absentaverunt, nec consenserunt, immo potius ad arma sese præparaverunt. Rog. Wend. iv. 136.

Sinister reports concerning the legate.

Many nobles absent themselves.

---

[1] *confregerunt*] Written at first *fregerunt*.

[2] *Lodowici*] Above is written *vel Lud'*, i.e. *Ludowici*.

[3] In the margin is repeated the shield of France, erect, with a crown above.

[4] *infamia*] imfamia, MS. From the word *universitatem* to *infamia* is written over an erasure. In B. C. the text reads very differently, as follows: "versus dominam Blancam; sed pium non est hoc credere, quia æmuli ejus hoc disseminaverunt, benignus autem animus dubia in melius interpretatur." The Edd. for *pium non est* read *impium est*, and the text of B. has been so altered.

[5] *ipse*] On an erasure.

Rex Angliæ mittit illuc nuncios sollempnes. A.D. 1226.

Rog. Wend. iv. 136. Rex autem Anglorum, audiens dissidium[1] prædictorum procerum, misit ad partes transmarinas archiepiscopum Eboracensem Walterum et Philippum de Albineto militem, cum aliis sollempnibus nunciis, ad fol. 112 *b.* optimates Normanniæ, Andegaviæ, Britanniæ et Pictaviæ, qui sibi subjici[2] de jure tenebantur, postulans cum Rog. Wend. iv. 137. magnis promissionibus,[3] quatinus ad eos ipsum venire cupientem fideliter admittere dignarentur.

Henry sends messengers to Normandy.

De transitu beati Francisci.

Hoc etiam anno, iiii°. nonas Octobris, beatus Franciscus in civitate Assisii, de qua ortus est, apud Sanctam Mariam de Porciuncula, ubi etiam Ordinem Fratrum Minorum ipse initiaverat, migravit ad Christum.

4 Oct. Death of St. Francis.

De morte Falcasii.

Cf. Rog. Wend. v. 137. Eodemque anno Falcasius exul, extorris et judiciaLiter expulsus ab Anglia, cum contra juramentum suum in curia Romana, profusis multis muneribus, impetraverat, ut redderetur ei uxor ejus Margareta de Ripariis, cum terris et possessionibus suis, apud Sanctum Ciriacum, rediens a curia Romana et proponens Angliam protectus papalibus munimentis reintrare, vitam flagitiosam infectus veneno, quod in pisce quodam ei dabatur, subito terminavit; ut verificaretur beati Albani, cui injuriabatur, de jacto lapide terribilis comminatio.[4]

Death of Faukes [de Breauté].

---

[1] *dissidium*] discidium, MS.
[2] *subjici*] subici, MS.
[3] *promissionibus*] promissibus, MS.
[4] See *ante*, p. 205.

A.D. 1226. *De obitu quorundam episcoporum.*

Deaths of bps. of Rochester and Norwich.

Anno quoque sub eodem defuncti sunt episcopi, Benedictus Rofensis, et Pandulphus Norwicensis. Pandulpho vero successit Thomas de Blunvilla, clericus de scaccario, procurante Huberto de Burgo justiciario; et a Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, Dominica proxima ante Nativitatem Domini munus consecrationis suscepit. Rog.Wend iv. 138.

To the latter succeeds Thomas de Blunville.

20 Dec.

A.D. 1227. *Quomodo rex Anglorum a multis pecuniam multam exegit.*

Henry keeps Christmas at Reading.

Anno Domini M°.CC°.XX°.VII°., qui est annus regni ejus xii^us.,[1] rex Anglorum Henricus III. ad Natale Domini festum celebravit apud Radingum. Et in eisdem diebus Nataliciis obiit Willelmus, comes Esexiæ,[2] in multorum dolorem et lamentationem; adolescens strenuus, et in donorum largitate profusus. Deinde rex Londoniam veniens, causatus est cives, quod in suum præjudicium dederunt Lodowico jam defuncto, in recessu suo ab Anglia, quinque milia marcas argenti; unde compulsi sunt ipsi cives, consilio cavillatorum et maxime justiciarii, regi persolvere pecuniam memoratam. Cepit præterea ab eis quintamdecimam partem omnium mobilium suorum et totius substantiæ suæ, sicut ei prius fuerat ab Anglia tota concessum. De burgensibus autem Norhamtuniæ cepit de auxilio mille et ducentas libras, præter quintamdecimam, quam generaliter rex extorsit ab Anglia. Compulsi sunt viri religiosi et clerici beneficiati hanc quintamdecimam dare omnium bonorum suorum, tam rerum ecclesiasti- Rog.Wend iv. 138. Rog.Wend iv. 139.



He extorts money from the citizens of London,

and from Northampton.

The clergy compelled to pay the fifteenth of their goods.

[1] *qui . . . xii^us.*] Added in marg.

[2] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, quarterly, or and gules; and below is written in red, "*Obiit Willelmus de Mandevilla, comes Esexiæ, gloria Angliæ.*"

carum quam laicarum ; nec profuit eis appellatio ad dominum papam interposita, sed, ordine turbato, archiepiscopi et episcopi, auctoritate papali, per censuram ecclesiasticam, quos laica potestas non potuit, ad solutionem omni destitutos solatio compulerunt.[1] A.D. 1227.

Quomodo rex fecit cancellare cartas libertatum.[2]

Rog. Wend. iv. 139.

Eodem tempore, mense scilicet Februario, rex apud Oxoniam, concilio congregato, denunciavit coram omnibus se legitimæ esse ætatis, ut de cetero solutus a custodia, regia negotia ipse principaliter ordinaret. Et sic qui prius tutorem habuit et rectorem Willelmum Marescallum, dum viveret, et postmodum Petrum, Wintoniensem episcopum, collum[3] excussit, per consilium Huberti de Burgo justiciarii, de consilio et gubernatione dicti episcopi et suorum, qui regi fuerant prius quasi pædagogi. In eodem itaque concilio idem rex fecit cancellare omnes cartas de[4] provinciis omnibus regni Angliæ de libertatibus forestæ, postquam jam per biennium in toto regno fuerant usitatæ; hanc occasionem prætendens,[5] quod cartæ illæ concessæ fuerant, et libertates scriptæ et signatæ, dum ipse erat sub custodia, nec sui corporis aut sigilli aliquam habuerit potestatem; unde viribus carere debuit, quod sine ratione fuerat usurpatum.

Council held at Oxford, where the king declares himself of age.

He cancels the charters of the forest liberties.

Hubertus justiciarius non tantum amittit gratiam, sed odium totius regni incurrit.

Rog. Wend. iv. 140.

Facta est autem super hiis in concilio ingens murmuratio, et omnes in justiciarium hujus perturbationis

Hubert, the justiciary, becomes

---

[1] *De burgensibus . . . compulerunt*] Opposite this portion of the text is written in the margin, in red letters, "*dubium*," but the same passage is in W. B. C.

[2] In B. the first portion of this chapter is marked "*Offendiculum.*"

[3] *collum*] Interlined, and at first written *excussit se*, as in W. B. C.

[4] *de*] in, C.

[5] *prætendens*] protendens, MS. and E.

A.D. 1227. causam refundunt, et auctorem ipsum affirmant. Nam deinceps tanta regi familiaritate conjunctus est, ut omnes regni consiliarios præter ipsum pro nihilo reputaret. Huberti igitur nomen factum est exosum omnibus, et imprecabantur ei omnes, optantes ejusdem mortem et confusionem; et ut regis odium incurreret et[1] indignationem, cujus lambebat pedum vestigia, fallaciter in regni excidium adulando, procurabant.

hateful to all.

The clergy are ordered to renew their charters.

Tunc[2] vero denunciatum est[3] viris religiosis et aliis, qui suis volebant gaudere libertatibus, ut innovarent cartas suas de novo regis sigillo, scientes quod rex cartas antiquas nullius esse momenti reputabat; pro quarum innovatione, non juxta singulorum facultatem taxatio facta est, sed quicquid justiciarius æstimabat, solvere sunt coacti. Et sic diatim odium omnium et maledictiones in caput suum coacervavit, quæ effectu non caruerunt, sicut sequens historia suo tempore declarabit.

Defuncto papa Honorio, succedit Gregorius.[4]

Death of pope Honorius III. Gregory IX. succeeds. 18 March.

Eodem anno, defuncto papa Honorio, Gregorius, episcopus Ostiensis, successit, quintodecimo scilicet kalendas Aprilis. De quo Honorio, x°. die ante mortem ejus, cum mortuus crederetur nec erat, et exhaustus et semivivus populo Romano in res papales debacchanti,[5] quod

Rog. Wend. iv. 140.

---

[1] *et*] On an erasure.

[2] *Tunc*] A new chapter was originally commenced here, with a rubric prefixed; but the rubric has been erased, and the word *procurabant* substituted, which closes the preceding paragraph.

[3] *est*] Interlined.

[4] In the margin below are drawn, first, a papal mitre and cross reversed, with this inscription in red letters, "*Obiit Gregorius papa, leo et sanguisuga; leo, feritate; sanguisuga, cupiditate;*" and secondly, another papal mitre and cross, erect, with the words, also in red, "*Creatur Honorius, senex atque mansuetus.*" There is evidently an error here, and the words *Obiit* and *Creatur* should be transposed.

[5] *debacchanti*] debacenti, MS.

fol. 113 *a*. . viveret per altam fenestram monstraretur, ait quidam A.D. 1227.
. versificator,

. " O pater Honori, multorum nate dolori,
. Est tibi dedecori vivere, vade mori."

Nuncii regis reversi sunt, infecto negotio.

Rog.Wend. iv. 140. Per idem tempus, instante scilicet sollempnitate Paschali, archiepiscopus Eboracensis et episcopus Karleolensis, cum Philippo de Albineto, nuncii regis Anglorum, . reversi sunt in Angliam de partibus transmarinis, infecto . negotio. Omnes enim magnates regni Franciæ cum rege R.Wend. iv. 141. . Francorum pacificabantur. Comes insuper Britanniæ, cujus filiam nuncii petebant regi Anglorum matrimonio copulandam, nunciis regis dedit in responsis, quod ipse cum rege Francorum pacis fœdus composuerat, quod nullo modo poterat violare.

The king's envoys return from their unsuccessful errand abroad.

Revertitur comes Ricardus de Wasconia.

Rog.Wend. iv. 141. Eodemque tempore, mense videlicet Maio, Ricardus, . frater regis, post multos varios[1] labores et[2] inutiles et . expensas, rediit in Angliam ; qui ab ipso rege et regni magnatibus cum honore et gaudio est susceptus.

Earl Richard comes back to England.

Henricus fit episcopus Rofensis.

Rog.Wend. iv. 141. Eodemque tempore Henricus de Sanford, Cantuariensis archidiaconus, ad Rofensem episcopatum canonice electus, a Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, consecratur.

Consecration of Henry de Sanford, bishop of Rochester

---

[1] *varios*] On an erasure.

[2] *et*] Interlined, and the next *et* should probably be omitted.

A.D. 1227.

Hubertus comes fit Cantiæ.

5 Feb. Hubert de Burgh created earl of Kent.

Quo etiam anno, nonas Februarii, Hubertus, Angliæ justiciarius, gladio accinctus est a rege Cantiæ comitatus. Rog. Wend. iv. 141.

De quadam magna regni commotione.

9 July. Discord between the king and earl Richard.

Tempore quoque sub eodem, vii°. idus Julii, orta est periculosa nimis[1] discordia inter regem Anglorum et fratrem ejus Ricardum, Cornubiæ comitem, pro quodam manerio, quod rex dederat Waleranno Theutonico, tunc castellano Berchamstudiæ, ad Cornubiæ pertinens comitatum. Rog. Wend. iv. 141.

Many barons take the part of Richard.

Quæ discordia in tantum excrevit, ut parti comitis adhærent magnates plurimi[2] commoti non mediocriter, et convenientes[3] apud Stanford cum equis et armis, Ranulphus, comes Cestrensis, comes Willelmus Marescallus, comes Ricardus, frater regis, comes Gloverniæ Gilebertus, comes Waranniæ Willelmus, comes Herefordiæ Henricus, comes de Ferrariis Willelmus, comes Warewicensis Willelmus, cum baronibus multis et ingenti multitudine armatorum, significantes regi cum minis ampulosis, ut injuriam fratri suo illatam confestim emendaret. R. Wend. iv. 143.

They demand the restitution of the charters of the forest liberties.

Cujus rei culpam justiciario imponunt. Addiderunt insuper, ut cartas, quas nuper consilio[4] ejusdem justiciarii apud Oxoniam ex abrupto[5] cancellaverat, de libertatibus forestæ, sibi absque dilatione restituat sigillatas; sin autem, ipsi discurrentibus gladiis compellerent, ut sibi super hiis [satisfaceret][6] competenter. Rex igitur, qui fratrem merito dilexit,

---

[1] *periculosa nimis*] On an erasure.

[2] *magnates plurimi*] Added in marg.

[3] *convenientes*] We should read *convenerunt*, as in W. B. C., or else, instead of *significantes* below, read *significaverunt*.

[4] *consilio*] On an erasure, and repeated in marg.

[5] *ex abrupto*] Added partly in the margin and partly on an erasure.

[6] *satisfaceret*] Supplied from W. B. C.

. cupiens eundem præ omnibus ditare simul et pacificare,[1] A.D. 1227.
. dedit ei totam dotem matris suæ, addens ei terras Henry gives earl Richard his mother's dowry, and other lands.
. omnes, quæ ad jus comitis Britanniæ pertinebant in
. Anglia, cum terris etiam omnibus, quæ fuerant comitis
. Bononiæ nuper defuncti. Et exinde accrevit honor et
. magnificentia[2] comitis Ricardi, qui illam et multas
. alias exortas in Anglia sedavit perturbationes.[3]

Et tunc facta est magna motio in opus Crucis.

Rog. Wend. iv. 144. Eodem anno, in fine mensis Junii, facta est motio magna in opus Crucis per universam Christianitatem crucesignatorum; quæ adeo fuit numerosa, ut ex solo Anglorum regno plus quam xl[a].[4] milia proborum hominum, præter senes et mulieres, profecti referantur. Per
. idem tempus, ad prædicationem magistri Oliveri in
. Alemannia, apparuit omni populo Crucifixus in aere
. manifeste; unde literæ sigillatæ plurium prælatorum
. sigillis missæ fuerunt universitati Parisiacæ, et in pro-
. patulo perlectæ.

Great stir made in aid of the crusade.

A Crucifix appears in the sky, in Germany.

Wintoniensis et Exoniensis episcopi iter arripiunt Jerosolimitanum.

Rog. Wend. iv. 145. Diebus sub eisdem, inter alios crucesignatos qui de regno Angliæ exierunt in opus Crucifixi, iter arripiunt viri venerabiles Petrus Wintoniensis et Willelmus Exoniensis episcopi. Qui peregrinationis votum fere per

The bps. of Winchester and Exeter go to the Holy Land.

---

[1] *hiis . . . pacificare*] Written on a slip of vellum pasted down over two lines of the original text, now nearly erased, but of which these words may still be read: "*hiis satisfaceret competenter. Rex igitur, qui fratrem . . . . . .*"

[2] *magnificentia*] magnifentia, MS.

[3] *Et exinde . . . . perturbationes*] Written on an erasure, as are also he first two words of the rubric following. The whole of this chapter is directed in the margin to be omitted, by the word "*vacat*," written in red.

[4] *xl[a].*] lx., B. C.

A.D. 1227. sequens quinquennium, ad salutem multorum et honorem, præcipue omnium Anglorum, laudabiliter compleverunt.

Qualiter negotium Crucis per imperatorem fuerit impeditum.

The progress of the crusade is impeded by the emperor.

Romanorum autem imperator F[rethericus], qui cum aliis crucesignatis sub pœna excommunicationis in præscripto passagio transfretari debuerat, fingens se ægrotum, noluit suæ peregrinationis vota, prout certissime sperabatur, persolvere; unde plusquam xl[a]. milia. virorum fortium et armatorum spe frustrati redierunt, et multo plures perierunt. Unde, Deo irato, multiplicatæ sunt ei ab illa hora tribulationes et angustiæ, papæ et multorum odium, tam regum et magnatum quam prælatorum; iraque generavit[1] odium et infestationes, sicut sequens sermo suo tempore declarabit. Cf. Rog. Wend. iv. 148–9.

Crebrescunt miracula per merita sancti Francisci.

Increase of the Orders of St. Francis and St. Dominic.

Crebrescentibus per idem tempus miraculis per merita beatorum Francisci et Dominici, Ordo eorundem cœpit inopinabiliter florere, et felix incrementum suscipere,[2] non tantum in partibus transmarinis, immo etiam in regno Anglorum, ita ut in ædificiis et congregationibus jam famosis cœnobiis æquiparari censerentur. Fratres autem regulæ beati Francisci intendentes, se Fratres Minores appellari fecerunt; intendentes autem regulæ beati Dominici, quæ[3] regulæ beati Augustini concordat, Fratres Prædicatores vel Jacobinos, a domo Sancti Jacobi, quæ Parisius est, ubi prius citra montes recipiebantur,[4] sese nuncupabant. Tam hii tamen quam alii officio prædicationis, studii et eruditionis strenue

[1] *que generavit*] Added in marg.
[2] *suscipere*] suscepere, MS.
[3] *quæ*] qui, MS.
[4] *a domo . . . recipiebantur*] Added in marg.

. intenderunt, et ad eorum Ordinem nobiles, clerici et A.D. 1227.
. etiam prælati cœperunt convolare. Multi autem ex eis
. ad regimen nobilium ecclesiarum cathedralium rite
. electi, fructum in ecclesia Dei verbo et opere multi-
. plicantes, feliciter floruerunt. Quorum primordia et
. regulæ in libris eorundem[1] plenius conscribuntur.

R[obertus] fit episcopus Saresbiriensis.[2]

. Eodem quoque anno magister Robertus de Bing- Robert de Bingham made bp. of Salisbury.
. ham, ex canonico Saresbiriensi fit episcopus ejusdem
. ecclesiæ.[3]

fol. 113 *b*.

De quibusdam novis institutionibus regis H[enrici] III.

Rog. Wend. iv. 155.

Anno Domini M°.CC°.XXVIII°., qui est annus regni A.D. 1228.
regis Henrici III. tertius decimus, idem[4] rex Anglorum Henry keeps Christmas at York.
H[enricus] III. festum Dominicæ Nativitatis apud
Eboracum sollempniter celebravit. Et protinus inde
recedens, versus Londonias properavit, in quo itinere He reforms the measures of wheat, wine and ale.
mensuras bladi, vini et cervisiæ[5] falsitatis arguens,
quasdam confregit aut combussit, et vasa substituens
capaciora, panem majoris ponderis fieri, et hujus
statuti contemptores pœna gravi pecuniaria multari,
præcepit.

---

[1] *libris eorundem*] On an erasure. The rules of the Order are given at length in B. C. (ed. Wats, p. 342.)

[2] In the margin is drawn a small crosier.

[3] This entry (which is also in B. C. E.) is erroneous; for Robert de Bingham was not elected bishop of Salisbury till July 1228. Fasti, ii. 595. See next page.

[4] *qui . . . idem*] Added in marg.

[5] *cervisiæ*] In the margin is written *vel celiæ*, which is the reading of W. I.

A.D. 1228. *De translatione Ricardi, Saresbiriensis episcopi, ad Dunelmum.*[1]

Translation of Richard, bp. of Salisbury, to Durham.

Eodem anno, cassata Romæ electione magistri Willelmi Scoti, Dunelmensis electi, Ricardus, Saresbiriensis episcopus, ad eundem episcopatum postulatur et transfertur. Post cujus translationem canonici Saresbirienses elegerunt magistrum Robertum de Binham[2] in episcopum, ut prætactum est. Quo utique anno decisa est contentio inter monachos Coventrenses et canonicos Lichefeldenses, super episcopo eligendo, Romæ per sententiam diffinitivam, ita scilicet, ut deinceps episcopos alternatim eligant, monachi primum, et canonici, eo defuncto, alterum; hoc tamen observato, ut prior Coventrensis in electione primam semper habeat vocem. In qua sententia videtur plurimum juri monachorum fuisse derogatum, qui catenus semper pontifices elegerant absque consensu canonicorum.

Rog. Wend. iv. 156.

Decision given as to the right of election of the bishop.

Rog. Wend. iv. 157.

De sententia in imperatorem F[rethericum] lata.

Excommunication of the emperor Frederic.

Circa dies illos papa Gregorius, cum imperatoris contumaciam, simul et Crucifixi contemptum, impunitum diutius distulisset ac dissimulasset,[3] tandem, ne canis videretur latrare non valens, de consilio fratrum cardinalium suorum ipsum imperatorem excommunicavit, et latam sententiam per literas apostolicas in diversis mundi partibus publicari præcepit. Inter ceteros autem hujus sententiæ publicatores, Stephano, Cantuariensi archiepiscopo, scripsit in hæc verba, "Gregorius, episcopus," etc. quæ sequuntur.[4] Imperator autem F[re-

Rog. Wend. iv. 157.

Rog. Wend. iv. 165.

[1] In the margin are drawn two mitres joined together, with the head of a crosier above them.

[2] *Binham*] Corrected *Bengham* in marg.

[3] *ac dissimulasset*] Added in marg.

[4] *sequuntur*] sequntur, MS. This word and the preceding one are on an erasure. The letter is in Wendover, iv. 157–165, and in B. C., dat. "Laterani, pont. anno ii."

thericus], sicut papa per literas suas in omnibus Chris- A.D. 1228.
tianorum finibus latam fecerat sententiam publicari,
ita dictus imperator scripsit universis regibus et prin-
cipibus Christianis, conquerens sententiam in eum *Nota recal-*
citrantis
Rog. Wend. iv. 166. fuisse latam injuriose. In conclusione autem hoc ad- *verba.*
jecit, exhortans omnes orbis principes, ut contra in-
comparabilem Romanæ curiæ avaritiam et iniquitatem
sese prospiciant. Quia "Tunc" saltem "sua res agitur,
paries cum proximus ardet."[1] Ex hac itaque impera- The emperor adopts hostile measures against the pope.
tor perturbatione commotus, excitavit contra dominum
papam et Romanæ ecclesiæ patrimonium seditionem
gravissimam, invadens ejus civitates et occupans cas-
tella, sicut idem papa literatorie Romano, Francorum
legato, sic significavit, "Gregorius, episcopus," etc.[2]
Et sic de die in diem utrobique suscitata sunt scan-
dala cum incommodo[3] multiformi.[4]

Quomodo populus Romanus excitavit seditionem contra dominum papam.

Rog. Wend. iv. 169. Per idem tempus populus Romanus in papam Gre- Sedition of the people of Rome, and flight of the pope.
gorium, machinante imperatore F[retherico], seditionem
excitavit; et in sollempnitate Paschali illum ejecerunt
ab urbe, insequentes eum usque Viterbium; ubi etiam
ipsum fortiter invadentes, eundem usque Perusium[5]
fugaverunt. Papa autem, aliud vindictæ genus non
habens,[6] persecutores suos excommunicationis senten-
tia, quod et ipsi cum cachinno contempserunt, inno-
davit.

---

[1] From Horat. Epp., lib. I. ii. 69.

[2] In Wend. iv. 166–169, and B. C., dated "non. Aug. [5 Aug.], pont. anno ii."

[3] *incommodo*] incomodo, MS.

[4] *Et sic ... multiformi*] On an erasure.

[5] *Perusium*] Perisium, MS.

[6] *habens*] habentes, MS.

A.D. 1228. *Fit motio magna super comitem Tholosanum.*

Expedition against the count of Toulouse; and defeat of the French.

Eodem tempore rex Francorum misit in Provinciam, super comitem Tholosanum, expeditionem non modicam tam de suis stipendiariis quam crucesignatis militarem, ut dictum comitem debellarent et expugnatum[1] a suis finibus propulsarent. Franci vero a comite præmunito in insidiis præoccupati[2] capti sunt, videlicet milites quingenti, et multo plures interfecti. Servientes vero, qui vel capti vel interfecti fuerant, ad duo milia computantur; quos nudos turpiter fecit manibus, pedibus, oculis, auribus, labiis, nasis mutilatos, ad propria remeare, et miserabile spectaculum intuentibus ostentare. Rog. Wend. iv. 169. Cf. Rog. Wend. iv. 170.

De obitu Stephani, Cantuariensis archiepiscopi.[3]

Death of Stephen, abp. of Canterbury. 9 July.

Walter de Eynesham elected in his place, but rejected by the king.

Anno quoque sub eodem Stephanus, Cantuariensis archiepiscopus, prælatorum inter omnes occidentales merito celeberrimus, apud Slindonam, manerium suum, vii°. idus[4] Julii diem clausit extremum, et Cantuariæ est[5] sepultus. Monachi autem Cantuarienses, impetrata a rege licentia, elegerunt Walterum de Heineshame,[6] monachum de gremio ecclesiæ suæ; quem cum monachi regi præsentassent, ipse post diutinam deliberationem, eundem electum certis objectionibus refutavit.[7] Rog. Wend. iv. 170.

---

[1] *expugnatum*] expungnatum, MS.

[2] *præoccupati*] preocupati, MS.

[3] In the margin are drawn a mitre and archiepiscopal cross, reversed.

[4] *vii°. idus*] So also B. C. I., but *viii°. idus*, W. After *sepultus*, in W. B. C. I., is added "pridie nonas ejusdem" [6 July]. There is evidently some error, and we should probably read *pridie nonas* for the date of his decease, and *vii°. idus Julii* for that of his burial.

[5] *est*] Interlined.

[6] *Heineshame*] Hemeshame, MS. and B. C.; Einesham, E.

[7] *refutavit*] recusavit, W. I.

Quomodo imperator F[rethericus] in Terram Sanctam veniens, negotium Crucis promoverit.

A.D. 1228.

R. Wend. iv. 174. Eodem quoque anno imperator F[rethericus], non sustinens amplius hominum propter desidiam suam insultationes, mare Mediterraneum[1] ingressus, ut Domino votum peregrinationis persolveret, in vigilia [Nativitatis][2] beatæ Mariæ apud Achon applicuit. Quem clerus et populus cum magno honore, ut decuit, et[3] cum processione sollempni applicantem reverenter excepit. Verumtamen, quia eum noverant fuisse excommunicatum, non ei communicaverunt in osculo nec in mensa, sed eidem consuluerunt omnes, ut domino papæ satisfaciens, rediret ad ecclesiæ unitatem. Quod imperator moleste ferens, gravem de summo pontifice coram omnibus reposuit querimoniam,[4] quod scilicet in eum injustam tulerat sententiam; excusans se, quod nullo modo præ infirmitate poterat antea advenisse.

The emperor sails to the Holy Land.

7 Sept.

His reception there.

Rog. Wend. iv. 175. Soldanus autem Babiloniæ, cum ejus adventum in Siriam cognovisset,[5] misit ei xenia multa et pretiosa in auro et argento, et olosericis et gemmis, et bestiis mirabilibus, quas occidens non vidit aut cognovit.[6] Sed hæc omnia magis reddiderunt imperatorem suspectum, quam amicum ecclesiæ fidelem et constantem. Maligni tamen animi est in dubiis sinistre interpretari.

The Soldan sends him presents.

fol. 114 *a*.

De prospero progressu Christiani exercitus.

Rog. Wend. iv. 175. Invenit autem imperator, tempore quo Achon applicuit, principes et rectores exercitus populi Christiani, ducem de Lemburgo,[7] patriarcham Jerosolimitanum,

Progress of the Christian army.

---

[1] *Mediterraneum*] Mediteraneum, MS.

[2] *Nativitatis*] Supplied from W. B. C.

[3] *et*] Interlined.

[4] *querimoniam*] Added in marg.

[5] *cognovisset*] congnovisset, MS.

[6] *cognovit*] congnovit, MS.

[7] *Lemburgo*] Lemburc, E.

A.D. 1228. archiepiscopos Nazarensem, Cæsariensem et Narbonensem; episcopos vero Angliæ, Wintoniensem et Exoniensem; Magistros Hospitalis et Theutonicorum, qui præerant octingentis militibus peregrinis, et peditibus quasi decem milibus de diversis mundi partibus congregatis. Qui omnes pari devotione ducti, Cæsaream et quædam castra[1] communierant, ita quod nihil defuit eis, nisi ut Jopen restaurarent, et sic in sanctam tenderent civitatem. Imperator itaque, cum statum Terræ Sanctæ cognovisset,[2] approbavit[3] plurimum peregrinorum propositum; et, præparatis omnibus ad progrediendum necessariis, processerunt feliciter, prævio imperatore, et xvii°. kalendas Decembris apud Jopen prospere pervenerunt. Sed quoniam unusquisque de exercitu necessaria victus ad dies plurimos sibi et equitaturis suis cum summariis per terram portare nequiverant, et specialiter propter hoc in portu Achonensi naves pararentur, quæ victualium copiam exercitui deferre debebant, cum onustæ velificarent, repente suborta tempestate, per vii. dies continuos peregrinis victualia fuerant interdicta. Erat autem tunc timor inter multos, ne iratus populum suum delere vellet Deus[4] de superficie terræ; sed ineffabilis clementia Dei, quæ neminem temptari permittit ultra quam sustinere potest, tandem clamoribus lacrimosis fidelium excitatus, imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna Et continuo, ducente Domino, venit apud Jopen innumera navium multitudo, cum ingenti copia frumenti, hordei,[5] vini, et omni genere victualium, ita quod indeficiens abundantia[6] fuit semper in exercitu, usque ad perfectam reædificationem castri memorati. In qua episcopus Wintoniensis nulli fuit secundus.

15 Nov.

They arrive at Joppa.

Want of provisions.

Rog. Wend. iv. 176.

The fleet brings supplies to them.

---

[1] *castra*] Interlined.
[2] *cognovisset*] congnovisset, MS.
[3] *approbavit*] apprbavit, MS.
[4] *Deus*] Interlined.
[5] *hordei*] ordei, MS.
[6] *abundantia*] habundantia, MS.

Floruit fama de Joseph, qui viderat Christum. A.D. 1228.

Reports respecting Joseph Cartaphila [the Wandering Jew].

Cf. Rog. Wend. iv. 176–178.

Eodemque tempore floruit fama longe lateque dispersa de Joseph Cartaphila, quem Ananias baptizavit, et qui vidit Christum crucifigendum.

Magister Roger Niger successit Eustachio in episcopatu Londoniensi.[1]

Rog. Wend. iv. 178.

Death of Eustace, bp. of London. Roger Niger succeeds.

Eodem anno Eustachius, Londoniensis episcopus, diem clausit extremum. In cujus loco canonici[2] elegerunt magistrum Rogerum, cognomento Nigrum, theologum peritum, virum sanctum et per omnia laudabilem, religionis amatorem ac religiosorum defensorem, omni genere superbiæ carentem, canonicum ejusdem ecclesiæ; quem dominus rex sibi præsentatum gratanter suscepit.

Obiit Elyensis episcopus Gaufridus.[3]

Rog. Wend. iv. 179.

Death of Geoffrey, bp. of Ely.

12 Dec.

Hugh, abbat of St. Edmund's, is elected in his place.

Tempore quoque sub eodem obiit Gaufridus, episcopus Elyensis, mense Decembris, et sepultus est in ecclesia sua cathedrali, sicut et Eustachius supradictus in sua, pridie idus ejusdem mensis.[4] Monachi autem elegerunt Hugonem, Sancti Edmundi abbatem, virum idoneum, honestatis et religionis specialem amatorem; qui licet in episcopum translatus, monachi tamen nunquam mores et habitum transmutavit.

---

[1] In the margin are drawn a mitre and crosier reversed, and another mitre and crosier erect.

[2] *canonici*] canoni, MS.

[3] A mitre reversed is again drawn, and a crosier; but the latter is erect.

[4] According to other authorities, he died 17 Dec., and was buried on the 27th. Fasti, i. 328.

Quomodo magnates transmarini regem Anglorum sollicitarunt, ut transfretaret.

A.D. 1229. Henry keeps Christmas at Oxford. The king is invited by the nobles of his foreign territories to come over to them.

Anno Domini M°.CC°.XXIX°., qui est annus regni regis Henrici III. quartus decimus, idem[1] rex Anglorum Henricus ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Oxoniam, præsentibus magnatibus regni quamplurimis. Ubi venit ad ipsum archiepiscopus Burdegalensis, missus a magnatibus Wasconiæ, Aquitanniæ, et Pictaviæ, qui a rege cum honore susceptus, dies cum illo Natalicios celebravit. Venerunt etiam et alii nuncii sollempnes de Normannia, quorum omnium unum erat negotium, ut videlicet ex parte magnatum regionum prædictarum regem studiose sollicitarent, quatinus ad partes illas venire in propria persona dignaretur; denunciantes ei indubitanter, quod universi ad eum cum equis venirent et armis et populo toto regionis, atque cum illo immutabiliter starent usque ad capitum expositiones, ut revocare posset jura sua amissa et hereditates dissipatas. Indignum quidem ipsis videbatur, colla sua muliebri dominio supposuisse, et dominæ Blanchiæ, quæ ipsos secus quam deceret pertractavit, inclinare. R. Wend. iv. 179.

Pusillanime consilium justiciarii.

Hubert de Burgh advises him to postpone the matter.

Rex autem, qui adhuc nimia erat cereus[2] simplicitate et tener ætate, a justiciario suo H[uberto], quem unicum habuit magistrum et consiliarium, consilium quærens, nihil aliud accepit, nisi ut negotium differret, donec firmius certificaretur et hora felicior arrideret. Nuncii vero, aliud non habentes in responsis, dolentes et sine[3] spe respirationis ad propria remearunt. Rog. Wend. iv. 179.

---

[1] *qui . . . idem*] Added in marg.

[2] *cereus*] In W. B. C., *perplexus*.

[3] *dolentes et sine*] On an erasure.

Quomodo papa Gregorius bellum movit contra imperatorem. A.D. 1229.

Rog. Wend. iv. 182. Circa dies istos papa Gregorius nimis moleste ferens, quod Romanorum imperator F[rethericus], spreto papali consilio, excommunicatus et rebellis ad Terram Sanctam transierat, de illius pœnitentia ac satisfactione, ut rediret ad ecclesiæ unitatem, cœpit non mediocriter desperare. Decrevit igitur eum, quem contumacem vidit et rebellem, ab imperiali culmine præcipitare, et alium quemlibet, filium scilicet pacis et obedientiæ, loco illius subrogare. Fomentum insuper odii ministravit, quod idem imperator quosdam domini papæ consanguineos infestaverat, et quasdam mulieres, ipsi domino papæ consanguinitate propinquas, suis nobilibus indignas[1] censuit matrimonio copulari, et earum nuptias impedivit. Præterea doluit ac formidavit papa, quoniam si quid magnificum in Terra Sancta consummaretur negotium, totum ei, quem jam scismaticum[2] reputavit et rebellem, et non ecclesiæ Romanæ ascriberetur. Constituit igitur principem militiæ suæ Johannem de Bresne, quandoque regem Jerosolimorum. Et collegit in diversis mundi partibus infinitam pecuniam stipendiariis distribuendam, deditque multis provincias, urbes et castella de imperio, quæ nondum adquisierat. Invasit igitur dictus Johannes, et alii ecclesiæ Romanæ principes et vassalli, et de regno Francorum vocati stipendiarii, et de aliis conterminis regionibus, quibus omnibus idem J[ohannes] præfuit, urbes et castra de imperio, et multa occupavit. Habebat etiam quasdam legati dignitates, ut in utroque gladio terribilius in obvios fulminaret. Huic etiam Johanni associabatur quidam frater domini papæ, qui etsi non militia et strenuitate,[3] thesauro tamen[4] papali abundanter[5] instauraba-

Pope Gregory raises forces and makes war on the emperor.

fol. 114 *b*.

Cf. Rog. Wend. iv. 183.

John de Breisne is appointed their leader.

[1] *indignas*] indingnas, MS.

[2] *scismaticum*] cismaticum, MS.

[3] *militia et strenuitate*] At first written *milia*, but corr. in marg., and *et strenuitate* added.

[4] *tamen*] Interlined.

[5] *abundanter*] habundanter, MS.

A.D. 1229. tur. Sed hæc omnia imperatori, Deo in Terra Sancta jam[1] potenter militanti, quantocius nunciabantur.

De discordia orta inter scolares et cives Parisius.

28 Feb. Quarrel between the scholars of the University of Paris and some of the inhabitants of St. Marcel.

Eodemque anno, feria secunda et tertia ante Cineres, quibus diebus solent clerici Parisienses[2] scolares ludis vacare, exierunt quidam clerici ab urbe Parisiacensi versus Sanctum Marcellum propter aeris commoditatem,[3] ut ludis ibidem intenderent consuetis. Quibus se immiscentes quidam caupones, clericos vulnerarunt; at læsi vulnera pro vulneribus, alapas pro alapis, ictus[4] pro ictibus, cum usuris reddiderunt. Prior igitur Sancti Marcelli, de læsione hominum suorum iratus, querimoniam coram Romano legato et episcopo Parisiacensi gravem super hoc reposuit. Qui simul ad reginam B[lanchiam], cui tunc tota regni dispositio commissa fuerat, properantes, rogabant eam instantius, ut talem injuriam præciperet vindicari. At illa muliebri impetu agitata, præpositis et quibusdam ruptariis ilico dedit in mandatis, ut sub omni celeritate armati, hujus violentiæ auctores punirent. Illi autem ad etiam pejora proni, urbem ingressi invenerunt extra urbis mœnia clericos multos ludis adhuc intendentes, qui in violentia præfata nullam penitus culpam habuerunt. Illi enim Flandrenses, quos Picardos vulgus appellat, culpabiles extiterunt. Satellites autem sontes ab insontibus non discernentes, irruerunt in omnes illos, et etiam in urbe degentes, et armati in inermes et incautos sævientes, multos occiderunt, vulneraverunt, spoliaverunt et in Sequanam submerserunt. Hujus autem transgressionis enormitas cum ad aures magistrorum Universitatis pervenisset, suspensis lectionibus et disputationibus, convenerunt omnes in præsentia reginæ et legati, instanter postulantes de tanta injuria sibi justitiam exhiberi. Sed cum legatus nimis pronus et reginæ favo-

Queen Blanche orders the authors of the tumult to be punished.

The lectures of the University are suspended, and the masters disperse.

[1] *jam*] On an erasure.
[2] *Parisienses*] Parienses, MS.
[3] *commoditatem*] comoditatem, MS.
[4] *ictus*] itus, MS.

. rabilis nollet eam contristari, cujus præcepto hoc factum A.D. 1229.
. fuerat, facta est Universitatis discessio, ita quod nec
. unus de famosis magistris in civitate remaneret. Pars
. autem maxima scolarium Andegavim elegit, ut ibi sco-
. larium universitas studeret liberius.[1]

Quomodo nuncii instabant Romæ, ad dejectionem electi Cantuariensis.

Rog. Wend. iv. 184. Proceedings of the king's envoys at Rome.

Diebus autem sub eisdem, instante die Cinerum, qui
. electo Cantuariensi et nunciis regis Anglorum, improbe
. electo adversantibus, fuerat præfixus, ut quid de jure
foret a papa diffiniendum inter partes, procuratores
. dicti regis, videlicet, magister Alexander de Stavenesbi,[2]
. et magister Henricus de Sanford, et magister Johannes
de Hotuna,[3] dominum papam et cardinales omnes assi-
. duis petitionibus convenerunt super desiderio regis ad-
. implendo, scilicet de cassatione Walteri monachi, electi
. Cantuariensis, et promotione magistri Ricardi. Et cum
. ipsos duros et inexorabiles invenissent, et a desiderio
suo et regis defraudari metuissent, habito tractatu
detestabili super præmissis, promiserunt domino papæ,
ex parte regis Anglorum, ab universo regno Angliæ et
Hiberniæ decimationem omnium rerum mobilium ad
guerram suam contra imperatorem sustinendam, ut eos
. in regis proposito et desiderio exaudiret.[4] Dixerat

---

[1] On the lower margin, in reference to this event, are written two epigrams (both of which, with variations, are inserted in the text of B. C.)

¶ "Parisius Universitati. { Clere, tremisce[1] metu, quia vis dimittere[2] me tu; Defluo jam[3] fletu, mea [dampna][4] fleo, [tua][4] fle tu."

¶ "Quidam Bedellus. { Heu! morimur strati, cæsi,[5] vincti,[6] spoliati; Mentula legati nos facit ista pati."

[1] *tremisco*, B. C.
[2] *contempnere*, B. C.
[3] *Perfundor*, B. C.
[4] Supplied from B. C.
[5] *vincti*, B. C.
[6] *mersi*, B. C.

[2] *Stavenesbi*] Stannesbi, C.; Stavenebi, E.

[3] *Hotuna*] Houtune, E. In the margin is added a note (but afterwards erased, so as not to be readable without the aid of a chemical agent) in reference to these three persons: "Episcopus Cestrensis, episcopus Rofensis, archidiaconus Bedeforde."

[4] *exaudiret*] Here also some words have been added in the margin, but subsequently erased, and quite illegible.

A.D. 1229. enim ipsis rex ante recessum eorum, ut nullo [modo][1] redirent frustrati a suo desiderio, nec abhorrerent pecuniæ etiam infinitæ effusionem; unde illam præsumpserunt, sine regis speciali assensu, super humeros suos concessionem. At dominus papa, qui rebellem imperatorem super omnia sitienter cupiebat dejicere,[2] tantis promissionibus exhilaratus, trahitur[3] ad consensum.[4]

De cassatione Walteri monachi, electi Cantuariensis.[5]

The pope cancels the election of Walter, as abp. of Canterbury.

Cassavit igitur dominus papa electionem de Waltero, monacho Cantuariensi, factam, asserens ipsum tantæ dignitati insufficientem esse prorsus et indignum. Imposuitque ei, quod ad plures articulos interrogatus[6] et examinatus, male respondisset. Cf. Rog. Wend. iv. 184–5.

De promotione Ricardi, Cantuariensis archiepiscopi.[7]

Richard, chancellor of Lincoln, is proposed as abp. and approved.

Cassata igitur in hunc modum electione præfata, procuratores regis Angliæ et[8] episcoporum Cantuariensis ecclesiæ suffraganeorum literas de rato eorundem, tam regis quam episcoporum, in domini papæ præsentia exhibentes, proposuerunt de magistro Ricardo, Lincolniensis ecclesiæ cancellario, quod esset vir eminentis vitæ et scientiæ, ecclesiæque et regno fructuosus. Commendantes[9] igitur ipsius non mediocriter personam, dominum papam cum cardinalibus suis trahunt ad con- Rog. Wend. iv. 185. Rog. Wend. iv. 186.

---

[1] *modo*] Supplied from E.

[2] *dejicere*] deicere, MS.

[3] *trahitur*] After this word is added *proh dolor!* in the margin.

[4] *et cum ipsos . . . ad consensum*] The whole of this has been marked in the margin "*Offendiculum*" and "*vacat*," in red letters; but this warning has afterwards been partly erased. In B. C. the text is similar, but not so full.

[5] In the margin is drawn a mitre falling down, and an archiepiscopal cross reversed.

[6] *interrogatus*] interogatus, MS.

[7] A mitre and archiepiscopal cross are drawn in the margin.

[8] *et*] in, MS. and B. C.

[9] *Commendantes*] Comendantes, MS.

sensum. Sicque, memorato Ricardo non electo ad archiepiscopatum sed dato,[1] dominus papa suffraganeis Cantuariensis ecclesiæ scripsit in hunc modum: "Gregorius episcopus," etc. quæ sequuntur[2] consequenter.[3] A.D. 1229.

Quomodo Terra Sancta restituta sit imperatori Fretherico in pace.

Anno quoque sub eodem, cum audisset imperator Frethericus, quod dominus papa terram suam jam pro magna parte occupaverat, et a[4] toto subjecto sibi imperio ipsum summo desiderio curavit præcipitare, a profundo pectoris trahens suspiria, cœpit districtius cogitare qualiter tot malis posset potenter ac prudenter obviare. Significavit igitur Soldano Babiloniæ, quod si idem Soldanus sese humiliaret, adeo ut Terram totam Sanctam Christianis pacifice restitueret, posset sic sui soldanatus confusionem, quæ in proximo imminebat,[5] evitare. Quod cum audisset Soldanus, lætus huic mandato consensit. The emperor requires from the Soldan the restoration of the Holy Land.

fol. 115 *a*.

Jocundus eventus.

Rog. Wend. iv. 188. Eodem igitur tempore Dominus noster Jhesus Christus, oppressorum consolator, civitatem sanctam Jerusalem et terram totam, quam idem Dominus proprio sanguine consecravit, [generaliter][6] populo Christiano, specialiter vero imperatori restituit Fretherico. Erat enim in diebus illis Soldanus Babiloniæ domesticis undique prœliis tam graviter oppressus, quod, ne minus sufficeret ad plura, coactus est cum imperatore mediantibus treugis componere decennalibus, ac Terram Sanctam populo, sine sanguinis effusione, reddere Christiano. Sed hujus The Holy Land is restored.

Rog. Wend. iv. 189.

---

[1] *dato*] After this word is a mark of *caret*, and a word has been erased in marg.

[2] *sequuntur*] sequntur, MS.

[3] *quæ . . . consequenter*] On an erasure. The letter is in Wendover, iv. 186–188, and in B. C.

[4] *a*] Interlined.

[5] *imminebat*] iminebat, MS.

[6] *generaliter*] Supplied from W. B. C.

A.D. 1229. Letter of the emperor to king Henry

gratiæ beneficium divinæ, ut legenti clarius illucescat, ejusdem imperatoris literas legat auro bullatas, quas regi Angliæ Henrico III. duxit in hæc verba transmittendas: "Frethericus, Dei gratia Romanorum imperator,"[1] etc.

Nota Fretherici factum, de reconciliatione Jerusalem.

The Christian army enters Jerusalem.

Ingressus est igitur sanctam civitatem Jerusalem exercitus Christianus, et patriarcha cum episcopis suis suffraganeis mundificavit templum Domini et ecclesiam Sancti Sepulchri, cum aliis ecclesiis sanctis et locis venerabilibus civitatis; abluentes pavimentum et parietes aqua benedicta, et agentes processiones in hymnis[2] et canticis, reconciliaverunt Deo loca universa, diuturnis infidelium sordibus profanata. Verum quamdiu imperator, qui excommunicatus fuerat, intra urbis mœnia moram fecit, nullus prælatus eidem[3] missam celebrare præsumpsit. Magister tamen Walterus, frater quidam de Ordine Prædicatorum, Anglicus natione, vir literatus et discretus, qui a domino papa officium prædicationis in exercitu Christi susceperat, celebravit divina in ecclesiis suburbanis, unde fidelium corda ad devotionem excitavit et ad obsequium Christi animavit. Intenditur igitur ad reædificationem civitatis, eratque tanta inter Christianos exultatio, ut viderentur terrenis cœlestia commisceri.

Rog. Wend. iv. 197.

Mass not celebrated within the city, on account of the excommunication of the emperor.

De superbia et invidia Templariorum et Hospitalariorum in hoc casu.[4]

The emperor proposes

Hiis autem, Deo dispensante, ordinatis, imperator, ut vestigia Christi plenius adoraret, disponit pedes

[1] This letter is in Wend., iv. 189–193, and in B. C., dated at Jerusalem, 17 March, 1229.

[2] *hymnis*] himnis, MS.

[3] *eidem*] So also C.; *in ea*, W. In B. these words have been erased.

[4] This and the following chapter are marked with red letters in the margin thus, "*Vacat, quia offendiculum Templariorum.*" They are in B. C., but not so full as here.

. adire loca sancta terræ illius, et præcipue in laneis et A.D. 1229.
. jejunio flumen Jordanis, in quo Christus baptizatus to visit the river Jordan.
. erat. Antiquo autem scismatum seminatore Sathana
. procurante, incolæ Terræ Sanctæ,[1] præcipue Templarii
. et Hospitalarii, invidentes magnificis factis imperatoris,
. ex odio papali sibi cornua assumpserunt. Certi enim
. quod excommunicatus fuerat jam audierant, quod papa
. imperium hostiliter invaserat, et multum invaluerat, et
. etiam ad dejectionem ejus anhelavit.[2] Volentes igitur The Templars and Hospitallers write to the Soldan, to betray the emperor into his hands.
. omnia magnalia hæc sibi ascribi, qui a tota Christiani-
. tate tot proventus diglutiendo recipiunt, significaverunt
. subdole ac proditiose nimis Soldano Babiloniæ, quod
. imperator proposuit adire flumen Jordanis, quo beatus
. Johannes Baptista Christum baptizavit,[3] adoraturus
. humiliter pedes jejunus et in laneis, et ibidem posset
. eundem imperatorem vel capere vel trucidare ; addentes,
. quod ipse circumvenit in treugarum forma ipsum Sol-
. danum, quia jam non imperator erat, sed[4] excommu-
. nicatus et jam ab imperio dejectus. Quod audire
. Soldanus cum abhorruisset, et[5] super hoc cartam noto
. sibi sigillo conspexisset, detestatus est Christianorum
. versutiam, invidiam et proditionem, et maxime eorum,
. qui videbantur habitum religionis crucesignatum baju-
. lare. Et advocans duos secretissimos discretos consi-
. liarios suos, instillavit auribus illorum universa, osten-
. dens eis epistolam, cui adhuc signum notum inhærebat.
. Et ait, "Ecce fidelitas Christianorum!" Inspectis
. igitur literis, post diligentem deliberationem ipsi sic re-
. sponderunt, "Domine, inita est pax utrobique benepla-
. cita et firmata, quam tam recenter violare facinorosum
. foret. Sed ad omnium Christianorum dedecus et con-
. fusionem, mittatis hanc epistolam eandem cum signo
. adhærenti ipsi imperatori ; et honor et gloria erit tibi

---

[1] *Sanctæ*] After this word is an erasure of the letter *m*, and then *sci*, which is superfluous. In B. C. we only find *terræ, præcipue.*

[2] *anelavit*] hanelavit, MS.

[3] *baptizavit*] baptivit, MS.

[4] *sed*] Interlined.

[5] *et*] Interlined.

A.D. 1229. The Soldan sends their letter to the emperor.

in sempiternum. Eritque tibi, et merito, ipse imperator amicissimus omnibus diebus vitæ suæ." Huic igitur consilio[1] Soldanus obtemperans, misit dictam epistolam cum signo adhærenti imperatori, et omnem dolum prælocutum eidem detunicavit. Paratum igitur imperatorem peregrinari, prævenit nuncius Soldani, ostendens illi secretius epistolam memoratam, per quam plenius de proditione, quam etiam præaudierat sed credere non poterat, certificabatur. Gaudens igitur et gratias Deo persolvens et Soldano, quod laqueos absconditos evasisset, dissimulabat usque ad tempus condignæ retributionis.[2] Quæ igitur ad reditum in terram suam necessaria fuerant, nam revocarunt eum ardua negotia, prudenter præparavit.

Quod hoc fuit odii seminarium inter imperatorem et Templum.

Origin of the ill will between the emperor and the Templars and Hospitallers.

Hoc autem constat fuisse seminarium odii inter imperatorem et Templum et Hospitale. Verumtamen Hospitalarii minorem notam infamiæ super hoc sibi contraxerunt; sese enim postea sacramento purgaverunt. Ex illo igitur tempore conglutinata est anima imperatoris cum anima Soldani indissolubiliter, et e converso, omnibus diebus vitæ eorum, quod multi postea sinistre sunt interpretati, mittendo sibi ad invicem

The Soldan sends the emperor an elephant.

munera pretiosa. Inter quæ Soldanus misit imperatori unum elefantem.

Doluerunt Templarii se fuisse discoopertos.

The Templars induce the patriarch of

Comperientes autem Templarii imperatoris peregrinationem differri, intellexerunt per illud et alia indicia, dolum suum discoopertum effectu proposito caruisse. fol. 115 *b*

---

[1] *consilio*] consilo, MS.

[2] *retributionis*] Two words have been added here to the text, but afterwards entirely erased.

. Patriarcham igitur Jerosolimitanum[1] ad suam attraxe- A.D. 1229.
. runt conspirationem, qui hanc epistolam ad diffamandum Jerusalem to join them.
. imperatorem dicitur conscripsisse, et diversis orientis
. principibus transmisisse: "Geroldus, patriarcha Jero-
. solimitanus, universis Christi fidelibus in Domino,
. salutem."[2]

Nota gravamen Angliæ.[3] *De decimis Gregorio papæ ab Anglia collatis.*

Rog. Wend. iv. 200. Per idem tempus, cum magister Stephanus, domini papæ capellanus et nuncius, regi Anglorum negotia ipsius papæ et sui causam adventus ostendisset, fecit rex convenire apud Westmonasterium, Dominica qua cantatur "Misericordia Domini," archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, Templarios, Hospitalarios, comites, barones, ecclesiarum rectores, et qui de ipso tenebant in capite, ut ad locum præfixum et diem audirent[4] negotia memorata, et inde contractarent ibidem. Omnibus igitur congregatis, tam laicis quam clericis et eorum subjectis, magister Stephanus palam recitavit literas domini papæ, in quibus exigebat decimas omnium rerum mobilium de toto Anglia, Hybernia et Wallia, ab universis laicis et clericis, ad guerram suam sustinendam, quam contra Romanum imperatorem susceperat Frethericum, quam non potuit solus sustinere. Rex autem Anglorum, a quo ceteri omnes sperabant habere defensionis auxilium, factus est, quia sic oportuit, baculus arundineus,[5] cujus fragmenta vulnerant in se confidentes. Qui Romæ per procuratores, ut supradictum est, ad

Arrival of Stephen, the papal nuncio.

29 April. Council held at Westminster, where the papal letters are read, claiming tithes.

Rog. Wend. iv. 201.

The king tacitly consents.

---

[1] *Jerosolimitanum*] Jerolimitanum, MS.

[2] This letter is in B. C. and ed. Wats, p. 359.

[3] *Nota . . . Angliæ*] On an erasure.

[4] *audirent*] Before this word *ut* has been repeated and afterwards erased. In W. B. C., *ut* is inserted here, and omitted after *capite*, and this seems most correct.

[5] *arundineus*] harundineus, MS.

A.D. 1229. decimas solvendas fuerat obligatus, non potuit contradicere.[1] Et, cum nihil responderet, visus est tacendo assensum præbuisse.

Laici huic improbæ exactioni non consentiunt.

The nobles and laity refuse, but the prelates unwillingly consent.

Comites vero et barones, ac laici omnes præcise decimas se daturos contradixerunt, nolentes baronias suas vel laicas possessiones Romanæ ecclesiæ obligare. Episcopi vero et abbates, priores, et alii ecclesiæ prælati, post trium vel quatuor dierum disceptationem[2] et murmurationem non modicam, tandem consenserunt, metuentes propter regis consensum excommunicationis sententiam vel interdicti. Rog. Wend. iv. 201.

Prælati enervati consentiunt.[3]

Simoniacal agreement of Stephen de Segrave with the nuncio.

Consentientes igitur, sed sub cordis amaritudine, sub quadam summa pecuniæ finem conclusissent, sibi utcunque tolerabili, nisi Stephanus de Segrave, miles et literatus, vir subtilis,[4] sui non reipublicæ amator, regis tunc specialis consiliarius, quadam simoniaca conventione, ut videlicet filius suus multis ditaretur ecclesiæ redditibus, ad talem effectum rem perduxit, quod magister S[tephanus] decimas ipsas plenarie sibi exegit, et hoc[5] ad dampnum ecclesiæ et regni inæstimabile optinuit. Sed idem Stephanus de Segrave,[6] a quo hoc subtile[7] consilium emanavit,[8] a proposito suo, Deo ultore, est fraudatus. Nam filius, quem cupiebat promovere, ipso mense naturæ debita persolvit.

---

[1] *Qui . . . contradicere*] These two lines are underscored with a red line, as if to mark them for omission, but they are in W. B. C.

[2] *disceptationem*] deceptacionem, MS.; deliberationem, W.B.C.

[3] *consentiunt*] consensiunt, MS.

[4] *subtilis*] On an erasure.

[5] *hoc*] Interlined.

[6] *Segrave*] Segrarave, MS.

[7] *subtile*] On an erasure.

[8] *emanavit*] On an erasure. In the margin several lines have been added, but afterwards wholly erased.

Collectio decimæ avarissima. A.D. 1229

Rog. Wend. iv. 201. Tunc magister Stephanus prælatis omnibus literas domini papæ procuratorias ostendit, quibus idem papa ipsum ad dictas decimas colligendas procuratorem constituerat, ut non secundum taxationem factam in vicesima, quæ paulo ante regi data fuerat pro libertatibus optinendis, sed secundum quod melius possunt, ad commodum[1] domini papæ, et uberius omnia bona et mobilia singulorum taxari; videlicet de omnibus redditibus, proventibus, fructibus carucarum, oblationibus, decimis, nutrimentis animalium et fructibus, et de omnibus ob- Rog. Wend. iv. 202. ventionibus ecclesiarum vel aliarum possessionum, quocunque nomine censeantur, non aliquibus debitis vel expensis aliqua occasione deductis. Habuit etiam auctoritatem ex eisdem literis contradictores excommunicandi, et ecclesias interdicendi. Unde, constitutis procuratoribus suis in singulis comitatibus regni, omnes illos excommunicavit, qui circa decimas ipsas reddendas vel taxationem faciendam, per se vel per alium, colludium, pactum iniquum, subtractionem vel fraudem aliquam duxerint faciendam. Et quoniam negotium festinum exigebat auxilium, prælatis omnibus et aliis sub pœna excommunicationis interdixit,[2] ut vel mutuo,[3] vel alio quocunque modo, pecuniam perquisitam sibi traderent indilate, ut eam domino papæ incontinenti transmitterent, eandem postmodum, decimis singulorum rite taxatis, plenarie recepturi. Erat autem idem papa tot et tantis involutus debitis, ut unde bellicam quam susceperat expeditionem sustineret,[4] penitus ignoraret. Et sic, soluto concilio, murmurantibus cunctis et imprecantibus, ut eventu careat tam argumentosa extorsio, recesserunt. De miseriis et paupertatibus virorum ecclesiarum, si quis in hoc casu exprimeret, lacrimas excuteret auditorum.[5]

Papal instructions how the tax was to be levied.

[1] *commodum*] comodum, MS.

[2] *interdixit*] At first written *indixit*, as in W. B. C.

[3] *mutuo*] metuo, MS.

[4] *sustineret*] sustinere, MS.

[5] *De miseriis . . . auditorum*] On an erasure.

A.D. 1229. *Consecratur episcopus Saresbiriensis,*[1] *et opus ecclesiæ consummatur.*

Consecration of Robert de Bingham, bp. of Salisbury. He completes the new church there.

Eodem anno magister Robertus de Bingham, electus Saresbiriensis, munus consecrationis suscepit.[2] Qui fabricam novæ ecclesiæ, quam prædecessor suus Ricardus transtulit et ausu non pusillanimi inchoavit, viriliter usque ad consummationem in vita sua est prosecutus, juvante Deo, rege et populo; unde quidam versificator, Rog. Wend. iv. 203.

"Rex largitur opes, fert præsul opem, lapicidæ
Dant operam; tribus hiis est opus, ut stet opus."

John, son of Hubert, the justiciary, knighted. 3 June.

Eodem tempore rex Anglorum H[enricus], die Pentecostes, Johannem, filium Huberti justiciarii, nimis fastigiose cingulo cinxit militari. Rog. Wend. iv. 204.

De consecratione Ricardi, Cantuariensis archiepiscopi, et Rogeri, Londoniensis et Hugonis, Elyensis episcoporum.[3]

Consecration of several prelates.

Tempore quoque sub eodem, convenientibus Cantuariensis ecclesiæ suffraganeis apud eandem civitatem, consecratus est magister Ricardus, Cantuariensis electus, per manum Henrici, Rofensis episcopi, sine pallio; ita quod licuit ei ordines celebrare et ecclesias dedicare. Consecrati sunt etiam cum eo die eadem, per ministerium ejusdem episcopi, ante majus altare in ecclesia Sanctæ Trinitatis Cantuariæ,[4] Rogerus, electus Londoniensis, et Hugo, Elyensis, iiii°. idus Junii. Rog. Wend. iv. 204. fol. 116 *a.* 10 June.

---

[1] In the margin are drawn a mitre and crosier erect.

[2] In W. B. C. is added, "vi°. kal. Junii [27 May]."

[3] In the margin are drawn three mitres, an archiepiscopal cross, and two crosiers, all erect.

[4] *Cantuariæ*] Interlined.

De magno apparatu regis ad transfretandum. A.D. 1229.

Cf. Rog. Wend. iv. 204.

Sub eisdem diebus, instante festo sancti Michaelis, rex Anglorum H[enricus] III.,[1] congregato apud Portesmue exercitu copiosissimo, ut transfretaret, jura sua et amissas terras revocaturus, cum naves vellet ascendere, non sufficiebat classis ad medietatem multitudinis congregatæ transvehendum. Unde rex iratus vehementer, crimen totum in Hubertum justiciarium refudit, vocans eum veterem proditorem, [et][2] improperans ei, quod sicut prius sic[3] et nunc suum impedivit progressum.

29 Sept. Henry collects forces at Portsmouth, to cross the channel.

R. Wend. iv. 205.

Applicat comes Britanniæ.

Rog. Wend. iv. 205.

Applicuit interea in portu ipso comes Britanniæ,[4] vir proditiosus et cavillator, vii°. idus Octobris, qui regem conducere debuit[5] in terram suam sub salvo conductu, sicut condictum fuerat inter eos et sacramento confirmatum. Sed idem comes et alii de exercitu dederunt regi consilium, ut negotium differret usque ad sequens Pascha, et non in hiemis initio.[6] Quo audito, rex consentiens licentiam dedit omnibus ad propria revertendi. Justiciarius autem cum rege pacificatus est. Comes autem Britanniæ regi fecit homagium contra omnes homines de Britannia; et rex reddidit ei totum jus suum in Anglia, et, datis ei v. milibus marcarum, remisit eum in regionem suam. Eodemque anno missum est pallium archiepiscopo Cantuariensi Ricardo.

Arrival of the count of Britanny. 9 Oct.

Henry postpones his expedition.

Richard, abp. of Canterbury, receives his pall.

---

[1] *H. III.*] On an erasure.

[2] *et*] Supplied from W. B. C.

[3] *sic*] At first written *sicut*, but the last syllable erased.

[4] In Wendover and B. C. he is named *Henricus*, which is incorrect. *Peter* Mauclerc was at this time count of Britanny. See "L'Art de Vérifier les Dates," ii. 900.

[5] *debuit*] Added in marg.

[6] *et non . . . . initio*] The sense is imperfect here, from abbreviation of Wendover's text, which reads, "quia periculosum erat tempore hiemali iter tam arduum expedire."

A.D. 1229. *Imperator F[rethericus] rediens de Terra Sancta, applicat in Sicilia.*

The emperor lands in Sicily, and the papal troops retreat.

Eodemque anno imperator F[rethericus], vix evadens hostium insidias[1] per mare ei multiformiter præparatas,[2] prospere in Sicilia applicuit. Sed cum ejus naturales ac fideles homines de adventu ejus certificarentur, confluebant ad ipsum catervatim qui dispergebantur, retrocedentibus papalibus; ita quod quicquid, per[3] unum mensem præamiserat, una die vel hora recuperavit. Et quos rebelles invenit, præcipue de consanguineis, amicis et affinibus domini papæ, graviter punivit. Cf. Rog. Wend. iv. 207.

Quod rex Anglorum H[enricus] fuerit ad Natale apud Eboracum.

A.D. 1230. Henry keeps Christmas at York, with the king of Scots.

Anno Domini M°.CC°.XXX°., qui est annus regni regis Henrici III. XV^us., idem[4] rex Anglorum H[enricus] III. ad Natale tenuit curiam suam, associato sibi rege Scotorum, apud Eboracum; archiepiscopo quoque ejusdem loci[5] et aliis multis magnatibus cum ipso rege splendide convivantibus. Ubi dominus rex Angliæ regi Scotorum donativa contulit pretiosa. Die autem quarta, concione soluta, rex Scotorum in suam reversus est regionem, rex autem Anglorum Londoniam properavit. Rog. Wend. iv. 207. R. Wend. iv. 208.

Henry returns to London.

Nota mirabile de fulgure.

25 Jan. Marvellous thunder-

Die vero Conversionis sancti Pauli, dum episcopus civitatis in ecclesia Sancti Pauli ante majus altare. Rog. Wend. iv. 208.

---

[1] *insidias*] After this word another has been added in the margin, but afterwards erased.

[2] *multiformiter præparatas*] On an erasure.

[3] *per*] Added in marg.

[4] *qui . . . . idem*] Added in marg.

[5] *loci*] Interlined.

staret infulatus ad celebrandum divina sollempniter, A.D. 1230.
præsentibus canonicis et populo numeroso valde, tanta subito in aere facta est nubium densitas et opaca solis obumbratio, ut[1] vix socius socium in ecclesia videre aut cognoscere valeret. Admirantibus igitur cunctis et formidantibus, facta est repente tonitrui adeo horribilis super ecclesiam concussio, ut tota ecclesia cum turri super capita omnium ruere videretur. Ex illa autem nubium collisione[2] exivit choruscatio tanta, ut tota ecclesia intus ignea videretur; nec defuit fœtor intolerabilis, adeo ut omnes extingui pertimescerent. Quædam etiam flamma quasi per dimidiæ horæ spatium columpnas et muros lambebat, tanquam magnum velum vel vexillum valido vento agitatum. Omnes igitur quotquot erant in ecclesia certatim currendo exierunt, quasi sensu privati, solo episcopo cum unico diacono in ecclesia ante altare remanente, et, aere serenato, missarum sollempnia consummante.

storm during divine service at St. Paul's.

Imperatore prosperante, cedit Johannes de Bresne, unde statutæ sunt treugæ inter papam et imperatorem.

R. Wend. iv. 209.

Eodem anno, tempore Quadragesimali, vere arridente, imperator contra hostes suos ita invaluit, quod castra sua et jura omnia ad imperium spectantia potenter revocavit; et quoscunque in castris vel civitatibus de proditoribus suis comprehendit, vel vivos excoriari fecit vel patibulis suspendi. Inter quos quendam cepit domini papæ fratrem, quem dominus papa proposuit multis honoribus, ut dicitur, sullimasse.[3] Et, ne[4] tanti viri sermo prophetica careret veritate, fecit illum imperator in quodam eminenti monte in patibulo,

Success of the emperor against his enemies.

He hangs a brother of the pope.

[1] *ut*] ita, MS. Corrected from W. B. C.

[2] *collisione*] collione, MS.

[3] *sullimasse*] Some words have been here added in the margin, but are now quite erased. In E., however, after *sullimasse* we read, *cum imperatorem dejecisset.*

[4] *ne*] Interlined.

A.D. 1230. longis trabibus specialiter[1] ad hoc composito, suspendi. John de Breisne takes refuge in France. Johannes vero de Bresnes, qui ipsius imperatoris post papam hostis erat capitalis, horrens incidere in manus illius, fugiens[2] in Gallias ad natale solum, dispersisque[3] stipendiariis commilitonibus suis, festinus remeavit.[4]

Statutæ sunt treugæ inter dominum papam et imperatorem.[5]

Truce between the emperor and the pope. Mediantibus igitur amicorum precibus, statutæ sunt treugæ inter dominum papam et imperatorem, quousque in aliquam pacis formam convenirent. Interea dominus papa ecclesiæ universali et sibi prudenter providens, pecuniæ colligendæ ad expugnandos ecclesiæ inimicos vigilanter indulsit, potentumque consanguineos, quos consideravit posse ecclesiæ conferre subsidium, de bonis Cisalpinorum saginavit.[6] Rog. Wend. iv. 209.

Perimitur Willelmus de Braluse.[7]



¶ *Nota impiam murthram.* Murder of Will. de Brause by the prince of North Wales. Per idem tempus Willelmus de Brause, vir nobilis et potens, a Leolino, principe Northwalliæ, compressus, in regis Angliæ dedecus et dampnum, sine querela et sine curiali judicio peremptus est; imposito ei crimine pro causa, quod scilicet cum uxore dicti Leolini adulterabatur. Quod contigit mense Aprilis. Rog. Wend. iv. 209.

---

[1] *specialiter*] specilr̃, MS.

[2] *fugiens*] Added in marg., in the place of *fugit*, as originally written, and as in W. B. C.

[3] *que*] Interlined.

[4] *festinus remeavit*] On an erasure.

[5] This rubric is written on an erasure.

[6] *Interea dominus . . . . saginavit*] The whole of this (with the exception of the last word, which is on an erasure) is written on a piece of vellum, pasted over six lines of the original text, which has been partially erased, but which (on raising the vellum) can be read as follows, *Verum pecunia ad bellum sustinendum extorta et collecta, et in Caribdim papalis ærarii deposita, nunquam alicui spoliatio fuerat restituta, immo nec cessarunt eam domini papæ theleonarii usque ad extremum quadrantem exquirere, et reliquiis patulis rictibus inhiare. Decipiebantur igitur huic regulæ credentes, "Cessante "* . . . . . *ret et effectus."*

[7] In the margin is drawn his shield of arms reversed, *viz.*, party per pale indented, gules and azure.

Rex transfretaturus magnam exegit[1] *pecuniam.* A.D. 1230.

fol. 116 *b*. Cf. Rog. Wend. iv. 209.

Eodemque anno rex H[enricus] III. a toto regno suo, maxime vero a domibus religiosorum, magnam pecuniæ quantitatem transfretaturus accepit,[2] credens per thesauri incrementum, quomodolibet adquisiti, terras suas transmarinas perditas revocare. Cives vero Londonienses, non obstantibus libertatibus suis, ad redemptionem gravissimam sunt compulsi. Judæi[3] insuper tertiam partem catallorum suorum, vellent nollent, regi sub festinatione persolverunt.

Henry exacts large sums of money, to aid him in his expedition.

Rex Anglorum cum exercitu suo transiit in Britanniam.[4]

R. Wend. iv. 209. Rog. Wend. iv. 210.

Anni quoque illius sub curriculo rex H[enricus] III., vere arridente, in[5] sollempnitate Paschali apud Radingum exercitum copiosum valde congregavit; omnium videlicet regni nobilium, qui debebant ei[6] servitium militare, et aliorum innumerabilium ex diversis regionibus. Qui inde castra movens ad portum de Portesmue, pridie kalendas Maii cum universa multitudine sua naves ascendit. Rex autem, procurantibus nautis suis, in Britannia applicuit[7] apud Sanctum Machutum.[8] Comes autem Britanniæ regem reverenter suscipiens, tradidit ei castella sua; nobilesque Britanniæ multi ad eum venientes, homagia fecerunt, et fidelitatem eidem juraverunt. Andreas tamen de Vitri et alii viri

He collects an army at Reading, and crosses over to Britanny.

30 April.

The count of Britanny and many nobles do homage.

---

[1] *exegit*] On an erasure.

[2] *accepit*] On an erasure.

[3] *Judæi*] So at first written, but the final letter afterwards erased.

[4] In the margin is a coloured drawing, representing the king in an open vessel, on the sail of which are blazoned the royal arms, gules three lions passant gardant or. Above is written in red, "*Rex Henricus III., navigans in Britanniam.*"

[5] *in*] Interlined.

[6] *ei*] Interlined.

[7] *applicuit*] applicut, MS.

[8] *Machutum*] Mauloum, W. I., and so B. in text, but in marg. *vel Mauloum.* In C. *Machaum.*

A.D. 1230. nobiles, pauci tamen, ad fidelitatem regis venire contempnentes, munierunt castra sua alimentis, ad pugnam sese præparantes.

Rex Francorum obviam[1] *venit.*

The king of France marches to Angers.

Rex autem Francorum inde certificatus, congregavit exercitum copiosum valde, et ad Andegavensem pervenit civitatem; ubi castrametatus moram protraxit diuturnam, ut progressum regis Anglorum in Pictaviam præpediret. Rex vero Anglorum dum apud urbem Nannetensem[2] majorem expectaret numerum ex diversis partibus armatorum, rex Francorum cum exercitu suo quoddam[3] municipium, Hodum scilicet,[4] obsedit, subvertit, et ad dictam urbem est reversus. Rog.Wend. iv. 210. Rog.Wend. iv. 211.

De eclipsi solis.

Eclipse of the sun. 14 May.

Eodemque anno facta est eclipsis solis, contra morem solitum, in ortu solis, pridie idus Maii, in Rogationibus. Rog.Wend. iv. 211.

De adventu ducis Saxoniæ in Angliam.

Arrival of the duke of Saxony in England.

Tempore quoque sub eodem dux Saxoniæ, regis Anglorum consanguineus, veniens in Angliam, et de absentia regis, quem credidit invenisse, tristis,[5] cum honore a civibus Londoniensibus receptus est, ubi adventum regis commorans expectabat. Erat autem idem dux tantæ elegantiæ et magnitudinis, ut intuentibus spectaculum præbuit admirationis. Rog.Wend. iv. 211.

---

[1] *obviam*] obiam, MS.

[2] *Nannetensem*] Nantensem, MS.

[3] *quoddam*] Written in the text *quod*, and *am* interlined.

[4] *scilicet*] Interlined.

[5] *tristis*] Added in marg.

De perturbatione regni Francorum. A.D. 1230.

Cf. Rog. Wend. iv. 212.

Hostilities between the nobles of France and the count of Champagne.

Eisdemque diebus totum regnum Francorum perturbatum est vehementer, ita quod multi, completis xl. diebus, a regis Francorum eo invito recedentes, insecuti sunt usque Parisius hostiliter et in ore gladii comitem Campaniæ, contra quem gravissimam moverant quæs-

Rog. Wend. iv. 213.

Charges against him.

tionem de crimine proditionis et læsæ majestatis, ut qui dominum suum regem Lodowicum in obsidione Avinionis, ob amorem, ut dicebatur,[1] reginæ, quam illicite amabat, veneno interfecerat, condigne puniretur. Unde, cum iidem magnates in curia regis Francorum, in præsentia regis inde querimoniam sæpe deposuissent, et ipsum comitem per duellum appellatum convincere voluissent, regina supra sexum muliebrem prudens et

Astute conduct of the queen.

astuta, per quam omnia regni negotia disponebantur propter regis simplicitatem et ætatem puerilem, noluit eos audire. Persuadens omnia ad tempus sub silentio pertransire, propter adventum hostilem regis Anglorum, ne ex perturbatione Franciæ roboraretur.[2]

Multi nobiles veniunt ad regem Anglorum.

Rog. Wend. iv. 214.

Many nobles come to Henry, to induce him to enter Normandy.

Eodemque tempore Fulco Paganellus de Normannia, vir potens et nobilis, multas passus per Francorum arrogantiam oppressiones, et Willelmus, frater ejus, et cum eis xl.[3] milites strenuissimi, ob veterem amorem, relictis terris suis et castris, venerunt ad regem Anglorum in Britanniam, fidelitatem et homagia eidem facientes. Qui summopere[4] persuadebant, ut rex hosti-

Rog. Wend. iv. 215.

liter Normanniam intraret, eam certissime sibi propter Francorum intolerabilem superbiam subjugaturus. Sed

---

[1] *ut dicebatur*] Added on to the text.

[2] *roboraretur*] At first written *roboretur*.

[3] *xl.*] ad lx^a., W. B. C.

[4] *summopere*] sumopere, MS.

A.D. 1230. Hubert, the justiciary, opposes it.

justiciarius Hubertus huic consilio non adquievit; unde nobiles illi delusi revertebantur, sed a rege Francorum exheredati.

Henry marches into Gascony and Poitou.

Rex Anglorum in Wasconiam profectus, homagia[1] *ibi ceperit Wasconensium.*

Death of Reimund de Burgh.



Hiis ita gestis, rex Anglorum, per consilium Huberti justiciarii, relicta Andegavi, cum exercitu suo, qui multa jam passus est thesauri sui[2] cum detrimine[3] diminutionem, disponit adire Pictaviam.[4] Submersus est eodem tempore Reimundus de Burgo, nepos Huberti, miles strenuus et facetus.[5] Rog.Wend. iv. 215.

Capitur Mirabellum.

The castle of Mirebeau captured.

Veniens rex in Pictaviam, obsedit castrum Mirabellum, et laudabili Anglorum virtute potenter occupavit. Rog.Wend. iv. 215.

Pacificati sunt papa et imperator.

Reconciliation of the pope with the emperor.

Hoc etiam tempore, mense Augusti, dominus papa Gregorius et Romanorum imperator F[rethericus], mediantibus utrorumque fidelibus et amicis, in concordiam convenerunt. Veniens autem Romam dictus imperator absolutus est, omnibus ad jura imperii spectantibus revocatis. Comederunt igitur simul maximus sacerdotum et principum eminentissimus in palatio summi Rog.Wend. iv. 215. Rog.Wend. iv. 216.

---

[1] *homagia*] homiagia, MS.

[2] *thesauri sui*] Added in marg.

[3] *detrimine*] The last two syllables are on an erasure. Perhaps we should read *detrimento*, but in Du Cange is *detrimonium*.

[4] The text does not correspond with the rubric, in consequence of the omission here of a paragraph found in W. B., which read, "per Andegaviam in Pictaviam transiens, profectus est in Gasconiam, ubi acceptis homagiis, et regione sub securitate disposita, rediit in Pictaviam, ubi multorum homagia suscepit." In C. the words "in Pictaviam transiens . . . . . Gasconiam," are omitted, by error of the scribe.

[5] In the margin is roughly tricked his shield of arms, reversed, *viz.*, masculy, [gules, and vaire.] The same shield is repeated in colours at fol. 134 b.

pontificis per triduum, gaudentibus cardinalibus et imperii potentibus de concordia tam desperata et tam subito confirmata. Pecunia autem extorta ad fomentum prœliorum, nescitur in quam Caribdim et abissum sit demersa.[1] A.D. 1230.

Pacificati sunt rex Francorum et ejusdem magnates.

Cf. Rog. Wend. iv. 216. Circa dies[2] eosdem pacificatus est rex Francorum, procurante regina, cum suis magnatibus, ita tamen, quod comes Campaniæ crucesignatus Terræ Sanctæ cum centum militibus, pro anima regis Lodowici et fol. 117 *a*. statu regni Franciæ, subeat peregrinationem. Rex autem Francorum et regina, mater ejus, tactis sacrosanctis juraverunt, quod singulis redderent jura sua, Rog. Wend. iv. 217. et quod omnes homines regni sui secundum rectas consuetudines regerentur,[3] et singuli[4] debitas vendicarent.[5] Et sic pars regis Anglorum non mediocriter est enervata. The king of France and his nobles are reconciled.

Redit rex de Britannia inglorius.

Rog. Wend. iv. 217. Rex autem Anglorum, qui ad civitatem Nannetensem[6] redierat, jacebat ibidem cum exercitu suo, nihil agens nisi thesauros consumens infinitos. Consumptis igitur denariis, equis et armis, nobiles Angliæ cœperunt R. Wend. iv. 216. egere, languere, et miseras animas exhalare.[7] Eadem quoque tempestate, recedens[8] ab exercitu regis comes Cestrensis Ranulphus, munivit castellum suum[9] apud Sanctum Johannem de Beverona, quod ad jus uxoris suæ jure hereditario pertinebat, militibus, alimentis et armis. Reddiderat enim illi castrum illud comes Bri- Henry exhausts his treasure before Nantes. Ralph, earl of Chester, fortifies his castle at S. Jean Beveron.

[1] *Pecunia . . . . demersa*] Against this passage is written in red letters in the margin, "*Vacat*," i.e. it is to be omitted.

[2] *dies*] Interlined.

[3] *regerentur*] Added in marg.

[4] *singuli*] singulis, W. B. C.

[5] *vendicarent*] At first written *judicarent*, as in W. B. C.

[6] *Nannetensem*] Nannentensem, MS.

[7] *exhalare*] exalare, MS.

[8] *recedens*] On an erasure.

[9] *suum*] Interlined.

A.D. 1230. tanniæ, quando confœderatus regi Anglorum omnia jura sua in regno Angliæ, rege concedente, recepit.

Henry returns to England.

Tandem rex Anglorum, mense Octobris, dispositis rebus necessariis ad custodiam terræ illius, dimisit ibi milites quingentos et mille servientes stipendiarios, super quos principes constituit comitem Cestriæ Ranulphum, Willelmum Marescallum, et Willelmum, comitem Albemarliæ. Sicque rex naves conscendens pauper et inglorius, post plurima maris pericula apud Portesmue applicuit vii°. kalendas Novembris, consumpta infinita pecunia, quam undecunque abraserat, et nobilibus innumerabilibus vel morti datis, vel infirmitate et fame attenuatis, vel ad extremam redactis paupertatem.[1]

Rog. Wend. iv. 217.

26 Oct.



Obiit comes de Glovernia Gilebertus.[2]

Deaths of Gilbert, earl of Gloucester, and others.

Comes vero de Glovernia et de Clare[3] Gilebertus de partibus illis veniens, aeris et cibariorum corruptela tabefactus, et Robertus de Greslei, vir nobilis et potens, et alii multi infirmi et corrupti de partibus illis redeuntes, nunquam postea prosperum diem habentes, in fata concesserunt. Comitis autem terrarum et honorum omnium supradicti custodiam rex Huberto justiciario concessit.

Rog. Wend. iv. 217.

De equitationibus factis, post recessum regis, in partibus transmarinis.

Forays of the English forces in Anjou and Normandy.

Post recessum vero regis ex partibus transmarinis, comes Cestrensis et alii principes militiæ regis Anglorum, cum toto ejus exercitu, ne desides viderentur, fecerunt equitationem per Andegaviam, ceperuntque

Rog. Wend. iv. 218.

---

[1] *Sicque . . . . paupertatem*] This passage is also marked "*Vacat*" in the margin, but it is found in B. C.

[2] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, or, three cheverons gules.

[3] *Clare*] At first written *Clere*.

castellum Gunner et complanaverunt illud, et villam combusserunt. Deinde ceperunt Novum-Castrum super Sartam. Nec multo post Normanniam hostiliter ingressi, ceperunt castrum Puntursun, et villam combusserunt. Ita quod viderentur plus fecisse rege absente, quam præsente.[1] Eodemque anno facta est eclipsis lunæ, x°. kalendas Decembris. A.D. 1230. Eclipse of the moon. 22 Nov.

De exactione scutagii pro expeditione transmarina.

Rog.Wend. iv. 218. Anno Domini M°.CC°.XXX°.I°., qui est annus regni regis H[enrici] xvi^us., idem[2] rex Anglorum H[enricus] ad Natale tenuit curiam suam apud Lamhethiam, Huberto justiciario necessaria omnia ministrante. Ac deinde, vii°. kalendas Februarii, convenerunt ad colloquium apud Westmonasterium rex cum prælatis et aliis magnatibus regni; ubi exegit rex scutagium, de quolibet scuto tres marcas, ab omnibus qui baronias tenebant, tam laicis quam prælatis. Cui Ricardus, Cantuariensis archiepiscopus, et quidam episcopi cum eo audacter resistentes dixerunt, quod non tenentur viri ecclesiastici judicio subjici[3] laicorum, cum absque illis concessum fuisset scutagium in finibus transmarinis. Tandem vero, post multas hinc inde disceptationes,[4] negotium, quantum ad prælatos pertinuit reclamatum, usque ad xv. dies post Pascha dilationem accepit. Omnes autem alii regiæ favebant voluntati. Archiepiscopi vero cor ex tunc et deinceps a rege aversum est.

Rog.Wend. iv. 219.

A.D. 1231. Henry keeps Christmas at Lambeth. 26 Jan. Parliament held at Westminster, and a scutage imposed. ¶*Nota scutagium.* The archbishop of Canterbury and other prelates oppose it.

De discordia orta inter regem et archiepiscopum Cantuariensem.

Rog.Wend. iv. 219. Per idem tempus Ricardus, Cantuariensis archiepiscopus, ad regem veniens, conquestus est graviter de

Complaint made by the arch-

[1] *Ita quod : . . præsente*] These words are scored with a red line, as if for omission.

[2] *qui . . . . idem*] Added in marg.

[3] *subjici*] subiei, MS.

[4] *disceptationes*] deceptaeiones, MS., as elsewhere.

A.D. 1231. bishop against Hubert the justiciary.

Huberto justiciario, quod castellum de Thunebruge cum villa et pertinentiis ejus, et alias quasdam terras Gileberti, comitis de Clare, nuper defuncti, quæ ad jus Cantuariensis ecclesiæ spectabant, injuste detinebat; unde idem comes et prædecessores sui ad recognitionem homagii tenebantur. Qua de causa regem rogavit, ut custodiam dicti castelli cum pertinentiis sibi restitueret. Cui respondens rex, dixit comitem præfatum de se tenere in capite, et vacantes custodias comitum et baronum, et eorumdem heredum ad suam coronam usque ad ætatem legitimam pertinere, et sibi licere tales custodias cui voluerit vendere vel conferre. Rog. Wend. iv. 220.

The archbishop goes to Rome, to urge his suit there.

Archiepiscopus vero, cum aliud responsum habere non potuit, excommunicavit omnes invasores possessionum prædictarum, et omnes, præter regem, qui cum eisdem communionem haberent. Et tam pro hiis quam aliis de causis Romam profectus, jus suum et ecclesiæ suæ viriliter prosequi maturavit. Rex vero e contra, ut causam suam prosequeretur, magistrum Rogerum de Cantelu Romam cum aliis quibusdam nunciis destinavit.

Roger de Cantelu is sent to Rome by the king.

Combusta est cella de Hatfeld.[1]

Burning of the cell of Hatfield. 17 March.

Annoque sub eodem combusta est cella Sancti Albani de Haethfield, xvii°. kalendas Aprilis, videlicet ecclesia cum turri, et omnibus officinis adjacentibus, salvatis tantum presbiterio, cum vestimentis, calicibus et libris, et similiter horreis et granario. Alia autem omnia utensilia, scilicet, ciphi argentei et macerini, cum cocleariibus et mensalibus, et omnibus qui in refectorio et dormitorio habebantur, et ollis æneis, et denariis, et etiam campanis liquefactis,[2] combusta[3] perierunt.

---

[1] The whole of this chapter is added in the lower margin.

[2] *liquefactis*] lequefactis, MS.

[3] *combusta*] conbusta, MS.

Ricardus, frater regis, desponsavit comitissam Gloverniæ Ysabellam.[1]

A.D. 1231.

Marriage of earl Richard to the countess of Gloucester.

Rog. Wend. iv. 220. Eodemque tempore, mense Aprilis, post Pascha, Ricardus, frater regis, desponsavit Ysabellam, comitissam Gloverniæ, sororem videlicet Willelmi Marescalli, comitis de Penbroc.

Obiit Willelmus, comes de Penbroc.[2]

Rog. Wend. iv. 220. Et, nuptiis vix completis, idem comes diem clausit supremum, et Londoniis apud Novum Templum juxta patrem suum est sepultus.[3]

Death of William, earl of Pembroke.

Leolino, principe Walliæ, excommunicato,[4] *recædificatur Castrum Matildis.*

Rog. Wend. iv. 220. Mense quoque sub eodem Walenses de latibulis suis exeuntes, terram quæ fuit Willelmi de Brausa vastaverunt; rege vero illo tendente, sunt reversi. Dimissus est igitur ibidem Hubertus justiciarius ad reprimendum impetus eorum, rege recedente. Cujus cum recessum cognovissent Walenses, iterum exierunt, et non longe a castro Montis-Gomerici patriam vastaverunt. Sed milites de castro exeuntes, simul cum armatorum præsidio, quod illuc Hubertus justiciarius destinavit, viam illis revertendi præcludentes, multis peremptis, captos justiciario præsentarunt. Quos statim jussit omnes decapitari, et capita regi præsentari. Quod Leolinus nimis moleste ferens, collegit exercitum copiosum, et terras baronum conterminorum et possessiones gravi vastavit depopulatione. Et nec ecclesiis nec per-

Hostile proceedings in Wales.

fol. 117 *b*. Cf. Rog. Wend. iv. 221.

---

[1] In the margin are drawn two hands extended clasped together.

[2] In the margin is his shield of arms, reversed, *viz.*, party per pale, or and vert, a lion rampant, gules.

[3] In W. B. C. is added the date, "xvii°. kal. Maii [15 Apr.]"

[4] *excommunicato*] exocoicato, MS.

A.D. 1231. sonis parcens ecclesiasticis, matronas quasdam nobiles et puellas, quæ ad ecclesiam quandam causa tuitionis confugerant, cum ipsa ecclesia concremavit. Quod cum

Prince Llewellyn is excommunicated at Oxford. 13 July.

regi nunciaretur, collegit apud Oxoniam exercitum copiosum, iii°. idus Julii; ubi cum tota nobilitas Angliæ, tam cleri quam populi, congregata[1] fuisset, episcopi omnes et alii ecclesiarum prælati in regis præsentia ipsum Leolinum cum suis fautoribus, ecclesiarum violatorem, sub anathemate concluserunt. Rex autem inde progrediens, apud Hereford suas bellicas ordinavit legiones. Erat autem tunc non longe a castro Montis-Gomerici Leolinus[2] in insidiis. Quod audiens rex,

Cf. Rog. Wend. iv. 222, 223.

He escapes by the help of a monk of Cumhyre.

præmissa de suis quadam acie fortissima, ipsum L[eolinum] occupasset, nisi a quodam fratre Cisterciensis Ordinis, scilicet de Cumira, idem L[eolinus] præmuniretur. Sed, insequentibus eum regalibus, per dolosum documentum ejusdem fratris, per quoddam pratum palustre, submersi sunt usque ad[3] ventres equorum; quos Walenses reversi evisceraruntⁱ[4] equosque volu-

The English forces suffer great loss.

tantes in cœno enervaverunt, multosque de militibus peremerunt. Denique regales vix et sero respirantes, insecuti sunt ipsum L[eolinum], jam per dictum fratrem elapsum, et ad ulteriora terræ suæ sibi notæ sese conferentem. Angli autem, licet fugam inirent Walenses, in illo certamine deteriorem calculum reportarunt. Rex igitur pro fraude dicti fratris, et pro eo quod dicebatur

The abbat of Cumhyre pays 300 marks to save the abbey from being burnt.

illa domus de Cumira refugium Leolini extitisse,[5] jussit eam redigi in favillas; pro cujus redemptione abbas domus regi trecentas marcas numeravit. Repressa igitur Leolini superbia sese subtrahentis, rex fecit reædificare Castrum Matildis de lapide et cemento, quod antea ligneum extitit, et[6] a Walensibus destruebatur.

Castle Maud rebuilt.

[1] *congregata*] congrega, MS.
[2] *Leolinus*] Added in marg.
[3] *ad*] Interlined.
[4] *evisceraruntⁱ*] evisceraruntⁱ, MS.
[5] *extitisse*] extisse, MS., and the last three letters are on an erasure.
[6] *extitit et*] Added on to the text.

De treugis statutis inter regem Francorum et regem Anglorum.

A.D. 1231.

Rog. Wend. iv. 224.

The king of France invades Brittany.

Circa eosdem dies, mense Junio, rex Francorum promovit exercitum copiosum, ut Britanniam expugnaret. Sed cum ejus adventum Britanniæ et Cestriæ comites cognovissent,[1] regi paraverunt insidias venienti; et a tergo rhedas[2] ejus et vehicula, victualia, arma et machinas deferentia invadentes, omnia ceperunt, lucratique sunt equos pretiosos lx. Deinde Franci, cum Britanniam cognovissent[3] quasi inexpugnabilem,[4] et debile principium habentes suspectum, procurantibus ex parte regis Francorum archiepiscopo Remensi et Philippo, comite Bononiensi, atque ex parte regis Anglorum comitibus Britanniæ et Cestriæ, qui communiter in hoc consenserunt, ut inter dictos Francorum et Anglorum reges, [tertio][5] nonas Julii, juramento communi treugæ triennales firmarentur.

Truce established between France and England.

5 July.

Rediit[6] *episcopus Wintoniensis a Terra Sancta.*

Rog. Wend. iv. 224.

Return of Peter, bp. of Winchester.

Eodem mense Julio Petrus, Wintoniensis episcopus, completo in Terra Sancta jam fere per quinquennium voto suæ peregrinationis laudabiliter ac magnifice, reversus est in Angliam, kalendis Augusti; qui cum gaudio et honore debito ab omnibus est susceptus.

1 Aug.

Incipit dolenda persecutio Ricardi Marescalli.

Rog. Wend. iv. 224.

The earls of Britanny and Chester join the king in Wales.

Venerunt eodem tempore, post treugas statutas, comes Britanniæ et comes Cestriæ, cum Ricardo Marescallo, et ad regem profecti in Walliam, occupatum adhuc

---

[1] *cognovissent*] connovissent, MS.
[2] *rhedas*] redas, MS.
[3] *cognovissent*] congnovissent, MS.
[4] *inexpugnabilem*] inexpungnabilem, MS.
[5] *tertio*] Supplied from W. B. C.
[6] *Rediit*] Redit, MS.

A.D. 1231. circa Castrum Matildis, honorifice [sunt][1] ab ipso susRog. Wend. iv. 225.

Mareschal is exiled by the king.

cepti. Ricardus vero Marescallus, se regi repræsentans ut heredem fratris sui Willelmi Marescalli, optulit eidem[2] regi pro hereditate sua homagium suum, et quicquid de jure [facere][3] tenebatur. Cui respondens rex, per consilium Huberti, justiciarii ac consiliarii sui, quod audierat uxorem fratris sui defuncti fuisse prægnantem, unde noluit eum audire, donec inde rei veritas probaretur. Cumque Ricardus id constanter negans in postulatione sua perseveraret, rex motus objecit ei, quod diu conversatus fuerat inter hostes suos publicos in partibus Gallicanis, quibus, ut dicebatur, indissolubiliter confœderabatur. Unde præcepit, ut de regno suo exiret irrediturus, affirmans, quod post dies xv. si inveniretur in regno, carceri perpetuo traderetur.

He goes to Ireland, and collects forces.

At Ricardus, cum aliud non haberet responsum, transfretavit in Hiberniam, ubi omnes fratres et milites sui[4] ipsum gaudenter susceperunt, reddentes ei omnia castella quæ erant fratris sui W[illelmi], homagiumque illi cum fidelitate fecerunt. Castellum etiam de Penbroc in suam recipiens potestatem, cum honore pertinente, collegit armatorum multitudinem, hereditatem suam, etiam invito rege, si necessitas cogeret, justo marte exacturus. Erat autem miles strenuus et imperterritus, cujus militiam Franci, licet æmuli, cunctis[5] præferebant. Erat insuper elegans corpore, sermone affabilis, et in subtilibus manuum opusculis singulariter subtilis et ingeniosus. Multiplicatis igitur, quia omnibus gratiosus erat, Ricardi intercessoribus, mutato rex consilio, metuens ne regni pacem turbaret, suscepit homagium suum, sed non sereno corde, simul cum fidelitate,[6] et ei omnia jura sua salvo sibi relevio annuit consueto.

The king receives his homage, and restores his his rights.

---

[1] *sunt*] Supplied from W. B. C.

[2] *eidem*] Interlined.

[3] *facere*] Supplied from W. B. C.

[4] *omnes fratres et milites sui*] In W. I. we read *omnes milites et homines fratris sui* (which is no doubt correct), and in B. C. *omnes milites et omnes fratres sui.*

[5] *cunctis*] cuntis, MS.

[6] *fidelitate*] fidelite, MS.

Quod Ricardus, Cantuariensis archiepiscopus, a Roma rediens, obierit. A.D. 1231.

Rog. Wend. iv. 225.

fol. 118 *a*. Venit hoc tempore ad curiam Romanam Ricardus, Cantuariensis archiepiscopus, et in præsentia domini papæ proposuit hæc quæ sequuntur. Conquestus est in primis de rege Anglorum, quod solummodo omnia regni negotia per consilium Huberti justiciarii, aliis spretis magnatibus, disponebat. Item, de justiciario proposuit, quod habuit uxorem, cujus consanguineam prius habuerat sibi matrimonio copulatam; et quod jura ecclesiæ Cantuariensis invaserat et injuste detinebat. Proposuit etiam, quod episcopi quidam ejus suffraganei, neglecta pastorali cura, sedebant ad scaccarium regis, laicas causas ventilantes et judicia sanguinis exercentes.[1] Item conquestus est, quod clerici beneficiati, et infra sacros ordines constituti, plures habuerunt ecclesias, quibus annexa fuerat cura animarum, et quod insuper, sicut episcopi, ab ipsis trahentes exemplum, curis secularibus et laicorum se judiciis immiscebant. Hiis autem et consimilibus coram papa propositis, petiit, ut limam correctionis excessibus adhiberet. Cumque hæc omnia dominus papa diligenti studio consideraret, et vidisset [quod universa][2] quæ proposuerat archiepiscopus, justitia fuerant et ratione subnixa, jussit incontinenti, quatinus archiepiscopi negotia, justitia mediante, expedirentur. Proposuerunt autem in contrarium clerici regis, pro ipso rege et justiciario multa inaniter allegantes; sed parum vel nihil profecerunt quia favor archiepiscopi quicquid petiit impetravit. Erat namque staturæ elegantissimæ, facundiæ admirabilis, scientia et moribus incomparabilis, et allegavit pro eo causa manifeste justa et favorabilis. Archiepiscopus igitur cum, expletis negotiis omnibus

Rog. Wend. iv. 226.

Complaints laid before the pope by the archbishop of Canterbury.

He succeeds in his suit.

His return and death.

[1] *exercentes*] excercentes, MS.

[2] *quod universa*] Supplied from W. B. C.

A.D. 1231. pro voluntate sua, repatriare maturaret, apud Sanctam Gemmam in domo Fratrum Minorum, tertia dieta citra Romam, diem clausit extremum, iii°. nonas Augusti; et sic, ipso expirante, expirabant cum eo negotia impetrata. De quo hoc mirabile accidit, quod, cum pontificalibus, sicut moris est, corpus defuncti sepeliendum insigniretur, de nocte venerunt homines illius patriæ, qui hæc omnia oculo fascinnanti[1] aspexerant; aperuerunt de nocte sepulchrum, cupientes ut anulum et alia insignia episcopalia furarentur, [sed][2] nulla vi vel ingenio propositum suum poterant consummare. Recesserunt ergo confusi, et pectora sua, in quibus scelerata corda latitabant, percusserunt.[3]

Rog. Wend. iv. 227.

Attempt to plunder the archbishop's tomb.

Quod rex Angliæ revocatus sit a nuptiis sororis regis Scotorum.[4]

Henry returns from Wales.

He proposes to marry the sister of the king of Scotland.

Eodem tempore rex Anglorum, constructo in Wallia castello supradicto, mense Octobris in Angliam remeavit. Proposuit sane idem rex eo tempore ducere in uxorem sororem regis Scotorum, indignantibus comitibus et baronibus suis universis, præcipue Marescallo. Non enim, ut aiunt, decebat, quod rex duceret natu filiam minorem, cum Hubertus justiciarius natu majorem haberet sibi matrimonio copulatam. Sed ab hoc proposito cum per Marescallum et comitem Britanniæ rex invitus revocaretur, dedit eidem comiti Britanniæ v. milia marcas argenti, et sic ad propria comes remeavit.

Rog. Wend. iv. 227.

The count of Britanny returns home.

---

[1] *fascinnanti*] fascinnante, MS.

[2] *sed*] Supplied to complete the sense.

[3] On the lower margin of the preceding page is a coloured representation of the attempt to plunder the archbishop's tomb.

[4] In B. this chapter is marked by Matthew Paris "*Offendiculum*," but it is retained in C.

De electione vel postulatione Radulphi, Cicestrensis episcopi, in archiepiscopum Cantuariensem, et cassatione ejusdem. A.D. 1231.

Rog. Wend. iv. 227. Defuncto, ut dictum est, Ricardo, Cantuariensi archiepiscopo, decreverunt monachi Cantuarienses Radulphum de Nevilla,[1] Cicestrensem[2] episcopum, sibi in præsulem postulare, qui erat regis fidelissimus cancellarius, assensu totius barnagii in eodem officio stabilitus. Facta igitur rite electione vel postulatione, præsentavit eum regi conventus,[3] viii°. kalendas Octobris; quem rex gratanter, quantum ad eum pertinebat, acceptans, de maneriis et rebus aliis ad archiepiscopatum adjacentibus illum protinus investivit. Monachi vero Romam profecti, postulationem suam petierunt confirmari. Dominus autem papa, facta per magistrum Symonem de Langetona diligenti inquisitione de persona postulati, respondit et[4] asseruit, ipsum aulicum curialemque fuisse, rapidum in verbo ac festinum, spiritumque habentem in naribus, et, quod durius est, si ad illam dignitatem promoveretur, moliri volentem ad hoc, ut Angliam liberaret a tributo Romanæ ecclesiæ. Papa autem, hiis auditis, postulationem hanc cassavit, concedens ut conventus alium sibi eligeret in pastorem.

Rog. Wend. iv. 228.

Election of Ralph de Neville to the see of Canterbury.

24 Sept.

It is annulled by the pope.

De distractionibus bladorum clericorum Italicorum.[5]

Cf. Rog. Wend. iv. 240–242. Anno quoque sub eodem, propter intolerabiles Romanorum oppressiones, procurantibus clam Huberto justiciario et Stephano de Segrave, regis consiliario, quidam de regno temerarii, quibus quidam miles præ-

Pillage of the crops of the Italian clergy.

[1] *Nevilla*] Novilla, MS.
[2] *Cicestrensem*] On an erasure.
[3] *conventus*] Added on to the text.
[4] *et*] Interlined.
[5] The substance of the first portion of this chapter is inserted by Wendover under the year 1232, and so in B.C.

A.D. 1231. fuit, nomine Robertus de Thuenge, qui se Willelmum Wither fecit nominari, blada Romanorum in Anglia beneficiatorum violenter rapuerunt, et subito flagellata[1] vendiderunt quovis pretio; portantes super hoc, ut sic eis liceret, literas domini regis sigillo suo consignatas, quas, cum requisiti a vicecomitibus qua auctoritate hoc facerent, palam ostenderunt. Unde ipsi clerici quasi fures latuerunt, credentes omnes trucidari. Johannes quoque Romanus, Eboracensis ecclesiæ canonicus, thesaurarius,[2] in ecclesia latuit eadem, ibidemque credidit decapitari. Item, inter Sanctum Albanum et Londonias, clerici Romani venientes de quodam magno consistorio,[3] inter quos Johannes Ferentinus,[4] archidiaconus Norwicensis, et Cincius, ecclesiæ Londoniensis canonicus, et multi alii extiterant, a quibusdam armatis repente supervenientibus obiter sunt exturbati, et dictus Cincius captus et male tractatus, aliis fugientibus et in dumetis latitantibus. Quod cum ad audientiam regis pervenisset, asserebat se talis præsumptionis nequaquam fuisse auctorem vel conscium. Consiliarii autem regis rei gestæ conscii, et rei tumultum super hoc ventilatum suppresserunt.

R. Wend. iv. 232.

The treasurer of York hides himself, and others are ill-used.

Cf. Rog. Wend. iv. 231.

The king disowns any knowledge of the transaction.

fol. 118 *b*.

Excommunicantur prædictæ violentiæ auctores.

A.D. 1232. Anno Domini M°.CC°.XXX°.II°., qui est annus regni regis H[enrici] III. xvii^us., idem[5] rex Anglorum H[enricus] fuit ad Natale apud Wintoniam, cui Petrus, ejusdem urbis episcopus, omnia necessaria procuravit, et festiva tam regi quam suis distribuit cum donativis indumenta. Ipsis quoque diebus, cum distractæ fuis-

R. Wend. iv. 232.

Henry keeps Christmas at Winchester.

---

[1] In the margin is a drawing, representing a man thrashing out two sheaves of wheat.

[2] *thesaurarius*] *thesaurius*, MS.

[3] This consistory was held at St. Alban's, 17 December. Wend. iv. 231.

[4] *Ferentinus*] Florentinus, W.B.C.

[5] *qui . . . . idem*] Added in marg.

sent fruges et horrea vacuata de Wengham,[1] et blada[2] bonis conditionibus postulantibus venderentur et pauperibus erogarentur, Romanus ipse, cujus erant fruges illæ, graves super hoc coram episcopo Londoniensi reposuit querimonias. Ipse igitur episcopus, convocatis x. episcopis, hujus violentiæ auctores in crastino beatæ Scolasticæ in ecclesia Sancti Pauli sollempniter excommunicavit.

A.D. 1232. The bp. of London excommunicates the authors of the riots. 10 Feb.

R. Wend. iv. 233.

Rex auxilium per totam Angliam sibi dari postulavit.

Rog. Wend. iv. 233. Convenerant eodem tempore[3] ad colloquium apud Westmonasterium, ad regis vocationem, magnates Angliæ, tam laici quam prælati, quibus rex proposuit, quod magnis fuerat debitis implicatus causa bellicæ expeditionis, quam nuper egerat in partibus transmarinis; unde, necessitate compulsus, ab omnibus generaliter auxilium postulavit. Comes autem Cestrensis Ranulphus pro magnatibus regni loquens respondit, quod comites, barones et milites, qui de eo tenebant in capite, cum ipso erant ibi corporaliter præsentes, et pecuniam suam ita inaniter effuderunt, quod inde tam pauperes quam confusi redierunt, unde regi de jure auxilium non debebant. Et sic, petita licentia, omnes recesserunt. Prælati vero regi respondentes dixerunt, quod episcopi multi et abbates, qui vocati erant, non fuerant præsentes; et sic petierunt inducias, quousque ad diem possent omnes certum convenire. Præfixus est igitur dies a xv. diebus post Pascha ad hoc.

Parliament held at Westminster, in which the king demands an aid.

The earl of Chester, on the part of the baron refuses.

The prelates ask for delay and the proceedings are postponed.

Rog. Wend. iv. 234.

---

[1] *Wengham*] Wihingeham, W.; Winghame, B.; Wingeham, C.

[2] *blada*] bladi, MS.

[3] In W. B. C. is added the date "nonas Martii [7 Mar.]"

A.D. 1232.

Electus est Cantuariensis archiepiscopus.

John, prior of Canterbury, elected abp. and goes to Rome, to be confirmed.

Tempore quoque sub eodem conventus Cantuariensis elegit Johannem, priorem suum, in archiepiscopum. Qui cum esset regi præsentatus, et ab eo receptus, profectus est Romam, ut electionem rite factam impetraret a sede apostolica confirmari. Rog. Wend. iv. 234.

Facta per dominum papam inquisitione, cessavit frugum distractio.

The pope writes to Henry, to punish the authors of the riots.

Eodem anno, ascendente querela super Romanorum gravamine, quorum fruges distrahebantur, scripsit idem papa regi Anglorum acriter et increpatorie, admirans quod tales in regno suo fieri permisit rapinas, non habens respectum ad sacramenta, quæ fecerat suæ tempore coronationis. Mandavit igitur eidem regi, sub pœna excommunicationis et interdicti firmiter præcipiens, quatinus, diligenti facta inquisitione, si quos hujus violentiæ inveniret auctores, tam graviter sontes puniret, ut ex pœna eorum ceteri formidarent. Deditque Petro, Wintoniensi episcopo, et abbati Sancti Edmundi, in partibus australibus, et archiepiscopo Eboracensi, episcopo Dunelmensi, et Johanni Romano, in partibus aquilonaribus, in mandatis, ut omnes tam diu denunciarent excommunicatos, quousque Romam venirent a sede apostolica absolvendi. R. Wend. iv. 241.

The king thinks it prudent to hush up the matter.

Facta igitur inquisitione diligenti, inventi sunt transgressores tot et tanti, quod, præ eorum multitudine et potestate, rex omnia dissimulare tutius judicavit, quod ipsos, etsi posset, temere puniendo pacem regni perturbaret.[1] Rog. Wend. iv. 242.

---

[1] *quod ipsos . . . perturbaret*] The construction of the sentence is faulty, and would be clearer if we read, *quam ipsos . . . . perturbare.*

. Quod et significatum est domino papæ. Verumtamen A.D. 1232.
. ex tunc cessavit præsumptionis tempestas memoratæ.

Electio facta de priore Cantuariensi reprobata est Romæ.[1]

Rog.Wend. iv. 243.

Venit interea Romam prior Johannes, electus Cantuariensis. Et cum literas suæ electionis ostendisset, visum est papæ, quod nimis esset senex et simplex, . licet sanctus, et ad tantam insufficiens dignitatem ; . bonus, sed non ad hoc. Et cum persuasisset papa, ut cederet, electus humiliter factæ electioni renunciavit, et petiit licentiam statim repatriandi. Concessa autem licentia, monachis præcepit papa, ut circumspecte alium talem eligerent, cui onus suum communicare et curam posset committere tutius pastoralem.

The election of the prior of Canterbury set aside by the pope.

Rex quosdam amovit a consilio suo, et ab officiis suis.

Rog.Wend. iv. 243.

Circa dies illos Leolinus, princeps Walliæ, fines baronum Angliæ ingressus, cepit more solito vacare incendiis et rapinis. Accesserunt autem ad regem Anglorum Petrus, Wintoniensis episcopus, et alii ejusdem consiliarii, dicentes, magnum coronæ suæ fore scandalum, quod Walenses scurræ, nullius momenti

Rog.Wend. iv. 244.

latrunculi, annis singulis terras suas et baronum suorum impune pervagantes et incendio cuncta depopulantes, nihil intactum derelinquunt. Quibus cum suspirio rex respondit, "Audivi a thesaurariis meis, quod redditus omnes de scaccario vix mihi sufficiunt ad simplicem victum et elemosinas consuetas; unde paupertas non permittit, ut bellicas expediam actiones." Tunc consiliarii regis responderunt, "Si pauper es,

Ravages committed by Llewellyn, prince of Wales.

Complaint made by the bp. of Winchester.

[1] In the margin is drawn a mitre falling down, and an archiepiscopal cross broken.

A.D. 1232. tibi imputes, qui honores et custodias ac dignitates vacantes ita in alios transfers et a fisco alienas, quod nec in divitiis auri vel argenti, sed solo nomine umbratili, rex debeas appellari. Antecessores namque tui, reges magnifici et in omni divitiarum gloria ditissimi, non aliunde, sed ex regni exitibus et emolumentis, thesauros impretiabiles congesserunt." At rex ab eis instructus, cœpit a vicecomitibus et ballivis aliisque ministris suis de redditibus et rebus omnibus ad fisci commodum [1] spectantibus ratiocinium exigere; et quoslibet de fraude convictos a suis officiis deponens, exegit ab eis pecuniam suam etiam cum usuris, et tenens coartabat eos, donec redderent debitum universum.

He exacts strict accompts from the sheriff and others.

Amovetur Ranulfus Brito.

Ranulphum etiam, cognomento [2] Britonem, cameræ suæ thesaurarium, ab officio suo deponens, cepit ab illo mille marcas [3] argenti; et consilio Petri, Wintoniensis episcopi, jam in omnipotentatu dominantis, loco illius substituit Petrum de Orivallis,[4] genere et origine Pictavensem, ejusdem episcopi alumpnum,[5] et, ut dicebatur, consanguineum propinquissimum.[6] Et sic undique loculos rex jejunos, licet [7] in brevi, gravidos reddidit et refertos.

Ralph Brito removed from his office of treasurer.

Rog. Wend. iv. 244.

fol. 119 *a*.

---

[1] *commodum*] comodum, MS.

[2] *cognomento*] *congnomento*, MS.

[3] *marcas*] libras, W. B. C.

[4] *Orivallis*] So also in W. B. C.; *P. de Oriwalle*, Chron. Dunst. p. 218 (sub anno 1234), but in other passages he is rightly named *Rivallis*. Cf. Wend. iv. 264, 268.

[5] *alumpnum*] alumpni, MS.

[6] *consanguineum propinquissimum*] consanguinei propinquissimi, MS. Over the last word has been written, *id est, filii*, but *filii* afterwards erased. B. C. read *nepotem vel filium*. See p. 353.

[7] *licet*] So also in B. C. In Edd. the comma is placed after *jejunos*, and not after *brevi*. The word *licet* is really superfluous, but was retained from the text of Wendover, which reads, "rex jejunos in brevi, licet non plena gravidos crapula, reparavit."

Amovetur Hubertus a justiciaria, exigiturque ratiocinium ab eodem. A.D. 1232.

Rog.Wend. iv. 245.

Per idem tempus rex, per consilium Wintoniensis episcopi, Hubertum de Burgo justiciarium ab officio suo amovit, et Stephanum de Segrave, literatum et [1] militem, subrogavit, iiii°. kalendas Augusti. Et post dies paucos contra ipsum perturbatus, exegit ab eodem instanter ratiocinium de thesauris suis ad scaccarium suum redditis, et de debitis, quæ ei debebantur de tempore patris sui et de tempore suo. Item, exegit de dominicis suis rationem, de quibus erat in possessione die obitus Willelmi, comitis de Penbroc, tunc justiciarii et marescalli,[2] qui ea teneant et habebant [3] in Anglia, Wallia, Hibernia et Pictavia. Item, de libertatibus, quas habuit tunc [4] temporis in forestis, warennis, comitatibus, et aliis locis, qualiter custoditæ sint vel alienatæ. Item, de quintadecima et sexagesima, et aliis redditis,[5] tam ad scaccarium suum quam ad Novum Templum Londoniarum et alibi. Item, de prisis factis pro jure suo relaxando, tam in terris quam mobilibus. Item, de ipsis, quæ ipse rex amisit per negligentiam Huberti. Item, de vastis factis sine commodo [6] regis, tam per guerram quam aliis modis. Item, de libertatibus, quibus idem H[ubertus] usus est in terris sibi datis et episcopatibus et custodiis, sine warento, quæ pertinent ad dominum regem. Item, de injuriis et dampnis illatis et clericis Romanis et Ytalicis, et nunciis domini papæ, contra voluntatem domini regis, per auctoritatem ipsius Huberti, tunc justiciarii, qui nullum consilium voluit ap-

Removal of Hubert de Burgh from the office of justiciary.

Stephen de Segrave is put in his place. 29 July.

His accompts demanded, and charges made against him.

[1] *literatum et*] On an erasure. In the margin is written *juris peritum.*

[2] *marescalli*] *marcalli*, MS., but corr. by a later hand.

[3] *habebant*] Written at first *habeant*, as in W. B. C.

[4] *tunc*] Interlined.

[5] *redditus*] Interlined is *vel bus*, i.e. *redditibus.*

[6] *commodo*] comodo, MS.

A.D. 1232. ponere, ut illa corrigerentur, quod facere tenebatur ratione officii sui ad justiciarium pertinentis. Item, de pace regis, qualiter sit custodita, tam versus homines terræ suæ Angliæ, Hiberniæ, Wasconiæ et Pictaviæ, quam alios extraneos. Item, de scutagiis, carucagiis, donis et xeniis, sive custodiarum exitibus, spectantibus ad coronam, quid inde actum sit. Item, de maritagiis, quæ rex Johannes dimisit in custodia ipsius, in die quo obiit, et de aliis maritagiis sibi traditis, tempore suo. Rog. Wend. iv. 246.

Responsio Huberti.

Hubert's reply.

Ad hæc respondit Hubertus regi, quod patris sui habuit cartam,[1] quæ ipsum absolvit ab omni ratiocinio de rebus perceptis et percipiendis de thesauris suis; qui ejus fidelitatem in tantum expertus est, quod noluit ab eodem audire ratiocinium. Tunc dixit Petrus, Wintoniensis episcopus, quod talis carta post obitum regis Johannis non habebat vigorem; unde ad hunc regem non pertinere proposuit de carta patris sui, quin rationem exigat de prædictis. Hæc quidem[2] quasi levia quædam sunt, de quibus rex rationem exigit ab Huberto, in quibus idem H[ubertus] arguitur de crimine multiformi enormiter læsæ majestatis. Rog. Wend. iv. 246.

Excusatio tribulati pia.

Apology offered by the author for Hubert.

Sed quia in ira propositi sunt articuli contra eum, et inimici ejus judices erant, non arbitror illos fore recitandos. Prædictus enim Hubertus tam laudabiliter se gessit obsessus in castro de Chinun, et obsessus in castro de Dovera, et in navali bello in mari, et in obsidione de Bedeford, pro rege et regno, quod illa bona omnes malas objectiones merito debent absorbere.

---

[1] *habuit cartam*] On an erasure. | [2] *quidem*] quidam, MS.

. Tribulationes autem, quas postea passus est, sequens A.D. 1232.
. sermo declarabit.[1]

Quomodo Hubertus apud Meretonam confugit.

R. Wend. iv. 248. . Cives autem Londonienses, qui eundem H[ubertum] Complaints of the citizens of London against him.
. propter suspendium Constantini oderant, lætati sunt
. de tribulationibus suis; et ilico conquesti sunt de eo,
quod concivem suum injuste suspendit, et absque ju-
. dicio. Unde Hubertus clam et subito fugit ad Mere- He flies to the priory of Merton.
tunam, ibique inter canonicos pavidus latitabat.

Eligitur magister Johannes Blundus in archiepiscopum.

Rog. Wend. iv. 248. Eodem anno, tempore autumpnali, electus est ma- Election of John Blund to the see of Canterbury.
gister Johannes, cognomento[2] Blundus, clericus emi-
. nentis scientiæ, apud Oxoniam legens de theologia, in
Rog. Wend. iv. 249. archiepiscopum Cantuariensem. Qui regi acceptus, et
. ab eo gratanter susceptus, cum monachis quibusdam
Cantuariensibus Romam profectus est, ut electionem
suam dominus papa confirmaret.

De quadragesima regi concessa ad solutionem[3] debitorum suorum.

Rog. Wend. iv. 249. Convenerunt autem tempestate sub eadem apud Parliament held at Lambeth, and a tax of a fortieth granted. 14 Sept.
Lamheiam ad colloquium, in Exaltatione sanctæ Crucis,
coram rege, episcopi et alii ecclesiarum prælati, cum
. regni proceribus. Ubi, post multas disceptationes,[4] con-
cessa est regi pro debitis, quibus comiti Britanniæ
tenebatur obligatus, xl[a]. pars rerum mobilium ab
episcopis, abbatibus, prioribus, clericis et laicis, sicut
ea habuerunt, frugibus congregatis, in autumpno, anno
regni ejusdem regis xvi[o].

---

[1] *Tribulationes . . . . declarabit*] On an erasure.

[2] *cognomento*] congnomento, MS.

[3] *solutionem*] *sulucionem*, MS.

[4] *disceptationes*] deceptationes, MS.

A.D. 1232. *Quomodo Londonienses fere oppresserant Hubertum apud Meretonam.*

Hubert de Burgh refuses to come to trial.

Hubertus quoque de Burgo, cui datus fuerat a rege terminus ille ad respondendum super articulis et exactionibus supradictis, iram regis nimis habens suspectam, non est ausus comparere. Innotuit enim ei, quod rex habuit consilium ipsum morte turpissima condempnare; unde ad pacem ecclesiæ confugerat, donec sibi aura felicior arrideret. Sed tandem cum rex ei significasset, ut veniret ad curiam juri pariturus, renunciavit regi, quod iram ejus formidans et ejus consilium, ad ecclesiam confugerat, quæ ultimum refugium est injuriam patientibus, nec exiret, donec illius animum in melius nosceret commutatum. Tunc rex in iram versus, significavit majori Londoniarum, jam hora instante vespertina, quatinus, statim conjunctis sibi civibus universis, qui arma movere possent, iret ad Meretonam hostiliter, et Hubertum undecunque extractum, vivum sibi seu mortuum præsentaret. At major lætus de præcepto, signo communi pulsato, hæc omnia populo propalavit super hoc lætificato, quia ipsum oderant; unde ad viginti milia armatorum in crastino ante lucem exeuntes, versus Meretonam ruunt catervatim, Hubertum in frusta discerpturi. Quod audiens Hubertus, ante majus altare nudus pedes, in femoralibus et camisia, sese præcordialiter Deo cum[1] lacrimis orans, corpus suum et animam tanquam ilico moriturus commendabat.[2] Interim, dum iter agerent

Rog. Wend. iv. 249.

The king orders the mayor of London to bring him by force.

Rog. Wend. iv. 250.

A large body of citizens set out for that purpose, but are recalled.

fol. 119 *b*.

---

[1] *Deo cum*] On an erasure.

[2] *commendabat*] comendabat, MS. In the margin of fol. 119 *a*. is a drawing which refers to this passage, representing Hubert de Burgh kneeling before an altar, clad only in his shirt and drawers, and holding a cross in his hands. Above his head is the following rubric, "*Hubertus de Burgo, discalciatus et in camisia solum ante altare de Meretona, mortem orando expectat; adveniunt enim cives Londonienses, hostes ejus.*" Beneath the drawing is written: "Hoc etiam competit ei duobus aliis locis sequentibus, scilicet, apud Boscum-combustum, et in capella apud Divisas."

. cives frendentes in Hubertum, suggestum fuit regi a A.D. 1232.
comite Cestrensi, quod, si talem excitaret seditionem
. in vulgo irrationabili ac protervo, posset rex timere,
ne ipsam semel motam[1] sedare non valeret, cum vellet.
. " Et si, diruta ecclesia, perimeretur H[ubertus], qui
. magni nominis est in partibus transmarinis, erit tibi
. in obprobrium per secula." Mutato igitur consilio, rex
. omnes, misso festino nuncio, revocavit.

Idem Hubertus a quadam capella extractus, in turri Londoniarum vincitur.

Cf. Rog. Wend. iv. 250.

. Procurante igitur archiepiscopo Dublinensi Luca, qui Hubert obtains a respite.
. aliquando capellanus Huberti extiterat, et per ipsum
. promovebatur, concessa est eidem Huberto pax usque
ad octavas Epiphaniæ, ut tempus haberet interim deli-
berandi super præmissis. Tunc Hubertus, accepta, ut He goes towards St. Edmund's.
credebat, securitate, iter arripuit ad Sanctum Edmun-
R. Wend. iv. 251.
. dum, ubi uxor ejus morabatur, gloriosi regis et mar-
. tiris rogaturus de tribulatione consolationem; et[2] obiter
hospitatus est in villa, quæ ad jus pertinet Norwi-
censis episcopi, in domibus ejusdem episcopi. Quod
cum regi innotuisset, ira incanduit vehementi, metuens,
ut[3] si ita Hubertus recederet, perturbationem machina-
retur in regno. Unde pœnitens, misit post eum Gode- The king sends Geoffrey de Craucumbe to arrest him.
fridum de Crauecumbe,[4] militem, cum cccᵗⁱˢ. armatis,
præcipiens sub pœna suspendii, quatinus illum captum
reducerent, et in turri Londoniarum vinctum incarce-
rarent. At illi cum festinatione profecti, invenerunt
Hubertum in quadam capella, crucem in una manu et
in altera corpus Dominicum bajulantem. Erat enim
præmunitus de rapido adventu quærentium animam
. ejus. De qua, cum ad[5] vocationem Godefridi exire He is captured with

[1] *motam*] Added in marg.
[2] *et*] So written at first, as in E., but afterwards erased. The sentence, however, requires it.
[3] *ut*] ne, E. Om. W. B. C.
[4] *Crauecumbe*] Crouecumbe, E.
[5] *ad*] Interlined.

A.D. 1232. violence in a chapel at Boisars. nollet, ipse G[odefridus] et complices sui rapuerunt[1] violenter de manibus ejus crucem et corpus Dominicum, et vinculis eum arctissimis constrinxerunt. Et vocatus ibidem degens faber quidam, ut apponeret tibiis ejus anulos, rogavit faber, "Quem ponam in vinculis ferreis?" At illi, "Hubertum de Burgo." At faber, "Vivit Deus! nunquam illum in anulis ponam, qui totiens Angliam liberavit; fiat de me Dei beneplacitum." Hubertus autem, hiis auditis, tacitus in corde considerabat illud evangelicum,[2] "Confiteor tibi, Pater cœli et terræ, quia abscondisti causam meam a prudentibus, revelans eam simplicibus, quam et ego tibi, Deus meus,[3] revelavi.[4] Insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.,"[5] Godefridus autem et sui has[6] sermocinationes parvipendentes, ipsum Hubertum raptantes, loris constrictum imposuerunt equo despicabili compeditum, et posuerunt eum in turri Londoniarum, in custodia carcerali.

A smith refuses to put fetters on him.

He is carried prisoner to the Tower.

Quomodo idem Hubertus reductus sit ad capellam.

At the demand of the bp. of London, Hubert is taken back to the chapel.

Hæc cum audisset Rogerus, episcopus Londoniensis, venit celer ad regem, increpans eum, quod pacem ecclesiæ violaverit;[7] dixitque, quod,[8] nisi ipsum cum festinatione a vinculis liberatum remitteret ad capellam, a qua fuerat violenter abstractus, ipse omnes hujus violentiæ auctores excommunicationis sententia innodaret. Rex igitur sic increpatus[9] reatum suum intelligens, remisit Hubertum ad capellam memoratam, quæ dicebatur capella de Boisars, v°. kalendas Octobris. Dedit autem in mandatis viceconitibus Hertfordiæ et Esexiæ, sub pœna suspendii, quatinus in propriis personis et cum omnibus hominibus duorum comitatuum

Rog. Wend. iv. 251. Rog. Wend. iv. 252.

27 Sept.

---

[1] *rapuerunt*] *rapierunt*, MS.
[2] *evangelicum*] euuangelicum, MS.
[3] *tibi, Deus meus*] Added in marg.
[4] Founded on Matth. xi. 25.
[5] Ps. xxvi. 12.
[6] *has*] hos, MS.
[7] *violaverit*] violaverat, W. B. C.
[8] *quod*] Interlined.
[9] *sic increpatus*] On an erasure. In W. B. C., *licet invitus*.

capellam obsidione, facto fossato per girum,[1] vallarent, et, ne Hubertus evaderet, vel a quoquam cibum acciperet, explorarent. Quod et factum est. A.D. 1232.

De morte Ranulphi, comitis Cestriæ.[2]



Death of Ranulph, earl of Chester.

Rog. Wend. iv. 256.

Eodem tempore Ranulphus, comes Cestriæ et Lincolniæ, apud Walingeford diem clausit extremum;[3] cujus viscera apud Walingeford, corpus autem apud Cestriam, tumulatur. Cujus obitus cum Huberto nunciaretur, et diceretur quod unus de maximis hostibus suis expirasset, accepit psalterium, et stans ante Crucifixum, illud pro anima defuncti,[4] antequam sedisset, complevit. Successit autem eidem Ranulpho in comitatum Cestriæ Johannes, nepos ejus ex sorore sua, quem genuit David, frater Willelmi, regis Scotorum; alius autem nepos ejus ex sorore sua,[5] Lincolniæ optinuit comitatum, et de barone comes effectus est. Comes autem Harundelliæ, alius nepos ejus, quingentas libratas terræ suscepit.

John, his nephew, succeeds him.

Colligitur quadragesima.

The king issues letters for the collection of the tax.

R. Wend. iv. 253.

Diebus quoque sub eisdem, misit rex literas eis quos ad hoc idoneos decreverat, ad xl^am^. sibi colligendam, sub hac forma, "H[enricus], Dei gratia rex Anglorum, etc., Petro de Thaneio, Willelmo de Culeswurthe, et Adæ filio-Willelmi, salutem," etc. Require quæ sequuntur in Rotulis Vicecomitum.[6]

---

[1] *facto . . . . . girum*] Added in marg.

[2] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, azure three garbs or, and underneath is written in red, "*Clipeus Cestriæ, qui jam in dampnum regni prostratus est.*"

[3] In W. B. C. the date is added, "v. kal. Nov. [28 Oct.]"

[4] *defuncti*] defunc, MS.

[5] *sua*] secunda, W. I.

[6] *in Rotulis Vicecomitum*] On an erasure. The letters are in Wend. iv. 253–255, and in B. C.

A.D. 1232. *Hubertus, fame cogente, exiit de capella, et in turri Londoniarum incarceratur.*

Hubert surrenders, and is taken again to the Tower.

Morabatur autem interea Hubertus in[1] capella multiformi inedia coartatus multo tempore, precibus incumbens intercise, cum duobus tantum servientibus, qui ei clam qualiacunque victualia mendicando subministrabant, donec ex præcepto regis ei interdicta[2] fuerant omnia genera ciborum, et ejus ejecti servientes. Tunc Hubertus in arcto positus, cum fame perire sibi turpe videretur, sponte de capella exivit. Dixit enim, se potius velle regis misericordiam experiri, quam fame perire[3] detestanda. Tunc, rege jubente, ductus est Londoniam, et in turri sub arcta custodia carcerali custodiæ mancipatur compeditus. Rog. Wend. iv. 253.

Thesaurus Huberti distrahitur.[4]

The treasure of Hubert at the New Temple is seized by the king. 11 Nov.

Diebus quoque sub eisdem, instante festo beati Martini, suggestum fuit regi, quod Hubertus habuit thesaurum non modicum apud Novum Templum. Rex autem ilico omnia cepit in manu sua. Nec est tamen adhuc ad misericordiam inclinatus, ut a vinculis liber absolveretur; urgebant enim eum consiliarii ejus, et ad tirannidem acuerunt. Hiis ita gestis, venerunt ad regem[5] adversarii Huberti dicentes, "Ecce convincitur Hubertus de furto! Quid adhuc condigna[6] moratur vindicta? Ducatur apud Cornhullam, ut ibi accusantium respondeat objectionibus, ut liquido[7] pateat omnibus quam multiformis proditor existat." Quod et factum est in crastino.[8] Ubi cum a multis inexorabili. Rog. Wend. iv. 256. fol. 120 *a*.

Charges made against him, and his answers

Cf. Rog. Wend. iv. 257.

[1] *in*] Interlined.

[2] *interdicta*] Added in marg.

[3] *perire*] periire, MS.

[4] In the margin are drawn three covered cups, apparently, of silver and enamel.

[5] *ad regem*] Repeated after *Huberti*, but underscored for omission.

[6] *condigna*] condingna, MS.

[7] *objectionibus, ut liquido*] On an erasure.

[8] *crastino*] crastino sancti Martini, E.

. odio accusaretur, respondit vel ipse in propria per- A.D. 1232.
. sona, vel pro illo Laurentius, clericus de Sancto Albano,
. qui solus fideliter stetit cum eo, tam eleganter et
. tam prudenter omnibus articulis, quod palam coram
. omnibus insontem se probavit. Objectiones autem
. et responsiones, quia notabiles, sunt in Rotulis Vice-
comitum.[1]

Rex ad misericordiam revocatur.

. Tunc rex ad misericordiam revocatus, dixit, "Con- The king has mercy on him, and restores his lands.
. fundantur omnes, qui Hubertum morte turpi moliuntur
. condempnare,[2] et me ad hoc stimularunt! Qui prius
R. Wend. iv. 257. . patruo[3] meo[4] Ricardo, postea regi J[ohanni], patri meo,
. satis servivit fideliter, et mihi in multis casibus præ-
. stitit adminiculum. Nunquam per me condempnabitur
ad mortem." Concessit igitur Huberto omnes terras,
Rog. Wend iv. 258. quas ex dono patris sui vel ex emptione possidebat,
ut sibi inde ac suis necessaria provideret. Susceperunt
igitur eum sub fidejussione Ricardus comes, frater regis,
Willelmus, comes Waranniæ, Ricardus, comes Mares-
callus, et Willelmus, comes de Ferrariis. Et missus est He is sent to the castle of Devises.
a rege ad castellum de Divisis, traditus sub custodia
iiii^{or}. militum prædictorum comitum, ut sub liberiori
custodia servaretur ibidem.

---

[1] *Rotulis Vicecomitum*] On an erasure. Here and in p. 249 the text was probably origiually written, *in libro Additamentorum*. The charges and replies are there found (MS. Cott. Nero D. I. f. 167), and printed by Wats, p. 159. They are referred to again by Matth. Paris, at fol. 129 *b.*, under the year 1239 (ed. Wats, p. 516). In the margin of C. fol. 243 *b.*, opposite to the mention of Laurence of St Alban's, is this note: "In fine vero hujus libri invenies objectiones adversariorum et responsiones Laurentii."

[2] *condempnare*] condepnare, MS.

[3] *patruo*] avunculo, W.C. *pr. man.*

[4] *meo*] At first written *me*.

A.D. 1232. *De visitatione per dominum papam super viros religiosos.*

Pope Gregory directs a general visitation of the monasteries.

Hoc quoque anno papa Gregorius constituit visitatores super viros religiosos per orbem generaliter universum Christi nomine dedicatum, sub hac forma: "Gregorius, episcopus, venerabilibus fratribus suffraganeis ecclesiæ Cantuariensis, salutem et apostolicam benedictionem. Egressus a facie Dei Sathan,"[1] etc. Quære in libris religiosorum[2] omnia, quæ super visitatione illa facta fuerant, et plene invenies. Rog. Wend. iv. 258.

Rogerus, Londoniensis episcopus, Romam profectus est.

Roger, bp. of London, goes to Rome.

He is robbed at Parma.

Eodem autem anno Rogerus, Londoniensis episcopus, accusatus[3] inter alios de consensu, vel saltem de permissione, distractionis frugum Romanorum clericorum, profectus est ad sedem apostolicam, ut suam ibi purgaret innocentiam. Qui cum Parmam, civitatem Ytaliæ perveniret, cives, qui ipsum fascinnanti oculo perspexerant esterlingis desideratis abundare,[4] insidiis de nocte paratis, furtive ac nequiter ipsum tota sua pecunia, quam congesserat non paucam[5] contra accusantes,[6] ad[7] obstruendum os loquentium iniqua,[8] spoliaverunt. Nec iccirco pepercit ei in aliquo Romanæ curiæ censura judicii.[9] Ipse vero episcopus in recessu a Parma, ipsam civitatem in ira sua, cum suis iniquis[10] habitatoribus, maledixit. Rog. Wend. iv. 263.

---

[1] The bull is in Wendover, iv. 258–260 and B. C., dat. "5 id. Jun. [9 June], an. pont. 6."

[2] *libris religiosorum*] The last two letters of *libris* and the next word, are on an erasure. The papal bull and proceedings are in Wend. iv. 258–263, and, with additional matter, in B. C.

[3] *accusatus*] acusatus, MS.

[4] *abundare*] habundare, MS.

[5] *paucam*] pauc, MS.

[6] *accusantes*] acusantes, MS.

[7] *non . . . ad*] These words, with the first syllable of *obstruendum*, are on an erasure.

[8] *iniqua*] Added in marg. In the text follows the word . . *iaceret*, partly erased, but as it disturbs the sense of the text as it now stands, I have omitted it.

[9] *censura judicii*] On an erasure.

[10] *iniquis*] Above has been written *maledixit*, and afterwards erased.

Rex multos de suis naturalibus hominibus expulit a curia sua.[1]

Rog.Wend. iv. 263. Anno Domini M°.CC°.XXX°.III°., qui est annus regni regis H[enrici III.] xviii^us.,[2] tenuit idem[3] rex curiam suam ad Natale apud Wigorniam; ubi, ut dicitur, de consilio P[etri], Wintoniensis episcopi, omnes fere naturales curiæ suæ ministros a suis removit officiis, et Pictavenses extraneos in eorum ministeriis subrogavit. Willelmum quoque de Rodune, militem, expulit, qui in Rog.Wend. iv. 264. curia regis vices gerebat Ricardi, comitis Marescalli; quod idem Ricardus nimis moleste tulit. Walterum quoque, Karleolensem episcopum, ab officio thesaurarii expellens, centum libras ab eodem exegit.[4] Improperavitque ei, quod unam cameram lapideam nobilissimam plus de alieno quam proprio in curia sua fabricaverat. Consiliarios autem suos omnes, tam episcopos quam comites ac barones, et quosque de regno suo nobiles, ita præcipitanter abjecit, quod nulli credere audebat, nisi episcopo memorato, et clerico[5] suo, Petro de Rivallis. Idem quoque episcopus, ut regis favorem liberius optineret, attraxit in suum consortium Stephanum de Segrave et Robertum Passeleuue, qui sub Petro de Rivallis thesauros regios conservabat; et illorum consilio et arbitrio universa regni negotia ordinavit.

A.D. 1233. Henry keeps Christmas at Worcester.

Many persons are removed from their offices.

The bp. of Winchester manages the affairs of the kingdom.

---

[1] Opposite to this rubric a note has been written in the margin, but afterwards completely erased.

[2] *xviii^us*] Added in marg.

[3] *idem*] Interlined.

[4] *exegit*] Partly on an erasure. In W. B. C. *cepit.*

[5] *et clerico*] On an erasure, and so reads E. InW. *et filio*, and in B. *sup. ras.* and C. *et caro.* See before, p. 342.

A.D. 1233. *Ricardus, comes Marescallus, regem increpavit.*

Richard, earl Marescal, complains to the king of these abuses.

Cumque hiis injuriis videret comes Ricardus Marescallus naturales regni postponi et alienigenas multos[1] præponi, tam in castris regni quam in curia et consilio regis, zelo[2] justitiæ provocatus, regem super hoc deliramento verbis amicabilibus atque mordacibus, more fidelis, salubriter increpavit, associatis sibi quibusdam magnatibus, quos rex venerabiles, graves et credibiles habere tenebatur. Affirmabat insuper, quod si[3] hæc, quibus subversio regni imminebat,[4] emendare diffugeret, ipsi et ceteri de regno magnates tamdiu se ab ipsius consilio subtraherent, quamdiu alienigenarum consiliis frueretur. Rog.Wend. iv. 265.

Contumeliosa responsio episcopi Wintoniensis.

Contemptuous reply of the bp. of Winchester.

Ad hæc autem respondens P[etrus], Wintoniensis episcopus, dixit, quod bene licuit domino regi extraneos quoscunque vellet vocare ad defensionem regni et coronæ suæ; et etiam tot et tales, qui possunt homines ejus superbos et rebelles ad debitum compellere famulatum. Addiditque, quod adhuc reliquias odii et guerræ, quas[5] olim Angli contra regem J[ohannem], patrem suum, suscitabant, merito debet habere suspectas. Comes vero Marescallus et ceteri magnates de venenoso verbo perturbati a curia recedentes, cum aliud responsum habere non poterant, firmiter proposuerunt ad invicem, quod pro[6] hac causa omnes tangente usque ad divisionem corporis et animæ viriliter decertarent. Rog.Wend. iv. 265.

The barons resolve to resist.

Rog.Wend. iv. 266.

fol. 120 *b*.

---

[1] *multos*] On an erasure.

[2] *zelo*] Partly erased, (apparently by an accident,) but the reading is established by W. B. C. E.

[3] *si*] Added in marg.

[4] *imminebat*] iminebat, MS.

[5] *quas*] *quam*, E.

[6] *quod pro*] On an erasure.

De cassatione J[ohannis], electi Cantuariensis.[1] A.D. 1233.

Rog. Wend. iv. 267.

The election of John Blund to the see of Canterbury annulled by the pope,

Per idem tempus cassatus est electus Cantuariensis, magister J[ohannes] Blundus. Divulgatum quidem fuit Romæ, quod [post][2] electionem suam acceperat ex dono P[etri], Wintoniensis episcopi, mille[3] marcas [argenti],[4] præter alias mille marcas, quas eidem J[ohanni] crediderat, ut promoveretur. Fuerunt enim cor unum et anima una, et idem J[ohannes] simplex et convertibilis. Scripserat insuper idem episcopus imperatori, ut suas partes interponeret circa promotionem prædicti J[ohannis] versus papam; unde papa indignabatur, perpendens ambitionem. Prætera confessus fuerat, quod duo habebat beneficia, quibus cura annexa fuit animarum, contra statuta concilii generalis; unde quia carebat dispensatione, reprobatus est, licet allegatum fuerit, quod ea possederat ante concilium. Sed quoniam, jam cassatis tribus Cantuariensibus electis, præfata fuit diu ecclesia a pastore viduata, monachis potestatem concessit sibi pastorem eligendi. Qui magistrum Edmundum de Abendona, virum elegantissime literatum, sanctum, et in theologia[5] legentem, sibi in suarum animarum pastorem elegerunt. Cui etiam prompta voluntate pallium transmisit,[6] ne tanta sedes metropolitana amplius[7] vexaretur frustrata diutius a pastore, dominus papa, factus illi in felix auspicium, quem non noverat, præter omnium spem favorabilis.[8]

and the election of Edmund of Abingdon approved.

---

[1] In the margin is drawn a mitre falling down, and an archiepiscopal cross, with the top broken off.

[2] *post*] Supplied from W. B. C.

[3] *mille*] Before this word, *pro* is interlined, but disturbs the sense.

[4] *argenti*] Supplied from W.B.C.

[5] *theologia*] thelogia, MS.

[6] *transmisit*] After this word, *papa* has been added, but afterwards erased, as superfluous.

[7] *amplius*] Before this word, *nec* has been erased.

[8] *favorabilis*] favoralis, MS.

A.D. 1233. *De electione magistri Ædmundi in archiepiscopum Cantuariensem.*[1]

His election is assented to by the monks of Canterbury.

Monachi vero nec ipsum nec alium, qui irrevocabiliter[2] noluerunt sine conventus consensu sui recipere, Cantuariam festinanter adierunt, et consensum conventus super præmissis,[3] totius conventus promtam repererunt[4] gratiam et favorem. Ex tunc igitur Ædmundus beatissimus de virtute in virtutem ascendens, gratia Dei et hominum subarratus, felix in omni præstantia suscipit incrementum. Misertus est Dominus illius, et omnia ejus opera dirigebat, sicut sequens sermo[5] luculenter declarabit. Rog. Wend. iv. 267.

Quomodo consilium episcopi Wintoniensis regnum perturbavit.

Confederacy of the barons against the bp. of Winchester.

Diebus sub eisdem confœderabantur comiti Marescallo viri nobiles et milites strenuissimi, Gilebertus Basset et fratres ejus, Ricardus Suard, Walterus de Clifford, cum multis, quos longum foret enumerare. Causa enim favorabilis erat, ut eis videbatur, et justa, et magis pro rege quam contra regem. Quos tamen omnes rex, solius fretus Wintoniensis episcopi consilio, absque curiæ suæ judicio et parium suorum, exules fecit denunciari, terras eorum distribuens Pictavensibus. Præcepitque, ut eorum corpora caperentur,[6] ubicunque in regno invenirentur. Cf. Rog. Wend. iv. 271.

---

[1] In the margin is a drawing of a mitre and archiepiscopal cross, above which is the hand of the Deity extended from the clouds.

[2] *qui irrevocabiliter*] Written at first *irrevocabiliter qui*, but marked to be transposed. The sense would be clearer, if we read, "Monachi vero, qui nec ipsum nec alium voluerunt irrevocabiliter."

[3] *præmissis*] A word is wanting here, perhaps *petentes*.

[4] *repererunt*] reperunt, MS.

[5] *sermo*] Added in marg.

[6] *caperentur*] caperrentur, MS.

Wintoniensis episcopus multos comiti Marescallo confœderatos muneribus corrupit. A.D. 1233.

Rog.Wend. iv. 271. Tunc Petrus, episcopus Wintoniensis, qui vires comitis Marescalli vidit multiplicari, modis omnibus illas conabatur infirmare. Comites[1] igitur Cestriæ et Lincolniæ, qui Marescallo cœperant[2] adhærere, datis mille marcis, corrupit. Nam Ricardus, frater regis, diu ante ad regem sine difficultate reversus erat, quia fratri deesse nequivit,[3] qui Marescallo primitus adhærebat.

The bp. gains over the earls of Chester and Lincoln.

Richard, earl of Cornwall, sides with the king.

Marescallus confœderatur Leolino.[4]

Rog.Wend. iv. 271. Hæc cum Marescallus cognovisset,[5] confœderatus est Leolino, principi Walliæ,[6] et aliis proceribus regionis
Rog.Wend. iv. 272. illius, interposito juramento, quod nullus eorum concordaret sine alio.

The earl Mareschal joins Llewellyn, prince of Wales.

Applicant alienigenæ, a rege vocati.

Rog.Wend. iv. 272. Tunc quoque, scilicet in crastino[7] sanctæ Mariæ, applicuerunt apud Doveram viri armati ex partibus transmarinis, vocati a rege per episcopum Wintoniensem, in Anglorum contemptum et detrimentum. Qui venientes ad regem, apud Gloverniam convenerunt. At rex illorum et aliorum multorum vallatus catervis, ad Herefordensem[8] urbem suum exercitum promovit copiosum. Et ex Flandria veniens Baldewinus de Gisnes cum sua custodia, pecunia subarratus, regio additus est exercitui. Hoc etiam anno obiit Warinus Basset,[9] in obsidione et insultu castri de Caardif.

16 Aug. Foreign mercenaries are brought over to England.

Death of Warin Basset.

---

[1] *Comites*] At first written *Comite*.

[2] *cœperant*] ceperat, MS.

[3] *quia . . . . nequivit*] On an erasure. In the margin above is written (apparently with reference to this passage), "Proh dolor! de cupiditate comitis Ricardi!"

[4] This rubric is written on an erasure.

[5] *cognovisset*] congnovisset, MS.

[6] *Walliæ*] Norwalliæ, W.

[7] *crastino*] crastino Assumptionis, W.

[8] *Herefordensem*] Hertfordensem, MS., and so B.

[9] In the margin is drawn a blank shield, reversed.

A.D. 1233.

De injuria illata episcopo Karleolensi Waltero.

Walter, bp. of Carlisle, is prevented leaving the kingdom.

Per idem tempus Walterus, episcopus Karleolensis, quibusdam, ut dicebat, injuriis sibi a rege illatis, apud Doveram navem erat ingressurus, ut transfretaret. Supervenerunt autem quidam regis ministri, ejicientes [1] eum cum suis omnibus de navi irreverenter; et firmiter ex parte regis prohibebant, ne absque ejus licentia de regno exiret, contra articulum per sanctum Thomam adquisitum.[2] Rog. Wend. iv. 272.

De constantia Rogeri, Londoniensis episcopi.

The bp. of London excommunicates the authors of this violence.

Applicuit autem eodem tempore et in ipso portu Rogerus, Londoniensis episcopus, qui videns injuriam quæ præfato inferebatur episcopo, excommunicavit omnes, qui in eundem manus injecerant violentas. Et in magna solidatus constantia, inde indistanter profectus ad regem, invenit eum apud Hereford, cum exercitu copioso. Ibique in præsentia regis et quorumdam episcoporum, de violentia Karleolensi episcopo illata supradictam innovavit [3] excommunicationis sententiam. Adjunctis episcopis insuper, qui aderant, omnes illius guerræ auctores et tantæ perturbationis, super qua plenius jam edocebatur, incentores, excommunicavit. R. Wend. iv. 272.

De diffidatione Marescalli, et obsidione cujusdam castri.

The king declares the earl Marschal's fealty void, and besieges one of his castles.

Et, hiis ita gestis, rex, de consilio episcopi Wintoniensis, de quo timendum est, ne in laqueos excommunicationis propter contemptum inciderit, diffidavit Marescallum; et sic jussit contra eum arma movere, et ejus castella obsidere. Et quoddam ejus castellum [4] obsidione vallavit. Rog. Wend. iv. 273.

---

[1] *ejicientes*] eicientes, MS.

[2] *contra . . . . adquisitum*] Added in marg.

[3] *innovavit*] Added on to the text.

[4] *castellum*] in W. is added, "cujus nomen non teneo."

De liberatione Huberti de Burgo.

Rog. Wend. iv. 273. Circa dies istos P[etrus], Wintoniensis episcopus, nulla de Huberto de Burgo, qui apud Divisas in carcere tenebatur, facta mentione, regem rogavit instantissime, ut concederet sibi castri custodiam memorati; hac, ut credebatur et dicebatur,[1] ductus intentione,[2] ut copiam haberet ipsum Hubertum vel fame[3] perimendi. A.D. 1233. The bp. of Winchester desires the custody of the castle of Devises.

fol. 121 *a*.

R. Wend. iv. 274. Super quo scelere Hubertus præmunitus, duobus ministris, qui eidem serviebant, hoc misterium sub astrictione fidei et juramenti revelavit. Qui ipsius periculo et pavori compatientes, sollicite cogitabant, qualiter ipsum a mortis discrimine liberarent. Considerata igitur temporis opportunitate,[4] dormientibus castellanis et dormitantibus excubitoribus, unus eorum, altero explorante, in prima noctis sancti Michaelis vigilia, præfatum H[ubertum] in humeris arripuit compeditum, et de turri clam custodibus descendens et pium furtum deferens, latitudinem castelli, facto pius et sceleratus eodem, pertransivit. 29 Sept. Hubert effects his escape from the castle,

Et de quodam muri propugnaculo saltu descendens, in quendam rubum, qui in proclivo fossati succreverat, cecidit, per quod nec multum tinnitum fecerunt compedes, nec os in eo comminutum est. Ministri autem sequi cogitabant, sciebant enim, quod omnes tres letali periculo subjacebant. Caute igitur illæsi ad dominum suum sine aliquo strepitu descendebant. Et unus eorum, qui robustior videbatur, Hubertum in humeris sullevans, fossatum, licet cum difficultate, trànscendit; et sic ecclesiam villæ parrochialem, tutum ibidem habere sperantes refugium, intraverunt. Sacerdos enim excitus credens aliquem eukaristiam postulare, ostium reseravit. and seeks refuge in the church.

---

[1] *dicebatur*] In the margin above these words is the following note, "Hoc michi hoc scribenti enarravit ipse Hubertus Londoniis, coram Laurentio, clerico suo." The same report appears in Wendover, and in B.C.

[2] *intentione*] Interlined.

[3] *vel fame*] It would appear as if a word were missing here.

[4] *opportunitate*] oportunitate, MS.

Hubertus extractus ab ecclesia durius ac dirius incarceratur.

A.D. 1233. Hubert is dragged from the church, and again imprisoned.

Evigilantibus interea castellanis, cum Hubertum in loco consueto custodes non repererunt, perturbati sunt valde. Et catervatim exeuntes de castro, cum ipsum in eo non invenirent, cum laternis et fustibus omnia quærendo perlustrabant, donec a referentibus audirent Hubertum in ecclesia fuisse compedibus liberatum. Quo cum tumultu raptim concurrentes, invenerunt eum ante altare, crucem manibus tenentem ac deosculantem vulnera Crucifixi, præcordialiter cum lacrimis orantem[1] de tot tribulationibus a Deo percipere consolationem. Regales autem frendentes in eum, atrociter eum arripientes et fustibus eum, cum suis ministris, ac pugnis impie cædentes et pellentes, reducunt ad castellum, et graviori custodiæ quam prius cæsum committunt.

Rog. Wend. iv. 274.

R. Wend. iv. 275.

De constantia Saresbiriensis et Londoniensis episcoporum.

Robert, bp. of Salisbury, threatens to excommunicate the violaters of the church.

Res autem gesta cum ad aures Roberti, Saresbiriensis episcopi, pervenisset, venit celeriter[2] ad castellum, præcipiens ipsis ecclesiæ violatoribus, ut Hubertum ad pacem ecclesiæ quantocius reductum, in illo statu quo illum invenerant, dimitterent absolutum. Sed castellani tumultuose satis episcopo respondentes dixerunt, se malle quod Hubertus suspenderetur, quam ipsi. Et cum ipsum reducere noluissent, episcopus de commissa sibi potestate omnes nominatim excommunicavit, qui eum detinebant, et qui in eum manus injecerant violentas. Tunc episcopus ille, conjuncto sibi Rogero, Londoniensi episcopo, et quibusdam aliis episcopis, venit ad regem, super injuria Huberto illata coram eo querelam deponens, nec prius ab eo recessit

Rog. Wend. iv. 275.

He obtains the release of Hubert,

---

[1] *orantem*] Added in marg. | [2] *celeriter*] sceleriter, MS.

quam Huberti liberationem impetrasset. Et sic in ecclesia,[1] concedente sed invito episcopo Wintoniensi,[2] remissus est Hubertus in ecclesia memorata,[3] xv°. kalendas Novembris.[4] Rex tamen iratus vicecomiti provinciæ illius dedit per literas in mandatis, ut ecclesiam obsideret, donec Hubertus in ea exire per ciborum inediam[5] cogeretur.[6] A.D. 1233. who is replaced in the church. 18 Oct.

Iterum liberatus est Hubertus.

R. Wend. iv. 277. Post dies vero paucos Hubertus de Burgo raptus est ab ecclesia de Divisis a viris armatis, qui misericordia ducti, quod Hubertus, qui totiens Angliam liberaverat et eam regi restituerat, tam inhumane tractabatur. Et statim ut exierat Hubertus ab ecclesia, adductus est ei equus[7] pretiosus, et ipse militaribus armis decenter ornatus, circa horam diei primam in Walliam adductus est ac regis hostibus sociatus, iii°. kalendas Novembris. Hubert is set free, and joins the king's enemies in Wales. 30 Oct.

Exulati invaserunt exercitum regis apud Grosmunt.

Rog. Wend. iv. 278. Circa eosdem dies, cum rex apud Gloverniam copiosum collegisset exercitum, versus Hereford in Walliis suas promovit legiones; et inde terram ingressus hostiliter Marescalli, ad ipsius exheredationem et corporis captionem modis omnibus anhelabat.[8] Sed ille, ut Henry invades the lands of the earl Mareschal.

---

[1] *in ecclesia*] These words, from what follows, are superfluous.

[2] *episcopo Wintoniensi*] Written over the erasure of a word, which was, no doubt, *rege*, as in W. B. C. Before this alteration was made, a marginal addition had been made, thus, "episcopo Wintoniensi obgrunniente," but afterwards partially erased.

[3] *memorata*] memoratam, MS.

[4] According to Tyrrell, "Gen. Hist. England," ii. 2. 884, this date is erroneous, since Hubert was sent back to the church on the 11th October.

[5] *exire per ciborum inediam*] At first written *ex ciborum inedia*, omitting *exire*, as in W. B. C.

[6] *cogeretur*] On an erasure, and no doubt at first *moriretur*, as W.B.C.

[7] *equus*] equs, MS.

[8] *anhelabat*] hanelabat, MS.

A.D. 1233. He besieges the castle of Grosmond, but is compelled to retreat to Gloucester.

bellator providus, ante regis adventum armenta subtraxerat et victualia; unde rex pro necessariorum defectu moram ibi facere non valens, ad castellum de Grosmund cum exercitu suo divertit. Ubi cum per dies aliquot moram protraxisset, Marescallus et ejus confœderati cum proscriptis ab Anglia, missis exploratoribus, ut cognovisset regem infra castelli ambitum pernoctare, et majorem partem exercitus in tentoriis expectando[1] excubare, omnis multitudo, præter Marescallum, qui regem invadere noluit, cum Walensibus et
11 Nov. exercitu copioso, die sancti Martini post crepusculum illuc properantes, et illos, qui in tentoriis soporati jacebant, invadentes subito, equos circiter quingentos cum clitellis et spoliis ac supellectili[2] varia rapuerunt, fugientibus ceteris fere nudis, quo impetus quemque rapiebat. Nec ex eis quempiam lædere vel captum abducere voluerunt, præter duos milites, qui indiscrete rebellantes, potius a semetipsis quam ab aliis sunt interfecti. Et, hiis ita gestis, rex Gloverniam est reversus. R. Wend. iv. 279.

De Domo Conversorum Londoniis constructa.[3]

Unusual thunder.

Circa idem tempus, mense scilicet Novembris, audita sunt tonitrua horribilia, in triste, quia in medio hiemis,[4] præsagium terram inhabitantium. Eodemque anno rex Anglorum H[enricus] III. quandam decentem ecclesiam et congregationi conventuali sufficientem, cum quibusdam ædificiis adjacentibus, propriis sumptibus fabricavit, pro redemptione animæ suæ et regis Johannis, patris sui, et omnium antecessorum suorum, quam Domum Conversorum appellamus, videlicet Lon- Cf. Rog. Wend. iv. 279. fol. 121 *b*.

Henry builds a church for converted Jews.

---

[1] *expectando*] Added in marg.

[2] *supellectili*] suppelecti, MS.

[3] In the lower margin is the coloured drawing of a church, intended to represent this edifice.

[4] *quia . . . hiemis*] Added above the line, and is in reference to a rustic proverb cited by Wendover.

doniis, haud[1] procul a Veteri Templo, anno regni sui xvii.;[2] ad quam domum confugientes Judæi conversi, relicta Judaismi cæcitate, sub quadam honesta vivendi regula vel forma certum haberent in tota vita domicilium, tutum refugium, et sufficiens vitæ sustentamentum, sine servili labore et fœnoris emolumento. Unde factum est, quod in brevi congregatus est ibidem numerus conversorum copiosus, et ibidem baptizati et Christianorum lege instructi vivunt laudabiliter, a perito rectore, sacerdote ad hoc specialiter deputato, gubernati. Ubi etiam cotidie sollempniter divina celebrantur, et crebris lectionibus ac prædicationibus ab eruditore, sciente nova et vetera proferre, prudenter erudiuntur, ut tam cibo spirituali quam corporali reficiantur sustentati. A.D. 1233.

De hospitali regis.[3]

Simili quoque pietatis spiritu tactus, idem rex quoddam nobile hospitale Oxoniis constituit, non procul a ponte, ut ibidem infirmi et peregrini suæ remedium percipiant necessitatis. He founds also a Hospital at Oxford.

Rex Anglorum fuit apud Gloverniam ad Natale.

R. Wend. iv. 289.

Anno Domini M°.CC°.XXX°.IIII°., qui est annus H[enrici] III. regis xviii^us.,[4] idem rex ad Natale Domini tenuit curiam suam apud Gloverniam, cum parvo admodum comitatu, quia recesserant ab eo magnates multi, qui A.D. 1234. Henry keeps Christmas at Gloucester.

---

[1] *haud*] haut, MS.

[2] *regni sui xvii°.*] In the margin is added this note: "Nota hic ordinem annorum regni regis mutatum, scilicet, ut non computetur pro anno tempus regni sui primitivum, scilicet a festo apostolorum Simonis et Judæ [28 Oct.] usque ad Natale Domini proximo sequens."

[3] In the margin is a coloured drawing of this Hospital.

[4] *qui . . . xviii^us*] In the margin has been written, but afterwards nearly obliterated, *qui est annus regni regis H. III. xix^us.*, and in E. it is also noted as "anno xix°."

A.D. 1234. Unusual and heavy frost. spoliati erant a rebus omnibus apud Grosmunt, ut prædictum est. Quo utique tempore cœpit terra gelu graviter constringi, ita quod fruges suffocabantur in agris; radices quoque herbarum in hortis,[1] quæ quatuor[2] pedum altitudine figebantur in terra, desiccatæ perierunt. Hoc etiam gelu usque ad Purificationem beatæ Mariæ continue sine nive perdurans, agriculturam suspendit, et secuta est sterilitas et fames importuna.

2 Feb.

Marescallus multos de hostibus suis peremit.

John of Monmouth and his forces defeated by the earl Mareschal. In crastino autem Natalis Domini Johannes Monemutensis, vir quidem nobilis et potens, cum rege militans in Wallia, copiosum collegit exercitum, ut furtivum faceret impetum in comitem Marescallum. Sed cum hoc per diligentes exploratores comiti innotuisset, misit se in quandam silvam densam et opacam, per quam hostes fuerant transituri, ut eosdem deluderet, qui ipsum decipere cogitabant. Cum igitur adversarii memorati ad locum insidiarum pervenissent, Marescallus et exercitus ejus totus strepitum horribilem cum lituis et tubis[3] clangentibus repente prorumpentes[4] et immunitos invadentes, omnes in fugam compulerunt. Et fugientes insecuti, multos a tergo lanceis transverberatos interfecerunt. Sed in Pictavenses, qui eisdem associabantur, protervius irruerunt, quia ipsos, quorum, proprium est seducere et proditores esse, non puduit Anglicos vocare proditores. Perempta igitur de adversariis multitudine copiosa, vix ipse Johannes equo raptus velocissimo est elapsus. Et progrediens Marescallus victor cum suis legionibus, villas ejusdem J[ohannis] et ædificia, cum omnibus quæ ipsius erant, ferro flammaque devastavit. Hiis ita gestis, Marescallus cum

Rog. Wend. iv. 289.

Rog. Wend. iv. 290.

[1] *hortis*] ortis, MS.

[2] *quatuor*] quatuorum, MS.

[3] *tubis*] After this word W. I. add *emittentes*, which renders the sense clearer.

[4] *prorumpentes*] erumpentes, B.C.

spoliis impretiabilibus et armentis, et honore triumphi, qui pluris erat, in sua se recepit municipia lætabundus. A.D. 1234.

De equitationibus frequentibus Marescalli.

Equitationes vero et prœlia fere cotidiana, vel ad minus qualibet septimana bis vel ter, quæ vir martius Marescallus, natura et exercitio[1] triumphator bellicosus laudabiliter exercuit,[2] nec volo nec valeo propter sui multitudinem huic paginæ commendare[3]; sed secundum volubilitatem rotæ fortunalis nunc hii nunc alii Martem propitium sentiebant.[4] Frequent raids made by the earl Mareschal.

Dum hæc agerentur, salubre fuit consilium episcoporum, et maxime tamen electi Cantuariensis Ædmundi.

R. Wend. iv. 294. Rog. Wend. iv. 295.

Cum hæc autem in partibus Walliæ conterminis agerentur, rex venit ad colloquium apud Westmonasterium in Purificatione beatæ Mariæ. In quo quosdam episcopos, et maxime Alexandrum, Cestrensem episcopum, graviter increpavit de nimia familiaritate comitis Marescalli. Episcopus vero contristatus, sciens quod talia verba ab episcopo Wintoniensi sumebant exordium, indutus[5] pontificalibus excommunicavit incontinenti omnes, qui contra regem et regnum perturbationem moliebantur, aut hostibus regis favorem præstant aut consilium, vel qui super episcopos, qui omnino de salute et honore regis sollicitabantur, malitiose talia imponebant. Affuit quidem huic colloquio magister Edmundus, Cantuariensis electus, cum multis episcopis, qui omnes non mediocriter regis et regni desolationi condolentes, venerunt ad regem, et quasi uno ore Parliament held at Westminster. 2 Feb. The king blames the bp. of Chester for his intimacy with the earl Mareschal. The prelates complain of the counsels followed by the king.

[1] *exercitio*] excercõ, MS.

[2] *exercuit*] excercuit, MS.

[3] *commendare*] comendare, MS.

[4] *sed . . . . . sentiebant*] On an erasure.

[5] *indutus*] At first written *indutus est*, but *est* erased.

A.D. 1234. dixerunt eidem, "Domine rex, dicimus vobis ut fideles vestri, quod consilium, quo nunc utimini, non est sanum vel securum, sed[1] Deo displicens et canoni. sancto dissonum;[2] crudele et periculosum vobis et. regno Angliæ, et, ut exprimamus, Petri videlicet Win-. toniensis episcopi, et Petri de Rivallis et complicum suorum." Et cum ad[3] hoc rationes efficaces addide-. runt, in sermonis fine annectebant, quod nisi ab errore. incepto rex citius desisteret, et cum fidelibus regni. fol. 122 *a*. sui pacifice componeret, ipse incontinenti cum omnibus. Cf. Rog. qui aderant prælatis, in prædictos[4] sententiam ferrent. Wend. iv. 297. excommunicationis, et in omnes alios hujus pacis con-. tradictores et concordiæ perversores. Rex autem pius. R. Wend. audiens consilium prælatorum, humiliter respondit, quod iv. 299. consiliis eorum in omnibus optemperaret. Unde post paucos dies proprium intelligens errorem, pœnitentia ductus de more,[5] præcepit Petro, Wintoniensi episcopo, ut pergens ad episcopatum suum curis intenderet animarum, et de cetero regiis negotiis non interesset. Petro etiam de Rivallis, cujus Anglia tota nutibus subjacebat, ut, redditis sibi castellis suis, et ratiocinium de thesauris incontinenti redderet et a curia recederet; affirmans cum juramento, quod, nisi beneficiatus et in sortem clericorum fuisset admissus, graviter in corpore. puniretur. Pictavenses insuper omnes, tam de curia. sua quam de castrorum præsidiis[6] expellens, remisit in patriam suam, præcipiens ut ultra faciem suam non viderent. Ac deinde rex, qui modis omnibus pacem sitiebat, misit Ædmundum, Cantuariensem electum, in. cujus labiis diffusa fuit gratia omnibus favorabilis et. in consiliis salubris efficacia, cum episcopis Cestrensi. et Rofensi in Walliam, ad Leolinum et Ricardum,

The king orders the bp. of Winchester and P. de Rivallis to leave the court.

He sends back the Poitevins to their country.

Some prelates are sent to make peace with Llewellyn and the earl Mareschal.

[1] *sed*] So written at first, but afterwards erased by mistake.

[2] *Deo .... dissonum*] Added in marg.

[3] *ad*] Added on to the text.

[4] *in prædictos*] On an erasure, and so corr. in marg.

[5] *more*] mora, MS.

[6] *præsidiis*] In the margin is *vel custo*, i.e., *custodiis*.

comitem Marescallum, ut cum eis pacem optinere curantes, de concordia contrectarent. Et sic rex, dimissis iniquis consiliariis suis, revocavit ad obsequium suum naturales homines de regno suo, subjiciens[1] se consilio suorum prælatorum. A.D. 1234

Consecratus est Edmundus in archiepiscopum Cantuariensem.[2]

Rog. Wend. iv. 298.

Eodem anno in ecclesia Cantuariæ consecratus est magister Ædmundus, ejusdem ecclesiæ electus, vir quidem Deo amabilis et hominibus, a Rogero, Londoniensi episcopo, sanctus a sancto, in archiepiscopum Cantuariensem, Dominica qua cantatur, "Lætare Jerusalem," quæ tunc fuit iiii°. nonas Aprilis, non sine nutu Spiritus Sancti. Ipsa enim consecratio, ipsius promotio, ipsius et vita morte vallata pretiosa, non tantum Angliam, immo et Galliam, lætitia spirituali exhilaravit et honore. Hujus consecrationi felicissimæ interfuit rex cum xiii. episcopis. Et eodem die missam cum pallio, quod ei sponte præmiserat papa, et hoc notabile, sollempniter celebravit.

Consecration of Edmund, abp. of Canterbury.

2 April.

Comes Ricardus Marescallus in Hyberniam transiit.

Cf. Rog. Wend. iv. 300 307.

Comes vero Marescallus, antequam pacifici nuncii memorati ad ipsum pervenissent, ignorans cor regis in melius fuisse commutatum, in Hiberniam werram contra regem moturus transfretaverat. Venerant enim ad

War in Ireland carried on by Richard earl Marschal.

---

[1] *subjiciens*] subiciens, MS.

[2] On the lower margin is drawn a clever representation of the consecration of Edmund, by the bishop of London. Above the head of the former is written in red, "*Sanctus Edmundus C*[*antuariensis*] *a*[*rchiepiscopus*]," and above the latter, "*Sanctus Rogerus, episcopus Londoniensis.*" By the side also of the archbishop is written (after the erasure of a line), "*Doctor theologus a doctore, sollempnis prædicator a celebri prædicatore, sanctus præsul a sancto præsule feliciter consecratur.*"

A.D. 1234. eum ab ipsa Hibernia, missi ab magnatibus terræ, urgentes nuncii, qui eum in pacem non sinebant, affirmantes quod ejus inimici impune terram suam pervagantes, rapinis et spoliis indulgebant. Machinante igitur Gaufrido de Marisco, qui primus fugit de prœlio, et Marescallum, ligium dominum suum, tanquam proditor dereliquit, commissum est bellum cruentissimum inter ipsum comitem Marescallum Ricardum et magnates Hiberniæ. Et cum versum fuisset pondus prœlii
His death. in ipsum, percussus est in corporis sui parte secretiori cum quodam genere cultelli, quod hanelacius dicitur, equo suo enervato. Qui tamen postea convaluisset, nisi a cirurgico quodam proditore imprudenter ustus, in tantum cruciaretur, ut in febrem acutam præangustia decidens expirasset. Actum est autem prœlium illud prima die mensis Aprilis, in sabbato. R. Wend. iv. 306.

Lamentatio papæ gravissima super desolatione Terræ Sanctæ.

Bull of pope Gregory in aid of the Holy Land.

Et dum talia mundialis rota in partibus occidentalibus suscitaret, oritur[1] consimilis, immo pejor, in orientalibus regnis perturbatio, inter etiam Christianos. Dominus igitur papa[2] hanc querulam paginam super desolatione Terræ Sanctæ scripsit, et transmisit omnibus Christi fidelibus regnum Angliæ inhabitantibus: "Gregorius episcopus, servus servorum Dei."[3] Summa, de discordia Templi et Hospitalis.[4]

---

[1] *suscitaret, oritur*] On an erasure.

[2] *papa*] Added on to the text.

[3] The bull is given at length in Wendover, iv., 327–330, and B. C., under the year 1235, dat. Spoleto, "2 non. Sept. [4 Sept.], ann. pont. 8."

[4] *Summa . . . Hospitalis*] Written over an erasure, and in the margin opposite is the following note: "Nota, quod lugubris discordia orta est tunc temporis inter Templum et Hospitale in Terra Sancta." It must be remarked, that in the bull itself there is no allusion whatever to the dissension between the Templars and Hospitallers.

Reversio ad materiam. A.D. 1234.

Et dum circa hæc viri ecclesiastici sollicitabantur, comes Marescallus in tutela Hiberniensium retentus, febre acuta occupatus est, quam ex multiplici dolore conceperat, maxime tamen ex imperita, et utinam non voluntaria et proditiosa, adustione cujusdam Hibernici cirurgici. Facta igitur confessione et viatico salutis suscepto, palam coram confessore suo cum lacrimis protestatus est, se nunquam domino regi malum [1] voluisse, immo, ut salubriter consiliis suorum naturalium hominum ipsum inclinasset, elaborasse, et propter hoc guerram, ut sibi bene videbatur justam, sed [2] temere suscitasse. Tenens igitur crucem et adorans, spiritum contritum exalavit,[3] xvi°. kalendas Maii, et sepultus est in oratorio Fratrum Minorum apud Kilkenni, ubi idem sepulturam elegerat, flos militiæ temporum modernorum.

Cf. Rog. Wend. iv. 307, 308.

Details respecting the decease of the earl Mareschal.

De morte Ricardi, Marescalli.

16 Apr.

Omnes proscripti ad pacem regis redierunt.

Rog. Wend. iv. 309.

Per idem tempus, videlicet post Pascha, cum rex Anglorum versus Gloverniam tenderet, cupiens obviare archiepiscopo et episcopis, quos in Uualliam miserat, ut supradictum est, venit apud Wudestoc, ut ibidem pernoctaret. Venerunt autem ibidem ad ipsum nuncii ex Hibernia, casum ei referentes de morte comitis Marescalli. Unde rex, admirantibus cunctis qui aderant, in fletum et lamentationem prorumpens, conquestus est graviter de morte tanti militis, asserens constanter et veraciter, quod nullum sibi comparem [4] in militia, quod et Franci asserunt, in regnis Franco-

The king is grieved at his death.

[1] *malum*] Added in marg.

[2] *sed*] Interlined.

[3] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, party per pale, or and vert, a lion rampant, double quevé, gules.

[4] *sibi comparem*] Written on an erasure, and the words following, *in militia . . . . . regnis*, are carried out into the margin.

A.D. 1234. ¶*Nota laudabilem hic in rege caritatem.*

rum et Anglorum moriens reliquisset. Et, convocatis presbiteris et clericis de capella sua, fecit sollempniter decantari obsequium defunctorum pro anima ejus. Et in crastino, completis missarum sollempniis, largas pauperibus elemosinas erogabat, consimilis in hoc David casum Saulis et Jonathæ deploranti.[1] Dum[2] igitur rex cum archiepiscopo et episcopis, qui de Uuallia venerant, longum haberet[3] tractatum, et informatus salubriter ab archiepiscopo Edmundo ad se revertere-

fol. 122 *b*.

He causes the exiled persons to be recalled. 29 May.

tur,[4] pacem cœpit ardenter desiderare. Fecit igitur convocare per literas suas proscriptos omnes, ut venirent Gloverniam Dominica proxima ante Ascensionem Domini, iiii°. scilicet kalendas Junii, ad colloquium, plenam gratiam ipsius cum suis hereditatibus recepturi. Et, ut hoc facerent omni mala suspicione remota, sub salvo conductu archiepiscopi Æ[dmundi] et episcoporum ducerentur.[5] Venerunt ergo ad pacem regis, procurante archiepiscopo Æ[dmundo] simul cum episcopis, sub ducatu eorundem, Hubertus de Burgo, quondam Angliæ justiciarius, et alii exules memorati.

Rog. Wend. iv. 310.

Quomodo rex reddidit Gilberto Marescallo hereditatem suam.

The king restores to Gilbert, earl Mareschal, his inheritance.

Et in eodem colloquio venit ad regem Gilbertus, frater Ricardi, comitis Marescalli jam defuncti, protestans mortem fratris sui; et postulavit ab eo, ut ipsum in hereditate [sua][6] susciperet, offerens homagium suum

Rog. Wend. iv. 310.

---

[1] *deploranti*] At first written *deplorantis*, but *s* erased.

[2] *Dum*] Originally *Cum*.

[3] *haberet*] The last syllable is on an erasure.

[4] *et informatus . . . . reverteretur*] Added in marg.

[5] *Et ut hoc . . . . . ducerentur*] In the margin opposite this passage is a note of several lines, referring to Hubert de Burgh, unfortunately too much erased to be deciphered, but the first words of which are, "Require (?) autem in Historia magna hujus opusculi . . . . " It is observable, that it is at this passage in the Cotton MS. Nero D. V. fol. 252, that the Chronicle of Roger of Wendover is noted to have terminated.

[6] *sua*] Supplied from W.B.C.

regi, et quicquid ei ut domino facere tenebatur. Tunc A.D. 1234.
. rex, licet cum magna difficultate,[1]—renitebantur enim
. quidam susurrones ad hoc, ut rex omnia sibi appropria-
. ret, eo quod comes Ricardus in bello contra regem inito
. captus fuit et rebellio mortuus—reddidit eidem Gile-
berto hereditatem suam totam, tam in Anglia quam
in Hibernia, et homagium ejus recepit.[2] Gilebertum
. quoque Basset et Ricardum Suard in plenam gratiam
. suscepit; hæc omnia procurante filio pacis archiepi- 11 June.
. scopo Ædmundo. Postea, die Pentecostes, apud Wigor- He gives
. niam, eundem Gilebertum, qui bene literatus erat et[3] him the wand of the office of Mareschal.
beneficiatus, cingulo donavit militari, tradens eidem
virgam marescalciæ curiæ suæ, sicut moris est, et sicut
eam antecessores sui melius et liberius habuerunt. Hu-
;.Wend. bertum quoque de Burgo, Gilebertum Bassat et Ricar-
. 311. dum Suard inter domesticos et familiares consiliarios
admisit, tunc demum intelligens, quod priorum fuerat
seductus astutia consiliariorum, qui se jam cauteriatam
habere senserunt conscientiam, a regisque præsentia

Vend. . sese subtraxerunt. Unde cum graviter accusarentur, ad
. 312. pacem ecclesiæ confugientes episcopus Wintoniensis et Hubert de Burgh, Gilbert Basset and Richard Suard are made councillors.
Petrus de Rivallis, in ecclesia cathedrali apud Winto-
niam latitabant, a conspectu hominum sese subtra-
. hentes. Stephanus[4] quoque de Segrave, vir legum
. regni peritissimus, in abbatia canonicorum de Legre-
. cestria vix ibidem tutus latitabat; ubi per circiter The bp. of Winchester and others
. annum moram continuabat. Similiter quoque[5] Rober-

---

[1] *difficultate*] diffulcatate, MS.

[2] *recepit*] In the margin is a drawing representing the homage of Gilbert, who is presented to the king by the archbishop; and above is written in red letters, "*Nota caritatem beati Edmundi, qui pacificavit Gilebertum Marescallum, et comitem Canciæ Hubertum, et alios magnates Angliæ, domino regi.*" Beneath this drawing is the shield of Gilbert, *viz.*, party per pale, or and vert, a lion rampant gules.

[3] *et*] On an erasure.

[4] *Stephanus*] A marginal note in red was originally added here, but is now almost defaced, and reads, "*Nota f . . . . . stoliditatem* (?) *Stephani de Segrave.*"

[5] *de Segrave . . . . quoque*] These lines are written on a piece of vellum pasted over the original text, on rais-

A.D. 1234. seek places of refuge.

tus Passeleue apud Novum Templum dilituit, graviter infirmatus.[1]

Hugo de Pateshulle factus est thesaurarius de scaccario.

Hugh de Pateshulle made treasurer of the exchequer.

Reprobatis igitur multis, quos ante rex promoverat, alios in officiis arduis subrogavit. Repulsis igitur tam Roberto Passeleue quam episcopo Karleolensi Waltero, Hugonem de Pateshulle, clericum prudentem et generosum ac divitem,[2] ad scaccarii officium thesaurarii vocavit.

Comes Britanniæ penitus recessit a rege Anglorum.

Walter, count of Brittany, renounces his homage.

Eodemque anno comes Britanniæ Walterus, cognomento[3] Mauclerc, juxta interpretationem cognomenti[4] versus in arcum pravum, spoliatus omnibus bonis suis per regem Francorum, postquam extorserat quicquid potuit pecuniæ diversis argumentis a rege Angliæ, per internuncios eidem regi Anglorum reddidit homagium suum, quod ei pridem fecerat. Et rex cepit in manu sua omnia jura comitis Britanniæ in Anglia, et honores ad illum spectantes. Comes vero videns mala sibi diatim multiplicari, in seipso tabescens, per mare paravit insidias mercatoribus, pirata factus execrabilis. R. Wend iv. 317.

---

ing which we read as follows : *de Segrave, vir et mendosus et fortunæ talaris (?) sectator, in ecclesia sanctæ Mariæ, scilicet, ab[b]acia canonicorum Legacestriæ, latitavit, et clericatus jam beneficio confidens plus quam militiæ. Similiter quoque.* Cf. Wend. iv. 312.

[1] *infirmatus*] imfirmatus, MS.

[2] *prudentem . . . divitem*] Added in marg.

[3] *cognomento*] congnomento, MS.

[4] *cognomenti*] congnomenti, MS.

Orta est discordia inter dominum papam et Romanos. A.D. 1234.

Rog. Wend. iv. 322.

Eodem anno orta est Romæ gravis dissensio inter dominum papam et cives Romanos. Causæ autem discordiæ in libris plurimorum [1] plenius annotantur. Papa igitur Gregorius non sustinens hanc injuriam et perturbationem, cum cardinalibus suis exivit ab urbe, et apud Perusium [2] moram facturus divertit. At Romani irati quædam ejus ædificia solo tenus prostraverunt; unde contra eorum, ut dicunt, privilegium excommunicabantur a papa; unde in majorem furorem versi, moliebantur attrahere ipsum imperatorem in sui adjutorium. Qui propter recentem concordiam, noluit ipsos fovere vel eisdem favere, sed potius copiosum congregavit exercitum, ut insolentiam et impetum reprimeret Romanorum. Tunc exercitus papalis, cui præerat comes Tholosanus, quærens gratiam papæ,[3] et episcopus Wintoniensis, quem papa callide advocaverat ad regimen sui exercitus, tum propter pecuniæ suæ [4] abundantiam,[5] tum propter militandi peritiam, et exercitus imperatoris simul convenientes, casalia eorundem Romanorum in girum urbis posita numero xviii°. prostraverunt, et vineas succiderunt. Cives autem irati exierunt ab urbe viii°. idus Octobris, viri, ut dicitur, armati circiter centum milia, ut civitatem Viterbii, quæ ad jus domini papæ spectabat, destruerent. Sed, cum irrationale [6] vulgus civitatis absque militari disciplina exirent et agminibus incederent dissolutis, acies militares domini papæ, quibus præerant instructi armis et bellicis negotiis exercitati,[7] scilicet Cismontani, et acies imperatoris, simul ab insidiis prorumpentes, irruunt in Romanos, et

R. Wend. iv. 323.

R. Wend. iv. 323.

fol. 123 *a*.

Discord between the pope and the citizens of Rome.

The emperor joins his forces to those of the pope.

8 Oct.

Battle at Viterbo, where the citizens are defeated.

[1] *in libris plurimorum*] Written on an erasure. The fuller narrative of these events may be found in Wendover, and in B. C.

[2] *Perusium*] Perisium, MS.

[3] *papæ*] Interlined.

[4] *suæ*] sui, MS., and so B.C., but they read *thesauri* instead of *pecuniæ*.

[5] *abundantiam*] habundantiam, MS.

[6] *irrationali*] irrõle, MS.

[7] *exercitati*] excercitati, MS.

A.D. 1234. ex eis magnam stragem, non sine tamen suorum læsione, fecerunt repentinam. Ceciderunt autem hinc inde ad xix.[1] milia hominum, ita ut tanta strages Christianorum longe lateque diffamata lætificavit corda Paganorum. Romani tamen majus dampnum[2] perpessi sunt, ut qui, dissutis legionibus, ad suam civitatem, aliis insequentibus,[3] præcipites confugerunt. Exasperatum est quidem cor Romanorum nimis adversus dominum papam, quia in illo conflictu de civitate multi nobiles corruerunt. Duravit autem diu ista dissensio inter eos; Romani tamen semper aleam Martis sibi contrariam invenientes, deteriorem calculum reportaverunt.[4] R. Wend. iv. 324.

Magnificum factum regum Arragonum et Castellæ.

Capture of Majorca by the kings of Arragon and Castille.

Eodem anno capta est insula Majorica, sita inter Affricam et Marsiliam,[5] paganisma, et omnibus Christianis per illud mare intermeantibus nociva, a rege Arragonum et civibus Marsiliæ, rege Castellæ efficax auxilium impendente. Dicta est autem Majorica, eo quod major sit quadam alia insula sibi vicina, quæ Minorica nuncupatur, a Christianis pridem occupata.

Obiit Hugo Herefordensis; substituitur Radulphus.[6]

Death of Hugh, bp. of Hereford, Ralph de Madenestane succeeds.

Anno quoque sub eodem obiit Hugo Folioth, antistes Herefordensis. Cui successit magister Radulphus[7] de Madenestane, vir quidem moralis et eleganter literatus, sed Ordini Prædicatorum fidei interpositione obligatus. Rog. Wend. iv. 324.

---

[1] *xix°.*] xxx^a., W. B. C.

[2] *dampnum*] dapnum, MS.

[3] *aliis insequentibus*] Added in marg.

[4] *reportaverunt*] rereportaverunt, MS., and the last two syllables on an erasure.

[5] *et Marsiliam*] On an erasure.

[6] *Radulphus*] On an erasure.

[7] *Radulphus*] On an erasure. So also in W., but in B. C. and Edd., *Robertus*, erroneously, which is copied in Matth. Westm.

Qui ab Edmundo, Cantuariensi archiepiscopo, munus suscepit consecrationis. A.D. 1234.

Annalis conclusio.

Annual summary of events.

Pertransiit autem annus iste sterilis, paucissimas habens aristas, sed inopinabiliter sub flagello respondentes; Anglia paucas, Gallia pauciores, Wasconia vero et Pictavia fere nullas segetes aut fructus reportavit, imbribus autumpnalibus omnia suffocantibus; discordia vero multis in regnis sanguinem Christianum prodigaliter effundente.[1]

De Judæis, qui puerum Christianum circumciderunt.

Rog.Wend. iv. 324.

A.D. 1235.

Henry keeps Christmas at Westminster.

Imprisonment of some Jews for circumcising a boy at Norwich.

Anno Domini M°.CC°.XXXV°., rex Anglorum Henricus III^us^., anno regni sui xix°., ad Natale tenuit curiam suam apud Westmonasterium, præsentibus episcopis et regni magnatibus quampluribus. Eodemque tempore, septem Judæi adducti [sunt][2] coram rege apud Westmonasterium, qui in Norwico puerum quendam, quem furto sublatum jam per annum a conspectu Christianorum absconderant, circumciderunt, volentes eundem crucifigere in sollempnitate Paschali. Et super hoc[3] facto palam convicti, in regis præsentia confessi sunt rei veritatem prælibatam; et sic de vita sua et membris in ipsius voluntate sub carcerali custodia remanserunt.

De mortibus et creationibus quorundam episcoporum.

Rog.Wend. iv. 324.

Death of Hugh de Welles, bp. of Lincoln.

Eodem tempore obiit Hugo de Welles, episcopus Lincolniensis,[4] monachorum gravator[5] indefessus, canonico-

---

[1] *effundente*] effudente, MS.

[2] *sunt*] Supplied from W. B. C.

[3] *hoc*] Interlined.

[4] In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed, and by the side of them a ram's head, above which is written, "Obiit Hugo, Lincolniensis episcopus, pastor ovium."

[5] *gravator*] On an erasure; *persecutor*, B.C.

A.D. 1235. rum, sanctimonialium, et omnium religiosorum malleus,
7 Feb. vii°. idus Februarii, et sepultus est apud Lincolniam in
10 Feb. ecclesia cathedrali, iiii°. idus ejusdem. Quo sepulto,
cum eligere deberent canonici alium in loco ejus succes-
surum, ortum est scisma[1] inter eos, nec potuit hic de
eo nec is de ipso ut promoveretur tolerare, præ invidia
Election of Robert Grosseteste, et indignatione. Tandem post multas inter canonicos
altercationes, elegerunt unaniniter magistrum Rober-
tum,[2] cognomento Grosseteste,[3] contra omnium opinio-
nem,[4] licet, ut dicebatur, Ordini Minorum obligaretur.
Ipse autem R[obertus] ex humillima[5] stirpe procrea-
tus, eleganter tam in trivio quam quadrivio[6] eruditus,
sui ipsius consilio non alieno præsentari[7] regi nolens,
singularis erat conversationis et propriæ sectator volun-
tatis, suæ[8] innitens prudentiæ, quod perspicue postea
manifestavit, sicut sequens narratio manifestabit. Hic
who is consecrated at Reading. igitur electus apud Radingum ab Edmundo, Cantua- Rog. Wend. iv. 325.
2 June. riensi archiepiscopo, consecratus est, iiii°.[9] nonas Junii,
reclamantibus monachis Cantuariensibus et allegantibus,
ne alibi consecraretur quam in ecclesia Cantuariensi.
Sed id tandem hac vice permiserunt, ne labores et
expensæ frustrarentur convenientium, ita tamen, quod
id in consequentiam non traheretur.

Concordia.

Stephen de Segrave and Rob. Passeleue are reconciled with the king. Per idem tempus concordati sunt cum rege Stephanus de Segrave et Robertus Passeleuue, data tamen non minima pecunia[10] regi. Rog. Wend. iv. 325.

---

[1] *scisma*] cisma, MS.

[2] *post multas . . . . Robertum*] On an erasure.

[3] In the margin are drawn a mitre and crosier erect.

[4] *opinionem*] oppinionem, MS.

[5] *humillima*] humilima, MS.

[6] *quadrivio*] quadruvio, MS.

[7] *præsentari*] Added in marg.

[8] *suæ*] After this word has been added *que* in the margin, but afterwards erased.

[9] *iiii°.*] iii°., W. B. C.

[10] *pecunia*] Over this word is interlined *m. marcis*, as in the text of W. B. C.

Obiit episcopus Rofensis.[1]

A.D. 1235.

Rog. Wend. iv. 325.

Death of Hen. de Sanford, bp. of Rochester.

Circa eosdem dies Henricus de Sanford, Rofensis antistes, diem clausit extremum[2] vi°. kalendas Martii. Post cujus obitum monachi Rofenses elegerunt magistrum Ricardum de Wendene,[3] virum eleganter eruditum.[4] Qui Edmundo, Cantuariensi archiepiscopo, ad electionem confirmandam, a præfatis monachis præsentatus, non fuit admissus, unde monachi domini papæ præsentiam appellarunt. Indeque[5] exorta est et amplius accumulata dissensio, sed juxta preces sancti archipræsulis, qui semper oravit quod justitia non elideretur, idem archiepiscopus deteriorem in causa calculum reportavit.

24 Feb. Richard de Wendene is elected in his place, but not admitted by the abp.

Appeal to the pope.

Obiit Willelmus, abbas Sancti Albani.

fol. 123 *b*.

Rog. Wend. iv. 325.

Death of William, abbat of St. Alban's.

Eodemque anno, die[6] sancti Mathiæ, obiit Willelmus, piissimæ memoriæ, abbas Sancti Albani. Quo in capitulo sepulto,[7] electus est in abbatem ejusdem ecclesiæ Johannes, prior de Hertforde, ejusdem ecclesiæ, scilicet Sancti Albani, monachus. Memoratus autem Willelmus ecclesiam Sancti Albani[8] strenue rexerat annis xx^ti^. et mensibus fere tribus.

24 Feb. John, prior of Hertford, succeeds.

---

[1] *Obiit . . . Rofensis*] On an erasure. In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed.

[2] *extremum*] extremun, MS.

[3] *Wendene*] Originally written *Wendoure*, as in E., but afterwards altered to *Wendene*, as in Wendover and B. C. In C., under the year 1238, the name is written at first *Wendoure*, but corrected *Wendene*. See *post*, p. 406. The fact of his name being *Wendene* is confirmed not only by the Chron. Roffense, in MS. Cott. Nero D. II. ff. 137–139, and the Annal. Eccl. S. Mariæ de Suthwerke, MS. Cott. Faust. A. VIII. f. 145, and Annal. de Waverleia, p. 319, ed. Luard, but also by the papal decision in his favour, in Thorpe's Reg. Roff. p. 95. Later and modern writers have, however, retained the erroneous name of *Wendover*, and so in Fasti. ii. 560.

[4] In the margin a mitre and crosier erect are drawn.

[5] *Indeque*] *que* is interlined.

[6] *die*] In crastino, W. The date given by Matthew Paris in Vit. Abbat., p. 132, agrees with the text.

[7] *sepulto*] Added in marg.

[8] *Albani*] Interlined.

A.D. 1235.

Novum privilegium Judæorum.

The Jews obtain new privileges from the pope.

Anno quoque sub eodem Judæi, effusa multa pecunia et amissa, impetrarunt, quod est admirandum,[1] privilegium novum a summo pontifice, ne a regibus aut principibus pro exactione pecuniæ turpiter tractarentur. Et quod liceret eis Christianos habere servientes, et Christianas etiam puerorum suorum nutrices, in derisum magnatum Christianorum, qui iccirco minus eisdem Judæis pepercerunt. R. Wend. iv. 326.

De publica prædicatione.

A crusade preached.

Hoc quoque anno, qui est annus octavus postquam constitutæ sunt treugæ decennales[2] in Terra Sancta inter Romanum imperatorem F[rethericum] et Babiloniæ Soldanum, facta est prædicatio de Cruce per totam Christianitatem, ad commonitionem et instantiam domini Gregorii papæ. Qui literas in diversas orbis partes direxit sub hac forma: "Gregorius, etc. Rachel videns," etc.[3] Respice in libro Additamentorum. Rog. Wend. iv. 327.

De adventu nunciorum imperatoris in Angliam.

Messengers from the emperor arrive, to demand the king's sister in marriage.

23 Feb.

Eodem anno, mense Februarii, venerunt apud Westmonasterium duo Hospitalarii Theutonicorum,[4] cum militibus et aliis nunciis sollempnibus, a Fretherico, Romanorum imperatore, ad regem Anglorum missi, ferentes literas ipsius auro bullatas, quibus postulavit Ysabellam, sororem regis, sibi matrimonio copulari. Venientes autem vii°. kalendas Martii ad regem, petierunt Rog. Wend. iv. 332.

---

[1] *quod est admirandum*] On an erasure.

[2] *decennales*] Before this word is written *inter*, but expuncted.

[3] This bull of the pope has been referred to previously under the preceding year (see p. 368), and in B. C. is repeated here at length. It is not in the "Liber Additamentorum" [MS. Cott. Nero D. I.].

[4] *Hospitalarii Theutonicorum*] Templarii, W.

literarum et suæ postulationis responsum sibi dari, ut regis voluntatem domino suo imperatori possent celeriter nunciare. Rex autem, inito consilio, postulata nunciis concessit. At nuncii postularunt puellam conspectibus suis præsentari. Quod cum factum fuisset, placuit illis pulcritudo puellaris. Confirmaverunt igitur matrimonium in animam imperatoris, interposito juramento, offerentes ei ex parte imperatoris anulum sponsalem. Quem cum in ejus digito posuissent, pronunciaverunt eam imperatricem esse Romani imperii, dicentes palam, "Vivat imperatrix, vivat!" Deinde cum legati ea quæ facta fuerant imperatori nunciassent, post Paschalem sollempnitatem misit idem imperator archiepiscopum Coloniensem et Lovaniæ ducem cum aliis nunciis solempnibus in Angliam, qui imperatricem ad ipsum honorifice perducerent,[1] matrimonium jam initiatum et ratum procurarent, ut in cognitione[2] carnali fieret consummatum. Remansit igitur imperatrix in custodia episcopi Exoniensis et Radulfi filii-Nicholai, domini regis senescalli. Detulerant autem xenium nobilissimum in olosericis, auro et gemmis, ut decuit nuncios imperiales.[3] Et, hiis in hunc modum dispositis, rex in die sancti Johannis ante Portam Latinam apud Westmonasterium tenuit sollempne festum, cum archiepiscopo Coloniensi et ceteris nunciis imperialibus. Et in crastino omnes apud Derteforde iter arripiunt, versus partes orientales profecturi. Imperatrix autem et archiepiscopus Coloniensis, cum ceteris viris nobilibus et matronis ad conductum ejus assignatis, v°. idus Maii naves ingressi, velis patentibus sese pelago commiserunt, et prospere navigantes, apud Enevers[4] salvo applicuerunt. Quibus occurrit innumera armatorum multitudo, ut

A.D. 1235.

R. Wend. iv. 333.

Rog. Wend. iv. 334.

Feast held at Westminster. 6 May.

R. Wend. iv. 335.

The imperial messengers return with Isabel to the continent. 11 May.

[1] *perducerent*] In W. and B. C., *perducentes*, which is better. There is an erasure above this word., as if *et* had been added.

[2] *cognitione*] congnicione, MS.

[3] *Detulerant . . imperiales*] Added in marg.

[4] *Enevers*] Anevers, B.C. [Antwerp].

A.D. 1235. ipsam imperatricem ab insidiis regis Francorum, qui illud magnificum matrimonium impedire moliebatur, custodirent.

Imperator in imperatricem apud Wermesiam matrimonium initiatum consummavit.[1]

The marriage takes place at Worms.

Tempore autem quo imperatrix apud Coloniam venit, imperator erat bellicis expeditionibus implicatus contra filium suum Henricum, quem cepit, et custodiæ carcerali omnibus vitæ suæ diebus tradidit mancipandum. Misit igitur imperator pro imperatrice apud Wermesiam, postquam Coloniæ per sex[2] menses moram continuavit. Desponsavit igitur ibidem puellam sollempniter, matrimonium initiatum consummando, xiii°. kalendas Augusti; cum qua data fuerunt eidem imperatori xxx. milia marcarum, ad quas reddendas assisum fuit scutagium per totum regnum, tam de novis feoffamentis quam veteribus, scilicet de quolibet feodo ii. marcæ.[3] Remisit igitur imperator omnes, qui cum ea[4] venerant, in Angliam, retenta imperatrice cum una sua nutrice et magistra, scilicet, Margareta Biset,[5] et altera ancilla, aurifrigiaria Londoniensi.[6] Misit etiam regi tres leopardos, leporariis simillimos,[7] quia in clipeo regis Anglorum[8] tres leopardi figurantur.[9] Promisit etiam regi efficax auxilium ad requirenda jura sua contra regem Francorum.[10] Expenderat autem rex pro isto

Rog. Wend. iv. 336.

R. Wend. iv. 337.

20 July.

Three leopards sent as a gift to the king of England.

---

[1] In the lower margin is a drawing representing the emperor espousing Isabella, by giving her a ring. Above their heads is written in red letters, "*Imperator Fretherícus in uxorem ducit Ysabellam, sororem H*[*enrici*]*III., regis Anglorum.*"

[2] *sex*] On an erasure. In W. B. C., for *menses* we find *ebdomadas*, which is more correct.

[3] *cum qua . . . marcæ*] Added in the lower margin, in the author's secretary hand.

[4] *ea*] Interlined.

[5] *et magistra . . . . Biset*] Added in marg.

[6] *aurifrigiaria Londoniensi*] Added in marg.

[7] *simillimos*] similimos, MS.

[8] *Anglorum*] On an erasure.

[9] *figurantur*] fugurantur, MS.

[10] Here ends the text of Wendover in W. I., with the addition of a chapter on the genealogy of the empress.

. matrimonio plusquam sexaginta milia marcarum, pro A.D. 1235.
. quibus omnibus solas recepit umbratiles cum consola- Treatment of the empress.
. tionibus promissiones. Deputavit autem ipsam impe-
. ratricem [1] inclusam et velut incarceratam spadonibus,
. et Mauris ementulatis et vetulis larvis consimilibus,
. nocte dieque strictissime custodiendam, ita ut mallet [2]
. pauperrimo militi Anglico vel Franco matrimonio
. indissolubili [3] sociari.

De invectione et accusatione contra Gilebertum, comitem Marescallum.

Circa idem tempus clericus quidam, Henricus Clemens dictus, Hibernicus,[4] dum minus sapienter se gereret, jactitando se causam fuisse mortis Ricardi, comitis Marescalli, vocando eundem proditorem et cruentum domini sui regis inimicum simul et regni, miserabiliter Londoniis, rege ibidem existente, est interfectus. De qua morte, cum ab ipso etiam rege accusaretur Gilebertus Marescallus, plurimis argumentis suam purgavit innocentiam.[5] Rex vero semper eum habens suspectum, nunquam tam sincero corde dilexit eum ut prius.

Gilbert, Mareschal is accused of the death of Henry Clement.

fol. 124 *a*.

De novis decretalibus, scilicet Gregorianis; et de Summa Reimundi.

Hiis quoque temporibus Gregorius papa IX^us^. videns Decretalium tediosam prolixitatem, sub quodam compendio eas eleganter abbreviatas[6] et collectas sollempniter et autentice per totius mundi latitudinem legi præcepit et divulgari. Illas autem ab auctore ipsarum Gregorianas appellamus, sic incipientes, "Rex pacificus,"

New Decretals of Gregory IX.

---

[1] *imperatricem*] impetricem, MS.
[2] *mallet*] malet, MS.
[3] *indissolubili*] indissolubi, MS.
[4] *Hibernicus*] At first written *natione Hibernicus*, but *natione* struck out. In B. C. we read, *nuncius procerum Ybernensium.*
[5] *innocentiam*] Added in marg.
[6] *abbreviatas*] abreviatas, MS.

A.D. 1235. etc. In quibus quædam innovavit, ne scilicet illegitimi prælacias[1] vel ecclesiastica beneficia, nisi adepta a sede Romana legitimationis dispensatione, optineant, sciens inde curiæ Romanæ pro impetratione tali[2] multa in spiritualibus et temporalibus[3] commoda provenire,[4] sicut ex statuto Innocentii pro dispensatione plurium beneficiorum optinendorum. Reimundus quoque, sic volente summo pontifice, Summam quandam confecit perutilem, ubi sub succincta brevitate multa tam de civili quam canonico jure continentur. Erat autem ille Reimundus frater de Ordine Prædicatorum, eleganter nimis in literatura multiplici expeditus.

Summa of Reimund [de Pennaforti].

De Caursinis.[5]

Increase of the usurers named Caorsini.

Diebus autem sub eisdem quidem ultramontani usurarii, qui se Caursinos nominarunt, asserentes se esse mercatores denariorum, et postea specialius se esse mercatores domini papæ vel escambiatores, adeo prius Londoniis habitantes terram totam infecerunt, ut etiam cives et incolas, et etiam, si fas est dicere, quosdam literatos consimili vitio infecerunt,[6] et sophisticos usurarios esse docuerunt. Multos enim illaquearunt et illaqueatos depauperarunt, ut loculos proprios impregnarent.

---

[1] *prælacias*] At first written *in prælacias*, as in B. C., but *in* afterwards erased.

[2] *tali*] talia, MS.

[3] *in spiritualibus et temporalibus*] On an erasure.

[4] *commoda provenire*] comoda pronire, MS. In B. C. *emolumenta provenire.*

[5] *Caursinis*] Originally written *De peste Caursinorum*, but altered by erasure, as in B. C. To the whole of this chapter the word "*dubium*" is affixed in the margin.

[6] *infecerunt*] imfecerunt, MS.

De episcopo Londoniensi Rogero, volente expellere Caursinos a Londoniis.[1]

A.D. 1235.

Eodemque anno episcopus Londoniensis Rogerus, vir quidem optime literatus et religiosus, cum intellexisset hos Caursinos usuras sine erubescentia palam frequentare, vitamque insolitam[2] deducere, viros religiosos simpliciores[3] fatigare, pecuniamque argumentose coacervare, commotus est et iratus, et zelo justitiæ accinctus,[4] omnes illos quasi scismaticos[5] et usurarios manifestos, licet se sophistice mercatores denariorum appellarent, ab urbe Londoniarum decrevit amoveri, nisi a tali cessarent enormitate, pœnitentiamque agerent de commissis. Quod cum contempsissent, subsannantes et deridentes insuper et comminantes, episcopus armis accinctus justitiæ spiritualis, omnes tales excommunicavit, jubens omnes fideles a communione talium elongari, ne civitas Londoniarum, quæ hactenus talis pestis fuit ignara, ut scilicet Christiani sic Judaizarent, tali tabe commacularetur. At ipsi tumentes et superbi, de pecuniali[6] defensione confidentes, sine difficultate et moræ dispendio in curia Romana impetrarunt, ut dictus episcopus, qui jam senuerat valitudinarius et ægrotativus, citaretur peremptorie in remotis partibus ultramarinis coram judicibus Cahursinis ipsis[7] familiaribus, quos elegerant, ut personaliter compararet super tali injuria et temeritate mercatoribus papalibus irrogata responsurus et juri pariturus. Episcopus vero malens patris, scilicet papæ,[8] verenda, ut Sem, tegere, quam, ut Cham, reve-

The bp. of London attempts to expel them.

They obtain from Rome a citation of the bp. before judges of their own choosing.

---

[1] To this chapter also the word "*dubium*" is added in the margin.

[2] *insolitam*] On an erasure. In B. C. *spurcissimam.*

[3] *simpliciores*] On an erasure. In B. C. *variis injuriis.*

[4] *accinctus*] In B. C. *accensus*, which is the preferable reading, but E. agrees with the text.

[5] *scismaticos*] cismaticos, MS.

[6] *pecuniali*] pecuali, MS.; *pecu* being written on an erasure, and *ali* added in the margin, but it is evident that the reading was at first *papali*, as in B. C.

[7] *ipsis*] On an erasure.

[8] *scilicet papæ*] Interlined.

A.D. 1235. The bp. yields, but not without remorse.

lare, tumultum[1] suscitatum pacifice ac prudenter sedavit; et hæc conniventibus oculis sub dissimulatione, non tamen sine spiritus amaritudine, quia senex, pertransiens, causam tam arduam Dei et sancti[2] Pauli patrocinio et examini commendavit trutinandam. Ex[3] tunc igitur Cahursini elata fronte se papales mercatores et escambiatores appellantes, consuetum quæstum sine contradictionis offendiculis exercebant.[4]

Ordo Prædicatorum et Minorum cœpit multipliciter[5] *prosperari.*

Prosperous state of the Orders of Preachers and Minors.

Hiis quoque diebus Ordo Prædicatorum et Minorum in tantum cœpit augeri et prosperari, ut[6] in ædificiis et fratrum numero[7] bene literatorum multiplicato, et etiam fama scientiæ et prædicationis, magnis et famosis cœnobiis æquipararetur.

Capitur Corduba.

Capture of Cordova by the king of Castille.

Lucan born there.

Hoc quoque anno famosissima civitas Hispaniæ Corduba a victoriosissimo rege Castellæ capta est, magno principe domino civitatis, cum multitudine infinita paganorum, occiso. In qua, inquam, civitate, magnus et altiloquus[8] poeta Lucanus natum se commemorat, dicens, "Corduba me genuit."[9]

---

[1] *tumultum*] Added in marg.

[2] *sancti*] sui, MS. and E. Corr. from B. C., which omit *Dei et.*

[3] *Ex*] At first written *Et.*

[4] *exercebant*] excercebant, MS.

[5] *multipliciter*] multipliter, MS. This and the next word are on an erasure.

[6] *et prosperari, ut*] On an erasure.

[7] *numero*] nomero, MS.

[8] *altiloquus*] altiloqus, MS.

[9] Borrowed from a hexastich found in many MSS. of Lucan, beginning, "Corduba me genuit, rapuit Nero, "prœlia dixi." See Fabricii Bibl. Lat. ii. 140, ed. Ernesti.

Obiit Robertus filius-Walteri. A.D. 1235.

Deaths of Robert Fitz Walter, 2 Dec.

Eodem quoque anno, in Adventu Domini, obiit Robertus filius-Walteri,[1] miles strenuus et genere præclarus, de quo multa prædicuntur, ætate quidem fere centenarius. Qui cum moriturus diu mortis imminentia[2] et accessu torqueretur, nec tamen moreretur penitus, ait uxori suæ vix loquens, "Tolle lapidem pretiosum, quem gero circa collum, et da primogenito et heredi meo, quia dum illum gessero, mori non potero,[3] nec ille vel aliquis, qui ipsum gestaverit."[4] Quem cum mulier sustulisset, statim exanimatus est Robertus. Eodemque tempore obiit Rogerus de Sumerico, miles elegantissimus, sine herede.

and of Roger de Sumeri.

fol. 124 *b*. *Rex Henricus in uxorem ducit Alienoram, filiam comitis Provinciæ.*

Anno Domini M°.CC°.XXX°.VI°.,[5] qui est annus regni[6] regis Henrici III. XX^us^., idem rex tenuit curiam suam ad Natale Domini apud Wintoniam, ubi cum gaudio festa Natalicia celebravit. Expectabat autem ardenti desiderio adventum nunciorum suorum. Sollempnes enim nuncios, viros prudentes, in Provinciam ad Reimundum, comitem ejusdem Provinciæ, cum literis suis, [destinavit],[7] petens Alienoram, ejus[8] filiam, sororem reginæ Francorum, sibi matrimonio copulari. Præmisso igitur Johanne de Gatesdene, et postea Ricardo, priore de Hurleie, secretius, tunc ultimo cum dicto priore Hugonem, Elyensem et Radulphum,[9] Herefordensem epi-

Henry keeps Christmas at Winchester.

He sends an embassy to demand the daughter of the count of Provence in marriage.

[1] *filius-Walteri*] On an erasure.
[2] *imminentia*] iminencia, MS.
[3] *non potero*] Interlined.
[4] *Qui . . . . gestaverit*] Added in marg.
[5] *xxx°.vi°.*] On an erasure.
[6] *regni*] Added in marg.
[7] *destinavit*] Supplied from B. C.
[8] *ejus*] On an erasure.
[9] *Radulphum*] At, first written *Rob.* (as in B.), but the last two letters erased, and corr. in marg. In C. only *R.*; in Edd. *Robertum.*

A.D. 1236. scopos, et fratrem Robertum de Sanforde, Magistrum militiæ Templi, illuc destinavit.[1] Qui favorabiliter recepti, nec aliquam in petitione sua patientes repulsam, memoratam puellam speciosam et ætate fere duodennem versus Angliam gaudenter reduxerunt. Et intrantes mare in portu Sanwici,[2] ad portum Doveriæ prospere pervenerunt. Et Cantuariam venire properantibus, occurrit rex; et, visa puella sibique accepta, apud Cantuariam eandem desponsavit,[3] officium archiepiscopo Cantuariensi Edmundo, simul cum episcopis qui advenerant cum ipsa puella et aliis, peragente, xix°. kalendas Februarii. Quartodecimo autem kalendas ejusdem[4] venit dominus rex ad Westmonasterium, et in crastino, scilicet die Dominica, ibidem cum[5] sollempnitate inaudita portavit rex coronam; et coronata est regina Alienora. Et sic desponsata fuit Cantuariæ; nuptiæ vero celebratæ Londoniis, die sanctorum Fabiani et Sebastiani.

She is brought to Canterbury and espoused by the king.

14 Jan.

19 Jan.

They are crowned at Westminster.

20 Jan.

Imperator misit pro comite Ricardo.

Consummato autem gaudio nuptiali, rex recedens a Londoniis venit Meretonam, ut ibi revocati magnates, audito recenti imperatoris mandato, una cum rege de regni negotiis contrectarent. Nuncii enim ab imperatore directi ad regem venientes, eidem cum literis mandata detulerunt, ut scilicet dominus rex fratrem suum Ricardum ad ipsum imperatorem mittere[6] non differret, ut stipendiis imperialibus militaret potenter super regem Francorum; et ipse imperator vires omnes

The king reassembles the nobles at Merton. Messengers from the emperor arrive, demanding that earl Richard should be sent over to him.

[1] *destinavit*] The last syllable is on an erasure.

[2] *Sanwici*] The letter *w* is on an erasure. In B. *Santwici*; C., *Sandwici*. The place intended is *Witsant*.

[3] In the margin opposite are drawn two figures representing the king in the act of espousing Alienora, by placing a ring on the first finger of her right hand. Above the heads are their names in red letters, "*Rex Henricus III. Alienora.*"

[4] *ejusdem*] The last syllable is interlined.

[5] *cum*] Added in marg.

[6] *mittere*] Added in marg.

effunderet in ipsius comitis auxilium, donec omnia jura, quæ rex Angliæ postulat ipsum contingentia, recuperaret, insuper fines pristinos dilataret. Audiens autem hæc rex, simul et magnates ibidem congregati, præhabita deliberatione, responderunt, quod non esset tutum tam tenellum ætate in calidas regiones mittere et dubios casus guerræ contra Francos experiri, cum adhuc unicus et manifestus heres regis et regni comprobaretur;[1] et de regina, cum sit juvencula, utrum sit sterilis aut fœcunda, penitus ignoraretur.[2] De aliquo autem alio, si placeret imperatori, bene consentirent. Et sic nuncii recesserunt, sed non est auditum postea de voluntate imperatoris. Argumentose tamen a domino rege, quasi impostor prodigialis, pecuniam extorsit non minimam[3] de die in diem, scilicet quæ remansit exhibendam.

A.D. 1236.

His request is refused, on account of Richard's youth.

The emperor obtains money from the king.

De quibusdam[4] *novis legibus tunc a rege concessis.*

Diebus etiam sub eisdem rex Henricus III., pro salute animæ suæ et regni emendatione, et ut Dominus prolem sibi concederet fortunatam, apud Meretonam[5] quasdam novas leges, spiritu ductus justitiæ et pietatis, constituit, et constitutas per regnum suum inviolabiliter jussit observari. Quæ in libro Supplementorum vel Additamentorum plenius poterunt reperiri.[6]

New laws promulgated at Merton.

---

[1] *comprobaretur*] At first written *comprobetur*, as in B. C., but corr. in marg.

[2] *ignoraretur*] In the text *ignoretur*, but corr. in marg. In B. C. *ignoratur*.

[3] *minimam*] miniam, MS.

[4] *quibusdam*] quibus, MS.

[5] *apud Meretonam*] Added in marg.

[6] These laws pass under the name of the Statutes of Merton. They are not in the "Liber Additamentorum," but the substance of them is given in B. C. (ed. Wats, p. 422), also in Ann. Burton., p. 249, ed. Luard.

A.D. 1236.

De Paterinis et Bulgaris.

Rise of heretics named Paterins and Bougars.

Circa dies autem illos invaluit hæretica[1] perversitas, eorum videlicet qui vulgariter Paterini vel Bulgares dicuntur, in partibus Transalpinis, de quorum erroribus malo tacere quam[2] loqui, vel sectas eorundem recitare; quæ adeo crevit pullulando, quod fidei puritatem in finibus Franciæ et Flandriæ enormiter maculavit. Sed diligenti ministerio et indefessa prædicatione sanctorum theologorum Prædicatorum et Minorum, præcipue magistri et fratris Roberti, cognomento Bugre, qui sic dictus est, quia quandoque talis erat, confusa est eorum superstitio et error deprehensus; unde factus malleus hæreticorum, accusator et deprehensor, multa milia in regno regis Francorum, qui eidem Roberto auxilium præstitit militare, incendio fecit talium conflagrari. Et post paucos, prout tempore suo dicetur, idem Robertus, ut dicitur,[3] quod est mirabile, in arcum pravum est reflexus.[4]

Many of them are burnt by friar Robert, surnamed Bugre.

De quodam colloquio habito Londoniis.

Parliament held at London.

28 April.

Eodem quoque anno, iiii°. kalendas Maii, congregati sunt Angliæ magnates Londoniis ad colloquium, de negotiis[5] regni tractaturi. Admirabantur enim multi indignantes vehementer, quod rex nimis et secus quam deceret, suis spretis et repulsis hominibus naturalibus, Willelmum, electum Valentinum, quem avunculum suum appellavit, sequebatur, quasi pupillus suum tutorem, venerando et in omnibus obtemperando. Super quo rex acriter correptus, secure[6] in hoc excessu spopondit emendationem. Et tunc sane provisum est, ut, amotis multis vicecomitibus, alii substituerentur, eo quod

Complaints made of the favour shown by the king to William, bp. elect of Valentia.

Many sheriffs are removed, and others substituted.

[1] *hæretica*] heritica, MS.

[2] *quam*] On an erasure.

[3] *ut dicitur*] Added in marg.

[4] *Et post . . . reflexus*] Opposite this paragraph is writen in the margin, "*dubium.*" See hereafter, p. 415.

[5] *negotiis*] nogociis, MS.

[6] *secure*] At first written *se.*

Fol. 125 r. nimis a tramite veritatis et justitiæ corrupti muneribus exorbitarunt.[1] Iccirco uberiores in tenementis et genere nobiliores locis eorumdem rex decrevit subrogari, qui non egerent muneribus adulterinis; fecit etiam eos jurare, ne reciperent munera aliqua, præterquam in esculentis et poculentis, et hoc moderate. Sed hic rigor et juramentum cito evanuit, unde dominus rex doluit, qui, pia ductus intentione, ea quæ vicecomites gravamina irrogarunt, tollere sitiebat.[2] Facti sunt igitur sicut muscæ esurientes, abactis prioribus, quas vulnera cruenta saturaverant. A.D. 1236.

De nunciis regis Scociæ.

Rights demanded by the messengers of the king of Scots.

In eodem colloquio rex Scociæ illuc sollempnes nuncios destinavit, qui instanter jura, quæ dominum suum dictum regem contingebant, exegerunt; de quibus se habere cartam et multorum magnatum testimonium asserebant. Cujus negotii diffinitio tunc cepit, petente rege Angliæ, dilationem.

Item de eodem colloquio.

Richard Suard is banished.

Eodem quoque tempore, ante ejusdem colloquii solutionem, rex dolens[3] quod non potuit Ricardum comitem, fratrem suum, cum Ricardo Suard concordem facere, licet idem Ricardus multum se humiliaverit, ipsum R[icardum] Suard a regno relegavit, dicens se malle incurrere suam quam fratris sui indignationem.

Ralph Fitz-Nicholas and others are removed from their offices.

Radulphum quoque filium-Nicholai, virum commendabilem, hospitii sui senescallum, cum quibusdam aliis consiliariis et magnis ministris, a[4] suis officiis amotos a consilio suo sequestravit.

The king demands

Sigillum quoque suum ab episcopo Cicestrensi, cancellario suo, qui officium suum

---

[1] *exorbitarunt*] exhorbitarunt, MS.

[2] *unde dominus . . . . . sitiebat*] Written on an erasure.

[3] *dolens*] Interlined.

[4] *a*] ab, MS.

A.D. 1236. his Seal from the chancellor, who refuses to give it up.

laudabiliter ministravit, exegit rex instantissime; sed idem episcopus hoc facere renuit, videns impetum regis modestiæ fines excedentem. Dixitque se nulla ratione hoc posse facere, cum illud de[1] communi consilio regni suscepisset; quapropter nec illud similiter sine communi assensu regni alicui resignaret.

De quadam perturbatione regni Franciæ.

Insurrection of the nobles in France.

Anno etiam sub eodem, verno tempore arridente, insurrexerunt multi magnates accincti ad prœlium, ut guerram moverent adversus reginam et regnum Galliæ. Indignabantur enim vehementer, quod regnum regnorum, scilicet Francia, consilio muliebri regebatur. Erant autem insurgentes viri graves et famosi, rex scilicet Navariæ, qui et comes Campaniæ, comes de Marchia, comes Britanniæ, et alii potentes.



Death of William de Albini. 6 May.

De morte Willelmi de Albineto.[2]

Tunc quoque temporis Willelmus de Albineto senior, vir quidem plenus dierum, miles strenuus et magnanimus, pridie nonas Maii apud Offintune, manerium suum, diem clausit extremum.

Magna pars Hispaniæ capitur.

Great part of Spain conquered by the king of Castille.

Eodemque anno capitur magna pars Hispaniæ a Christianissimo rege Castellæ A[lphonso];[3] et, catholicis introductis viris, Christiano cultui mancipatur.

---

[1] *de*] Added in marg. Om. E.

[2] In the margin below is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, or, two chevrons within a border gules.

[3] This is a mistake. The king of Castille at this time was Ferdinand III., son of Alphonso IX. He died in 1252. See "L'Art de Vérifier les Dates," i. 748.

De quibusdam apparitionibus fantasticis.

A.D. 1236.

Atmospheric phenomena.

Sub eisdem quoque temporibus, mense Maio, in partibus Angliæ Walliæ conterminis apparuerunt in aere portenta militum armatorum eleganter, velut hostiliter congredientium.[1] Quod omnibus auditoribus incredibile videretur, nisi in principio Machabeorum consimile legeretur.[2] Similia autem in Hibernia contigerunt, de quorum apparitione per certam comitis Gloverniæ relationem plenius edocemur. Hoc enim mihi, qui hæc scripsi, cum juramento comes Gloverniæ Ricardus affirmans enarravit.[3] Eodemque tempore Stephanus de Segrave et Petrus de Rivallis, eo quod multum domino regi in nobili clientela aliquando servierant, in pristinam gratiam regis sunt recepti.

Stephen de Segrave and Peter de Rivaux are restored to the king's favour.

De quibusdam magnatibus crucesignatis.

Many nobles assume the cross.

Tempore quoque sub eodem comes Ricardus, frater domini regis, comes quoque G[ilebertus] Marescallus, comes J[ohannes] Cestrensis, comes Saresbiriensis, G[alfridus] de Luci, frater ejus, Ricardus Siward,[4] et multi alii nobiles de regno Angliæ crucem assumpserunt.

De strage Judæorum.

Slaughter of the Jews in foreign parts.

Illis quoque diebus facta est strages magna Judæorum in partibus transmarinis, præcipue autem in Hispania. Timentesque cismarini, quia multi occidendi evadentes huc transfugerant, subire similia, data regi pecunia multa, fecerunt voce præconis acclamari in[5]

Proclamation that they

---

[1] *velut . . . . . congredientium*] In the text, *congredientium velut hostiliter*, with marks of transposition.

[2] See 2 Macc. ii. 25–28.

[3] *Hoc . . . . . enarravit*] Added in marg.

[4] *Siward*] Suuard, C.; Suard, E.

[5] *in*] Interlined.

A.D. 1236. should suffer no injury in England.

omnibus Angliæ civitatibus, in quibus Judæi habitabant, ne quis quicquam injuriæ cuiquam inferret Judæorum.

De xenio imperatoris.

Gifts sent by the emperor to the king and earl Richard.

Eodem quoque tempore dominus imperator misit domino regi Anglorum, ad continuationem amicitiæ, nobile xenium, videlicet xviii. equos pretiosissimos et iii. mulos, pretiosis olosericis et aliis desiderabilibus donativis oneratos; tribus[2] leopardis præmissis. Qui re vera pardi erant, quia parvi et molosis simillimi[3] fuerunt. Est enim quædam bestia pardus, quæ adulterans cum leone, leopardum parturit; unde Bernardus Silvester,

Nature of the leopard.

Bernard Sylvester.

"Pardusque lupusque sititor
Sanguinis, ille nemus, hic juga montis amat."[4]

The French nobles make peace with their sovereign.

Fratrique domini regis, comiti Ricardo, equos et alia munera pretiosa. Eodemque tempore, scilicet æstivo, nobiles illi, qui regnum Franciæ disposuerunt perturbare, facta quadam pacis compositione, regi ac reginæ, matri ejus, pacificati sunt.

De obitu quorundam magnatum.

Deaths of several prelates,

Eodem quoque anno, mense Augusti, migraverunt a seculo Wigorniensis Willelmus de Bleis,[5] Norwicensis

---

[1] *tribus*] On an erasure, as are also the last syllable in *leopardis* and the first and last syllables of *præmissis*.

[2] *simillimi*] similimi, MS.

[3] *Qui re vera . . . amat*] Added in marg. This quotation is made from a poem of Bernardus Sylvester, intitled "Cosmographia," a copy of which of the 13th century exists in MS. Cott. Cleop. A. xiv.

[4] *Willelmus de Bleis*] Originally written by mistake *J*[*ohannes*] *et* (as in B. C. and Edd.), but afterwards erased, and the name of *Willelmus de Bleis* substituted in the margin; but this is a careless repetition of what occurs a few lines below. William de Bleis or Blois died 18 Aug. 1236. Fasti, iii. 52.

Thomas, episcopi, et abbas Croilandiæ, nobilissimus genere et moribus, Henricus, et strenuissimus miles Philippus de Albineto. Et eodem anno, circa festum sancti Michaelis, obiit Rofensis [1] episcopus, et Willelmus de Bles, Wigorniensis episcopus, et Thomas, abbas Eweshamiæ, cui successit Ricardus, prior de Hurle. Magister Walterus de Cantelupo electus est in episcopum Wigorniensem, quem dominus papa consecravit.

A.D. 1236. and of Philip de Albini.

29 Sept.

Walter de Cantelupe elected bp. of Worcester.

fol. 125 *b*. *De magno parlamento habito Londoniis in octavis Epiphaniæ, ubi rex exigebat tricesimum regni.*

Anno Domini M°.CC°.XXX°.VII°., qui est annus regni regis Henrici III. xxi^us^., tenuit idem rex curiam suam ad Natale apud Wintoniam. Misit autem continuo per omnes fines Angliæ scripta regia, præcipiens omnibus ad regnum Angliæ spectantibus, videlicet archiepiscopis, episcopis, abbatibus [2] et prioribus installatis, comitibus et baronibus, ut omnes sine omissione in octavis Epiphaniæ Londoniis convenirent, regia negotia et ardua tractaturi. Venit igitur Londonias die sancti Hyllarii infinita nobilium multitudo, scilicet regni totalis universitas. Willelmus igitur de Rale,[3] regis clericus et specialis consiliarius, ex parte regis eis nunciavit dicens, "Mandat vobis dominus rex, quod quicquid hactenus fecerit, amodo vestrum omnium subdetur consilio. Verumtamen per matrimonium sororis suæ imperatricis, et suum proprium, expensis profusis, penitus pecunia destituitur. Postulat igitur a vobis auxilium pecuniare, ita videlicet, ut illa pecunia ad beneplacitum vestrum collecta, secundum [4] dispositionem aliquorum vestrum ad hoc electorum, in usus regno

A.D. 1237. Henry keeps Christmas at Winchester.

Parliament summoned at London.

13 Jan.

Will. de Rale demands an aid for the king.

---

[1] This is an error (also in B. C.), for Henry de Sanford died 24 Feb. 1235. Fasti, ii. 560. See previously, p. 377.

[2] *abbatibus*] Added in marg.

[3] *Rale*] Ralegh, C., here and elsewhere.

[4] *secundum*] On an erasure.

A.D. 1237. necessarios reservetur expendenda." Quod verbum cum graviter accepissent, generaliter murmurare cœperunt.[1] Quod cum rex intellexisset, cupiens murmur hoc sedare, pollicebatur jurans se nunquam amplius nobiles regni tali exactione molestare, dummodo sibi ad præsens tricesima pars mobilium Angliæ illi benigne concessa solveretur. Disceptationibus[2] igitur inter magnates multiplicatis, protractum est colloquium in moram quatriduanam. Rex itaque volens sibi magnatum suorum gratiam conciliare, vultu sereno et spontanea promisit voluntate, libertates Magnæ Cartæ ex tunc inviolabiliter observare. Et quia videbatur non penitus immunis a sententia, quam tulerat archiepiscopus S[tephanus], cum omnibus Angliæ episcopis in omnes violatores prædictæ cartæ, quam rex[3] malo consilio fretus in parte læserat, fecit in publico innovare sententiam prætaxatam in omnes ejusdem cartæ contradictores et violatores; sic, ut si per aliquem conceptum rancorem forte eam non observaverit, in latam sententiam gravius recidivaret. Unde factum est, ut omnium corda in verbo hoc voluntati suæ plenius inclinaret. Igitur, quia durum videbatur, ipsos qui hactenus de consilio regio fuerant, subito quasi reprobos[4] a latere regis sequestrare,[5] appositione aliquorum magnatum additorum illud roborarunt, adjungentes ei comitem Waranniæ Willelmum, et comitem de Ferrariis Willelmum, et Johannem filium-Galfridi. Et fecit rex jurare, quod nullo modo muneribus vel aliquo alio modo a via veritatis deviarent, quin darent ipsi regi sanum consilium et regno salubre.

The king promises to observe the liberties of Magna Carta.

William earl Warren and others added to the king's council.

---

[1] *murmurare cœperunt*] Partly on an erasure.

[2] *Disceptationibus*] Deceptationibus, MS.

[3] *rex*] Interlined.

[4] *reprobos*] The last syllable is on an erasure.

[5] In the margin are some words written with a plummet, of which only the following are legible, "Nihil autem dilationis . . a monstravit . . . reportavit."

Finis. A.D. 1237.

Concessa est igitur benigne tali conditione regi ea vice tricesima regni pars, omnium scilicet mobilium, ad thesaurum suum, qui dispersus fuerat, restaurandum; salvis tamen unicuique auro suo et argento, equis et armis. Grant made of a thirtieth on all moveables.

Ricardus, comes futurus Gloverniæ, filiam Huberti desponsavit.

Circa idem tempus iterato incanduit ira regis adversus comitem Canciæ Hubertum, eo quod instinctu ejus Ricardus de Clare, adolescens elegans, puer habitus adhuc sub regis custodia, sibi Margaretam, filiam ejusdem H[uberti], matrimonio clanculo et sine regis licentia copulaverit. Tandem, multiplicatis[1] intercessoribus, eo quod asseruit comes hoc factum fuisse eo penitus ignorante, et hoc optulit se jurare, regalis quievit indignatio. The king angry with Hubert, earl of Kent, on account of his daughter's marriage to Richard de Clare.

De inundationibus pluviarum.

Intrantibus autem kalendis Martiis, inundaverunt pluviæ vehementer, in festo [scilicet][2] sancti Valentini; quæ vada et itinera, confractis ripis solitis, intransmeabilia per viii°. dies continuos reddiderunt. Et, ut de aliis fluminibus similia intelligantur, Thamensis in Anglia et Secana in Francia civitates, pontes et molendina dissiparunt. Unusual rains and floods in England and France. 14 Feb.

Recedit electus Valentiæ.

Ipsis quoque diebus electus Valentinus Willelmus, cui rex ante memoratum concilium totius regni com- The bp. elect of Valentia leaves England.

[1] *multiplicatis*] multiplatis, MS. | [2] *scilicet*] Supplied from B. C.

A.D. 1237. miserat gubernacula, comperiens magnatum Angliæ indignationem merito esse[1] conceptam, versus patriam suam iter maturavit; recolens illius poetæ proverbiale consilium,



"Dum furor in cursu est, currenti cede furori."[2]

Migraverunt a seculo multi viri præclari.



Canonization of St. Dominic.

Tempore quoque sub eodem migraverunt ab hoc seculo immortalis memoriæ inclitus rex Jerusalem, Johannes de Bresne, jam pœne nactus culmen Græcorum imperiale,[3] et frater Jordanus, prior Ordinis Prædicatorum, vir vitæ sanctissimæ, in mari submersus. Et circa illa tempora canonizatus est beatus Dominicus, primus inventor et constitutor Ordinis Prædicatorum.

De morte R[icardi] II., episcopi Dunelmensis.[4]

Death of Richard, bp. of Durham. 15 April.

Circa idem quoque tempus, scilicet xvii°. kalendas Maii, obiit piæ memoriæ Ricardus II. episcopus Dunelmensis, postquam tria commendabilia consummaverat. Ecclesiam Dunelmensem, prodigalitate prædecessoris sui

---

[1] *esse*] Interlined, and also added in marg.

[2] Ovid. Rem. Amor. l. 119.

[3] In the lower margin are drawn two shields, reversed, between two swords with the points downwards; over the first, azure, a fish erect in pale, or, is in red letters, "*Scutum ejus primum;* and over the second, or, a cross argent, "*Scutum ejus secundum.*" Beneath the first shield is a crown, and below an inscription in red, "*Obiit rex Jerusalem Johannes de Bresne, cujus filia nuptui tradita fuit Fretherico imperatori, quæ peperit ei Conradum.*" Under this is added the following note: "Iste rex Johannes excellentissimæ vitæ, vir sanctissimus et in armis strenuissimus, et corpore fuit elegantissimus. Qualibet nocte, quasi vir religiosus, surrexit ad matutinas, et ante mortem aliquot annis factus frater Minor, usque ad mortem sanctitatem continuavit. Et sic a regno ter[r]enæ Jerusalem ad cœlestem transvolavit."

[4] In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed.

Ricardi I. obligatam, a debito xl. milium marcarum prudenter liberavit. Ecclesiam quoque Saresbiriensem a loco arido et convexo, et vicino castro [1] transtulit, profusis inæstimabilibus expensis, ad locum aptiorem. Sanctam insuper domum sanctimonialium de Tarento, ubi et ipse sibi elegit sepulturam, fundavit; quam et dominæ reginæ, quando venit in Angliam, commisit gubernandam. Iste tres ecclesias episcopales strenue rexerat, Cicestrensem, Saresbiriensem, et Dunelmensem.

A.D 1237. His good works. fol. 126 *a*. Foundation of a nunnery at Tarent.

De generali parlamento imperatoris apud Vaucular cassato.

Eodemque tempore imperator F[rethericus] omnes principes Christianos per sollempnes nuncios [2] convocavit, ut omnes apud Vauculur in Nativitate sancti Johannis convenirent tractaturi, vel in propriis personis vel nobilibus procuratoribus, de statu imperii, per excellentem potentiam papalem, ut finxerat,[3] vacillantis.[4] Ad quod colloquium tam generale, quasi suspectum, dum rex Francorum, congregato innumerabili exercitu, properaret, terribile nimis et perniciosum exemplum aliis exhibens, papa, ut dicitur, procurante, totum illud parlamentum impedivit, dum ad pacis tractatum, quasi ad expugnandos inimicos, cum armatis legionibus advenirent. Unde Dei gratia, papa prosperante,[5] confusus erubuit imperator. Inde [6] quoque [7] ad invicem, tacitis pectoribus inexorabile conceperunt odium, unde tota Christianitas concussa perturbatur, sicut sequens sermo plenius declarabit.

General conference of Christian princes summoned by the emperor. 24 June.

Cause of hatred between the pope and the emperor.

---

[1] *vicino castro*] castro comitis vicino, B. C.

[2] *nuncios*] Added in marg.

[3] *finxerat*] fixerat, MS.

[4] *ut . . . vacillantis*] On an erasure.

[5] *Dei . . . . . prosperante*] On an erasure.

[6] *Inde*] Written at first *Unde*.

[7] *quoque*] Added in marg.

A.D. 1237.

Crisma.

The holy chrism made in the church of St. Alban's by the bp. of Ardfert.

Eodem anno episcopus Hertfertensis sanctum crisma in ecclesia Sancti Albani sollempniter confecit.

Obiit comes Cestriæ Johannes.

Death of John, earl of Chester.

The bp. of Lincoln poisoned, but recovers.

Et circa eosdem dies comes Cestriæ Johannes et Lincolniæ, cognomento Scotus, circa Pentecosten, potionatus,[1] ut dicitur, diem clausit extremum. Et ejusdem pestis genere episcopus Lincolniensis[2] seditiose præventus, vix a portis mortis, licet parum lamentatus, peritia magistri Rogeri de Campedene, phisici sui, revocatus est.

Otto venit legatus in Angliam, ut statum ecclesiæ reformaret, et conditiones prælatorum emendaret.

The legate Otho comes to England.

Eodem quoque anno scribens domino[3] [papæ],[4] ipse rex postulavit sibi mitti dominum Ottonem, in Carcere Tulliano cardinalem, in Angliam legatum, ad reformandum statum ecclesiæ et regni. Quia idem Otto, fama referente, vir discretus extitit et modestus, necnon et juris peritus. Qui veniens in Angliam legatus, juxta domini regis petitionem et desiderium, ab[5] ipso domino rege, ab archiepiscopo Cantuariensi Æ[dmundo],[6] et ab omnibus episcopis, abbatibus, prioribus, et aliis ecclesiæ prælatis, necnon et magnatibus, cum summo honore et reverentia est receptus.[7]

---

[1] *potionatus*] On an erasure.

[2] *Lincolniensis*] Lincoln. R[obertus], E.

[3] *scribens domino*] On an erasure.

[4] *papæ*] Supplied from E.

[5] *ab*] a, MS.

[6] *Ædmundo*] A., MS.

[7] *ipse rex . . . . . receptus*] The whole of this is written over an erasure.

De quodam infausto bello inter Templarios et Sarracenos.

A.D. 1237.

Circa idem tempus Templarii, Hospitalariis[1] quibusdam comitantibus,[2] conserentes bellum cum Sarracenis, qui ad subjectionem Soldani Halapensis pertinent, apud castrum quod Guascun appellatur,[3] sub ducatu præceptoris Anthiochiæ, W[illelmi] de Monte Ferrato, victi sunt. Et ceciderunt in conflictu illo plus quam centum milites Templi, et trecenti arcubalastarii, elapsis aliis et contra ordinem eorum terga dantibus; de Turcis vero tria milia, quod tamen propter eorum multitudinem vix apparuit. Cecidit autem in illo infausto certamine illustris miles Templarius, Anglicus natione, Reginaldus de Argentomio, cui illa die cruentissima commissum fuit, propter ejus singularem probitatem, vexillum deferendum quod dicitur *Baucan*. Quod indefessus alacriter sustinuit, donec, equo enervato et brachiis abscisis,[4] multisque aliis confossus vulneribus, sanguine corruit eliquato, et sic Deo spiritum commendavit; de hostibus tamen per manum ejus[5] circiter sexdecim ad Tartara destinatis. Hæc autem belli congressio facta fuit mense Junio. Ad quam injuriam et jacturam vindicandam missus est ab Anglia Theodoricus, prior Hospitalis, cum magna militia et thesauro, quia in conflictu memorato multi tam Hospitalarii quam Templarii ceciderunt. Templum quoque[6] quascunque potuit vires effudit, ut sanguinem fraternum potenter vindicaret.

Battle between the Templars and Saracens, in which the former are defeated.

Bravery of Reginald de Argenton.

Theodoric, prior of the Hospital, is sent with forces to their assistance.

---

[1] *Hospitalariis*] Hospitaciis, MS. Corrected from E.

[2] *quibusdam comitantibus*] Added with the preceding word above the line.

[3] *appellatur*] apellatur, MS.

[4] *abscisis*] abcisis, MS.

[5] *ejus*] Interlined.

[6] *quoque*] Added in marg.

A.D. 1237. *Quomodo legatus nimis fastigiose se præparaverit ad concilium.*[1]

Pride of the legate Otho, at the council held at London.

Appropinquante vero tempore concilii, quod memoratus[2] Otto legatus Londoniis convocaverat, sedem parari in occidentali parte ecclesiæ[3] fastigiosam nimis et sollempnem, longis trabibus et sedilibus fecit[4] exaltatam. Vocati igitur omnes Angliæ prælati, scilicet archiepiscopi, episcopi, abbates, priores installati, tam sub conventus sui vel capituli quam suo nomine literas procuratorias deferentes, ut quicquid in concilio statueret legatus, ratum utrobique haberetur. Cum igitur omnes prælati vel eorum procuratores ad concilium convenissent, concilio jam incepto, missi sunt ex parte domini regis comes Lincolniæ J[ohannes], et J[ohannes] filius-Galfridi, et Willelmus de Rale, canonicus Sancti Pauli et regis clericus, ut dicto legato ex parte regis et regni firmiter inhiberent, ne ibi contra regiam coronam et dignitatem aliquid statuere attemptaret. Et remansit ibi, ut hoc observaret, dictus Willelmus de Rale. Omnia autem quæ in eodem concilio statuta sunt, in libro scribuntur Additamentorum.[5]

The king forbids the legate to do anything against the dignity of the crown.

fol. 126 *b*.

De colloquio[6] *inter reges Angliæ et Scociæ apud Eboracum.*

Parliament summoned at York.

Eodem quoque anno scripsit rex omnibus magnatibus suis, ut coram eo et legato O[ttone], in festo

---

[1] In the lower margin is a well executed drawing, representing the legate seated on a high throne, and, on a lower bench, three bishops, holding crosiers. Above is written in red, "*Concilium Londoniis celebratum.*"

[2] *memoratus*] memoraratus, MS.

[3] *ecclesiæ*] B.C. add *Sancti Pauli.*

[4] *fecit*] Interlined.

[5] *Additamentorum*] These statutes are not found in the "Liber Additamentorum," but are inserted in the text of the larger chronicle, B. C. (ed. Wats, p. 448). In the margin, higher up, is added this note by Matthew Paris: "In hoc concilio privavit [*sc.* legatus] omnes illos beneficiis suis ecclesiasticis, qui successerant patribus suis immediate."

[6] *colloquio*] colliquio, MS.

Exaltationis sanctæ Crucis apud Eboracum convenirent, de arduis negotiis regnum contingentibus tractaturi. Venerat autem eis obviam rex Scotorum A[lexander], vocatus a rege Angliæ et legato, ut ibi habita communi deliberatione, de pacis reformandæ soliditate tractaretur. A.D. 1237. 14 Sept. The king of Scotland is present.

Quomodo imperator F[rethericus] Mediolanenses vicerit.

Tempore quoque sub eodem imperator F[rethericus] Mediolanenses, ausos contra ipsum exire, vicit, et x. milia trucidavit vel captos abduxit. Potestatem autem eorum cepit, filium videlicet ducis Venetorum, quem postea suspendi jussit; Carrochiumque eorum, quod est quasi eorum standardum, in magnam eorum cepit confusionem. Quia hæc consuetudo est[1] Ytalicorum, quod si forte standardum illud, quod Carrochium vocant, victi amiserint, non poterunt iterum Carrochium rehabere, nisi illud de gratia optineant imperatoris, vel reconquiratur.[2] Slaughter of the Milanese by the emperor. Capture of their Carrochio or standard.

De insolentia et rebellione Græcorum recedentium a subjectione ecclesiæ Romanæ.

Eodem tempore Græci, sua ducti levitate, a Romanæ ecclesiæ soliditate facti scismatici, in scandalum proprium et detrimentum recesserunt, et, scismate facto, multos sibi inimicos procrearunt.[3] Schismatic conduct of the Greeks in separating from Rome.

---

[1] *est*] Interlined.

[2] *vel reconquiratur*] Added in marg.

[3] *sua ducti . . . . . procrearunt*] Written on an erasure.

A.D. 1237. *Archiepiscopus Cantuariensis Æ[dmundus][1] transfretavit.*

Edmund, abp. of Canterbury, goes abroad, although forbidden by the legate.

Ebdomada vero ante Natale Domini, multis archiepiscopus[2] lacessitus dampnis et injuriis transfretavit, volens a summo pontifice accipere de tribulatione consolationem, et de quibusdam[3] dubiis casibus certificationem. Alienora[4] enim, soror[5] domini regis, relicta comitis Willelmi junoris, Marescalli, votum fecerat continentiæ vidualis coram eo, quod tolerare violari[6] ipsi videbatur nefarium,[7] prout scriptum continetur[8] in libro Sententiarum iiii°., in tractatu de Voto.[9] Quod cum audisset legatus, antequam navem ascendisset, inhibuit districte ne transfretaret. Timebat enim, ne ipsum graviter accusaret coram papa et fratribus supra multis excessuum articulis, soli regi potius quam Deo complacere cupientem. Sed archiepiscopus audiens et certificatus, quod a domino papa revocabatur, nec adhuc regis redierunt nuncii, qui moram diuturnam impetraverant, respondit, quod noluit pro eo remanere, qui pro eo et ejus fugit oppressionibus; non enim ei amplius tenebatur obedire, cujus potestas expiravit.

Vow of continence made by Alienor, the king's sister.

Annalis conclusio.

Annual summary.

Transiit igitur annus ille procellosus et turbidus in aere, hominibus flagitiosus, et multorum sanitati inimicus; unde non se meminit aliquis tot vidisse sicut

---

[1] *Ædmundus*] A., MS.

[2] *archiepiscopus*] Partly on an erasure.

[3] *quibusdam*] The last syllable interlined.

[4] *Alienora*] Originally written *Johanna*, but this is struck out by a later hand, which has written *Alienora* in the margin.

[5] *soror*] The letters *or* have been interlined, and afterwards erased, and the last syllable is on an erasure.

[6] *violari*] On an erasure.

[7] *nefarium*] nepharium, MS.

[8] *continetur*] Added in marg.

[9] Petri Lombardi Sententiarum lib. iv. dist. 38. col. 422, ed. Migne.

in eo [1] quartenarios. Terræ Sanctæ, Ytaliæ, Alemanniæ et Scociæ, sicut et Angliæ et Franciæ, martius et turbulentus. A.D. 1237.

Simon de Monte-forti Alienoram, sororem regis, desponsavit.

A.D. 1238. Henry keeps Christmas at Westminster. 7 Jan. Marriage of Simon de Montfort to the princess Alienor.

Anno Domini M°.CC°.XXX°.VIII°., qui est annus regni regis Henrici III. xxii^us., tenuit idem rex curiam suam Londoniis, videlicet apud Westmonasterium. Ubi in crastino Epiphaniæ, scilicet die Jovis, Symon de Monte-forti Alienoram, sororem regis, desponsavit, contra consilium archiepiscopi Ædmundi.[2]

Imperator Fr[ethericus] scribit comiti Ricardo, super peregrinatione sua.

Letter from the emperor Frederic to earl Richard.

Sub eodem tempore imperator Fr[ethericus] scripsit amicabiliter comiti Ricardo, super peregrinatione sua promovenda. In quo mandato[3] hoc fuit insertum: "Cum personam vestram videre fraterno cupiamus affectu, et honorem vestri passagii liberaliter procurare, volumus et rogamus, ut, vita comite, per nos et regnum [nostrum][4] Siciliæ opportuno[5] tempore transeatis; quia nostræ non residere[6] gratum est[7] voluntati, si aliunde, nobis invisis, transitum faceretis, maxime cum regnum nostrum sit taliter constitutum, quod per illud ad partes transmarinas facilior et opportunior[8] transitus præbeatur."

---

[1] *sicut in eo*] Added in marg.

[2] *contra ..... Ædmundi*] These words are underscored with red, for omission, and the word "*vacat*" also written against it.

[3] The letter is given in B. C. (ed. Wats, p. 466), dated "Vercellis, xi. Feb., indict. xi."

[4] *nostrum*] Supplied from B. C.

[5] *opportuno*] oportuno, MS.

[6] *residere*] resideret, B. C.

[7] *est*] Interlined. Om. B. C.

[8] *opportunior*] oportunior, MS.

A.D. 1238. *Quomodo legatus revocatus remansit adhuc in Anglia.*

The legate is recalled, but stays, by wish of the king.

Tempore quoque sub eodem dominus papa scripsit legato, ut rediret ad curiam Romanam, expirante legationis potestate; timebat enim ne aliquid sinistri ei accideret, eo quod multa immutavit et innovavit. Quod tamen cum regi non esset acceptum, procuravit idem rex, ipso legato consentiente, ut diutius moraretur, quia domino regi fuerat amicissimus.[1]

Natus est imperatori filius ex imperatrice Isabella.

Birth of a son to the emperor.

Anno quoque sub eodem, xviii°. die Februarii, natus est imperatori Fr[etheric]o filius ex Isabella imperatrice, sorore regis Angliæ, et vocatum est nomen ejus Henricus, in indicium amoris regis Angliæ, avunculi sui. Unde ad participationem gaudii communis, scripsit imperator regi et comiti Ricardo, parvuli avunculis. Epistolæ autem præmissæ de peregrinatione, et papæ legato, et istius jocundi rumoris, plenius in multis locis Angliæ annotantur.[2]

Commotum[3] *est regnum.*

Commotion caused by the marriage of the king's sister.

Sub eodem anno commotum est regnum vehementer, eo maxime quod rex, præter suorum magnatum consilio et assensu, præsertim comitis Ricardi, procuratum est[4] illud tam arduum matrimonium inter Simonem de Monte-forti et Alienoram, contra etiam voluntatem et consilium sanctissimi archiepiscopi Edmundi, in cujus præsentia[5] dicitur ipsa Alienora votum fecisse conti-

---

[1] *quia . . . . . amicissimus*] On an erasure.

[2] *in multis . . . annotantur*] On an erasure, and originally written *in libro* [*Additamentorum ?*]. All these letters are found in B. C. (ed. Wats, p. 466.)

[3] *Commotum*] Comotum, MS.

[4] *procuratum est*] We should probably read *procuravit.*

nentiæ vidualis, vestibus utens tinctura carentibus. A.D. 1238.
Alia autem ardua negotia rex facere attemptavit,[1]
fol. 127 *a*. cum tamen certissime suis magnatibus, ut prædictum est, promiserat[2] nihil tale attemptare. Tandem, ut dicebatur, omnium prolocutore comite Ricardo pacato, et legato consentiente, omnium rancor et perturbatio, quasi in fervente cacabo projecta aqua frigida, sedata est, et ad nihilum[3] omnis conatus magnatum feliciter est[4] redactus.[5]

De morte Johannæ, sororis regis Angliæ et reginæ Scociæ.

Death of Joanna, queen of Scotland. 4 March.

Tunc vero temporis Johanna, soror regis Angliæ et regina Scociæ, quæ venerat in Angliam ut fratrem suum regem visitaret, diem clausit extremum, iiii°. nonas Martii; et sepulta est[6] apud Tarente,[7] domum scilicet sanctimonialium. Cujus obitus, licet lugubris erat, tamen ipsa minus meruit plangi, quia sæpius per virum suum revocata reverti dedignabatur; et sic remansit vel invita.

Simon de Monte-forti clam recessit.

Simon de Montfort leaves England.

Videns autem Symon de Monte-forti cor regis et cor comitis Ricardi, necnon et magnatum, ab eo aversa, et matrimonium, quod cum sorore regis contraxerat, multis displicere, prudenter recessit, secundum illud poeticum,

"Dum furor in cursu est, currenti cede furori;"[8]

---

[1] *attemptavit*] atteptavit, MS.
[2] *promiserat*] On an erasure.
[3] *nihilum*] nichilum, MS.
[4] *feliciter est*] On an erasure.
[5] *redactus*] After this word, *est* has been originally written, but afterwards erased. A note was also added in the margin, but is now wholly effaced.
[6] *est*] Interlined.
[7] *Tarente*] A later hand has noted in the margin, "apud Haveringe."
[8] Ovid. Rem. Amor. l. 119.

A.D. 1238. et latuit, ita ut multi de suis quonam diverterat, ignoraverunt. Comitissa interim apud Kenilwurthe gravida morabatur, ubi postea peperit, et moram continuavit, donec puer in ætate prosperaretur. Comes interim lora divertens per imperatorem, literas impetravit ab eodem ad eos qui potentes erant in curia, ut pace frueretur adoptata. Et sic, post multos labores et expensas, permissus est tam pace quam prosperitate gratulari, et matrimonio diu prius adoptato.[1]

The countess remains at Kenilworth during her confinement.

Simon de Montfort succeeds in his suit at Rome.

De sententia data pro monachis[2] *Rofensibus.*

Temporibus quoque sub eisdem data est sententia a domino papa pro monachis Rofensibus, super controversia mota inter archiepiscopum Edmundum et eosdem monachos, de eligendo sibi episcopo. Et confirmatus est electus eorum, magister scilicet Ricardus de Wendene,[3] die sancti Cuthberti. Effusis igitur expensis innumerabilibus et perditis utrobique[4] laboribus, in nullo mota est[5] sancti archipræsulis constans patientia et patiens constantia, semper deprecantis, ut quod jus dictaret, lis tanta consequeretur.

The pope confirms the election of Rich. de Wendene as bp. of Rochester.

20 March.

Venit imperator Constantinopolitanus in Angliam.

Eodem quoque anno ætate tenus adolescens imperator Constantinopolitanus Baldewinus, filius comitis

Arrival of the emperor Baldwin in England.

---

[1] *multis displicere . . . . adoptato*] The whole of this passage is written over an erasure, and in the lower margin several lines have also been written with a plummet, referring to the same event. They are very illegible, but may be thus deciphered: "Interim comitissa apud Kenilwurthe gravida morabatur, ubi postea peperit. Comes vero per imperatorem transitum faciens, literas deprecatorias domino papæ dirigendas adipiscens, Romam adiit, et ibidem de desiderio suo exequendo pro matrimonio confirmando, de quo prædictum est, consequebatur."

[2] *monachis*] monachi, MS.

[3] *Wendene*] Wendoure, MS., and so also B. and C. *pr. m.*, Matth. Westm. 299, and elsewhere. We ought doubtless to read *Wendene*. See the previous note at p. 377.

[4] *utrobique*] utrobi, MS.

[5] *est*] Interlined.

Autissiodorensis Petri, venit in Angliam, expulsus et proscriptus ab imperio, auxilium a rege, cujus se fecerat consanguineum, pecuniare petiturus; nec spes ejus effectu frustrabatur. Et cum per Franciam remearet, rex Francorum non ita liberaliter[1] eidem pecuniam effundendo distribuit, immo ab ipso pro certa pecuniæ summa reliquias impretiabiles, scilicet Crucem Sanctam, cum Corona Sancta et quibusdam [aliis],[2] feliciter comparavit.[3] A.D. 1238.

He sells some holy reliques to the king of France.

De discordia mota inter legatum et scolares Oxoniæ.

Tunc vero temporis legatus Oxoniam veniens, hospitatus est in domo Osenee. Scolares vero eidem xenium honorabile in esculentis et poculentis ante tempus prandii transmiserunt; et, post prandium, ut ipsum reverenter salutantes visitarent, ad hospitium suum pervenerunt. Quibus janitor quidam Transalpinus parum facetus convicians, introitum procaciter denegavit; sed clerici indignantes, post quædam jurgia impetuose intraverunt. Unus autem scolarium timens ne post jurgia pejora sequerentur, ad hospitium suum, quod prope erat, ut arcum cum sagittis arriperet, festinavit. Et cum rediret, orta jam discordia, magister cocorum broidum de fervente lebete in sartagine haustum super clericum quendam aspersit, et ex ferventi pinguedine enormiter læsit. Excitato igitur clamore, architenens memoratus misit sagittam in ipsum cocum, corpus ejus transverberando. Erat autem ille cocorum summus, qui jam expiravit, frater legati, et ipsum illi officio præfecerat, ne forte intoxicaretur ipse legatus. Multiplicato igitur tumultu, legatus vehementer perterritus, assumpta capa canonicali, turrim ascendit, ut saltem

Quarrel between the legate and the scholars of Oxford.

---

[1] *liberaliter*] On an erasure.

[2] *aliis*] Supplied to complete the sense.

[3] *scilicet . . . comparavit*] Added in marg.

A.D. 1238. ibi tutus latitaret. Ascendente autem querimonia usque ad aures regis, ipse rex[1] iratus jussit capi scolares et incarcerari, quod et factum est. Legatus insuper jam sub alis protectus et tutus regiis, civitatem Oxoniæ supposuit interdicto, suspendens universitatem. Elaborantibus igitur episcopis, cum omni clero Angliæ, vix reconciliata est ipsi legato universitas, licet nimis ei prona et humiliata. Et nisi instillaretur in aure legati, quod nisi parceret rigori, timere possit pelli suæ, cum multi Walenses et Scoti et alii barbari in facto suo læderentur, majorem tirannidem in ultione exercuisset.

Oxford placed under an interdict by the legate.

Mittit rex auxilium imperatori F[retherico].

The king sends troops to assist the emperor.

Eodem anno, statim post Pascha, misit rex Angliæ militare præsidium imperatori F[retherico], contra rebelles suos Ytalicos dimicanti, sub ducatu Henrici de Trublevilla, militis, et Johannis Mansel, clerici, et Willelmi Hardel,[2] clerici et civis Londoniensis, cum pecunia multa stipendiariis suis persolvenda. Qui tota æstate imperatori strenue militantes, multos imperatori adversantes potenter edomuerunt et subdiderunt.

Moritur Soldanus Babiloniæ.[3]

fol. 127 *b.*

Death of the Soldan of Babylon.

Eodemque tempore obiit potentissimus Soldanus Babiloniæ, Fretherico imperatori amicissimus, quod probavit, cum eidem F[retherico] ituro ad flumen Jordanis, de proditione sibi præparata præmunivit. Hic, ut dicitur, baptismi suscepisset sacramentum, nisi parentum suorum obprobrium formidasset.

---

[1] *regis, ipse rex*] Added in marg.

[2] *Hardel*] Added in marg.

[3] In the margin is drawn a crowned and bearded head, and out of the mouth the soul is depicted issuing in the shape of a black bird.

Tartari maximam tirannidem tunc exercuerunt. A.D. 1238.

Diebus sub eis venerunt Sarracenorum legati sollempnes, destinati ab orientalium primatibus, soldanis et admirabilibus ad reges Francorum et Anglorum, et alios magnates occidentales Christianos, præmunientes eos de exterminio, quod exercuerunt inhumani Tartari, prorumpentes de Tartareis sedibus suis nativis. Postularunt etiam suppliciter Christianis confœderari, ut, collatis viribus, injurias eorumdem Tartarorum potentius propulsarent.

The princes of the East send to France and England, for aid against the Tartars.

Rediit Simon de Monte-forti de curia Romana.

Per idem tempus rediit S[imon] de Monte-forti de curia Romana, optento desiderio suo de uxore sua licite retinenda. Jussitque omnibus debitoribus suis omnia, quæ abstulerant ministri ejus a plebe, sub specie justitiæ, restitui et de injuria satisfieri.[1]

Simon de Montfort returns from Rome.

De morte episcopi Wintoniensis Petri.[2]

Anno quoque sub eodem, v°. idus Junii, obiit episcopus Wintoniensis, Petrus de Rupibus. Qui cum ecclesiam Wintoniensem circiter xxxii. annis strenue rexisset, et laudabiliter peregrinationem suam in Terra Sancta una cum Exoniensi episcopo peregisset, domosque plurimas religiosorum magnifice construxisset, apud Fernham,[3] manerium suum, plenus dierum, facto nobili testamento, diem clausit extremum. Sepultus est autem in ecclesia sua Wintoniensi, ubi etiam, dum viveret, humilem elegit sepulturam. Hic etiam quædam ardua aggressus, ea gratiose consummavit. Pacem inter papam et imperatorem mediator reformavit. Domorum etiam, ut prætactum est, religiosorum, quas condidit et conditas possessionibus, ædificiis et redditibus in-

Death of Peter, bp. of Winchester. 9 June.

Religious houses founded or endowed by him.

[1] *Jussitque ... satisfieri*] On an erasure

[2] In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed.

[3] *Fernham*] Ferham, MS.

A.D. 1238. stauravit, hæc sunt nomina: Hales, de Ordine Prati-monstrati [1]; Tikeford,[2] ejusdem Ordinis; Seleburne, de Ordine sancti Augustini; hospitale egregium de Portesmue.[3] Item, Ordinem fratrum reparavit [4] sancti Thomæ martiris in Terra Sancta, scilicet in Achon,[5] a loco importuno ad idoneum domum [6] transferendo, cum ecclesia et claustro et officinis, auxilio et consilio patriarchæ, cum signo eorum transmutavit, et sub ordine coartavit.[7] Item, Jopen, nobile Christianorum refugium, firmavit. Cuilibet autem istorum locorum moriturus quingentas marcas delegavit. Quo sublato de medio, rex omnem quam potuit adhibuit diligentiam, ut in eodem episcopatu Willelmus, electus Valentinus, et eligeretur et electus celeriter substitueretur; et ad hoc cor prioris ecclesiæ Sancti Suithuni, cujusdam scilicet alienigenæ corde et natione, inclinavit. Conventus autem, ad quem dinoscitur electio pertinere, nequaquam [8] consensit; unde relatu indignas tribulationes toleravit.

The king favours the election of the bp. elect of Valentia to the see of Winchester

De reditu archiepiscopi Edmundi a curia Romana.

Circa idem tempus archiepiscopus Cantuariensis Ædmundus a curia Romana rediens, venit in Angliam inglorius, tristis et depauperatus,[9] licet tristitiam sereno vultu palliaret. Machinante enim humani generis antiquo adversario, et hominibus, quos ad hoc idem inflammaverat, multa dura et dira illuc eundo et illinc

Return of Edmund, abp. of Canterbury, from Rome.

---

[1] *Prati-monstrati*] Præmonstracensi, C.

[2] *Tikeford*] So also in B.E. and Edd.; in C. *Thikeford*. It is certainly an error, and we should read *Tichefeud* or *Tichfeld*, as pointed out by Lambard in his "Dict. Angl. Topog.," p. 373. The latter was a monastery of the Præmonstratensian Order, founded by the bishop of Winchester in 1231. See Monasticon, vi. 2. 931.

[3] *Portesmue*] Portemue, MS.

[4] *fratrum reparavit*] On an erasure.

[5] *in Terra . . . . Achon*] Added in marg.

[6] *domum*] Added on to the text.

[7] *sub ordine coartavit*] B. and C. read, *in ordinem mutavit competentiorem*.

[8] *nequaquam*] necquaquam, MS.

[9] *et depauperatus*] On an erasure.

redeundo et illic commorando toleravit. Inter quos adversarios validissimum habuit prosecutorem Ottonem legatum, qui etiam regem contra ipsum provocaverat; et sociis suis cardinalibus et ipsi domino papæ contra eundem, ne quod peteret impetraret, efficaciter nimis scripserat, et quod non expedivit papæ vel curiæ, ut impetraret quæ quæsivit;[1] unde quod desideravit, et quod expedivit Simonis de Monte-forti et ejus uxoris animabus, non est consecutus.[2] Contra ipsum etiam data est sententia in causa Rofensi, ut prætactum est.[3] Contra comitem Harundelliæ Hugonem condempnatus est in expensis ferme mille marcarum. Et ne sancto viro etiam domestica prœlia deessent, procurante hoste suo diabolo, qui ei undique bella indixerat, monachi Cantuarienses contra eum calcaneum levaverunt, habentes[4] quidem zelum bonum, sed non secundum scientiam. Quasdam enim consuetudines et libertates pertinentes, ut aiunt, priori et conventui, archiepiscopus sibi præsumpserat in præjudicium ecclesiæ temere usurpare. Improperant etiam eidem archiepiscopo redarguentes, quod ingratus fuisset, immemor tanti honoris per electionem eorum ipsi impensi. Multiplicato igitur tumultu, legatus, ut litem tam dampnosam sedaret, accessit Cantuariam, et intrans capitulum, quosdam reos, aut saltem suspectos, quos[5] reperit[6] de quodam scripto adulterato, reprehendit et castigavit;[7] unde commotus priorem amovens, alios perpetuæ pœnitentiæ addictos ad arctiorem Ordinem transmisit. Recedente vero legato, commota sunt viscera pii patris archiepiscopi super confusione conventus sui; et, addita cum[8] diligentia vigilanti ac deliberatione[9] prolixa, ad hono-

A.D. 1238. The legate Otto influences the pope against him.

Dispute between the abp. and the monks of Canterbury.

The legate removes the prior, and transfers the monks to a stricter Order.

The abp. strives to promote peace.

[1] *papæ . . . . quæsivit*] On an erasure.

[2] *et quod non . . . . est consecutus*] These lines are underscored with red, for omission, and in the margin is noted in red, "*vacat.*"

[3] *est*] Interlined.

[4] *habentes*] At first written *habens.*

[5] *quos*] Interlined.

[6] *reperit*] repperit, MS.

[7] *reprehendit et castigavit*] Added in marg.

[8] *cum*] Interlined and superfluous.

[9] *deliberatione*] diliberatione, MS.

A.D. 1238. rem et profectum [1] ambarum partium paterna sollicitudine pacem providit et procuravit. Quam etiam auctoritate papali se spopondit præsentialiter confirmaturum, nec iter ad [2] tantum laborem recusavit.

Non acceptatur electio facta in episcopum Cicestrensem, Radulphum cancellarium.

The monks of Winchester elect the chancellor Ralph as bishop.

Monachi autem Wintonienses ipso tempore sibi in pastorem animarum suarum elegerunt [3] Radulphum, episcopum Cicestrensem, domini regis cancellarium, virum fidelem regi et regno, indigenam, et omni genere superbiæ carentem, quem sperabant, propter fidele ejus servitium, domino regi esse acceptissimum. Videns igitur rex propositum suum irritum fuisse, et preces suas effectu caruisse, de electo scilicet Valentino in episcopatum Wintoniensem promovendum, iratus est vehementer, non tantum contra monachos, sed etiam contra episcopum Cicestrensem, electioni jam consentientem. Et abstulit ab eo sigillum, et illud nunc Galfrido Templario, nunc Johanni de Lexintona, militi, commisit bajulandum; remanente tamen emolumento sigilli episcopo Cicestrensi R[adulpho] semicancellario.

fol. 128 *a*.

Anger of the king.

He takes away the Seal from the chancellor.

De quodam facinoroso, volente regem jugulare.

Attempt to assassinate the king at Woodstock frustrated.

9 Sept.

Eodemque tempore accidit regi periculum, omnes audientes nimis reddens attonitos. In crastino enim Nativitatis beatæ Mariæ venit quidam armiger ad curiam regis apud Wudestoc, se fingens infatuatum. Nocte autem profunda, considerata una fenestra non tunc clausa neque ferro repagulata, ascendit clam, et ferens cultellum, quo regem evisceraret, intravit et

---

[1] *profectum*] On an erasure.
[2] *iter ad*] On an erasure.
[3] *elegerunt*] Over this word is written *vel postularunt*.

quæsivit furiose, ubinam rex esset; et, Deo sic volente,[1] A.D. 1238. diverterat[2] a loco, ubi prius fuerat rex.[3] Erat autem tunc in thalamo quædam mulier, dominæ reginæ familiaris, sancta et Deo devota, quæ tunc ad candelam, sicut de more solebat, psalterium psallebat. Hæc videns sicarium illum detestabilem, animam regis extracto cultello quærentem, clamavit voce magna[4] et terribili; et, advocatis ministris et introductis, captus est ille latro cruentus. Mulieris autem sanctæ nomen erat Margareta Biset,[5] quæ Dei nutu illa nocte regem feliciter salvavit. Merito igitur crudeli morti ille miser captus adjudicatus, distractus est, detruncatusque membratim; missa quoque sunt iiii^{or}. membra ad iiii^{or}. regni civitates[6] magnas, ut miserum spectaculum præberetur intuentibus et[7] horror incuteretur.

Execution of the assassin.

Redit Simon de Monte-forti a curia Romana.

Die vero sancti Kalixti rediit Simon de Monte-forti de partibus transmarinis, impetrato desiderio suo; et, salutato rege, festimanter adiit uxorem suam Alienoram, partui proximam, apud Kenilwurthe commorantem.

Arrival of Simon de Montfort. 14 Oct.

De concilio legati super reformatione Nigri Ordinis.

Eodem quoque anno legatus Otto abbates Angliæ Nigri Ordinis omnes auctoritate papali citavit, ut coram eo apparerent Londoniis in octavis sancti Martini, de statutis, quæ dominus papa ordinavit studiose, de Or-

Council held by the legate, and the statutes of the black monks [Benedictines] reformed.

[1] In the margin is drawn a crowned head, and over it the hand of the Deity extended. Above is written in red, "*Nota protectionem Dei.*"

[2] *diverterat*] At first written *divertit.*

[3] *rex*] Interlined.

[4] *magna*] mangna, MS.

[5] *Biset*] Originally written *Bise.* In C. *Biseth.*; in B. a leaf is wanting in this place.

[6] *civitat.s*] civitatates, MS., but the second *ta* expuncted.

[7] *et*] On an erasure.

A.D. 1238. dine monastico reformando [tractaturi].[1] Quæ Statuta plenius in libro Additamentorum annotantur.[2]

Repatriat Constantinopolitanus imperator.

The emperor of Constantinople returns to his country.

Tempore quoque sub eodem repatriavit Constantinopolitanus B[aldewinus], clitellis refertis[3] de Anglorum liberalitate.[4]

Natus est Simoni de Monte-forti filius.

Birth of Henry, son of Simon de Montfort.

28 Nov.

In Adventu vero Domini natus est Simoni de Montefforti ex uxore sua Alienora filius, nomenque ei adaptatur Henricus, ad robur et solatium regni. Timebatur enim vehementer, quod regina sterilis fuisset. Ut autem episcopus Cestriæ[5] Alexander, qui illac Londonias ad regem properavit, gratiam regalem sibi pronius compararet, apud Kenilwurthe commorans, puerum, nepotem regis novellum, baptizavit. Eodemque[6] die decubuit graviter infirmatus,[7] usque[8] ad vitæ consummationem.[9]

Illness of Alexander, bp. of Chester.

De scismate[10] *Græcorum.*

Secession of the Greek church from the Roman.

Eodemque tempore recessit Græca ecclesia a subjectione Romanæ, pro enormitatibus quas Græci se asserebant in curia Romana invenisse. Cujus discessionis causam et originem, et epistolas invicem sibi transmissas, si quis audire desiderat, in Historiis multorum poterit reperire.[11]

---

[1] *tractaturi*] Supplied from C.E.

[2] These statutes are not in the "Liber Additamentorum" but are inserted in B. C. (ed. Wats., pp. 475–481.)

[3] *refertis*] resertis, MS.

[4] *liberalitate*] The first five letters are on an erasure.

[5] *Cestriæ*] On an erasure.

[6] *Eodemque*] Eedemque, MS.

[7] *infirmatus*] imfirmatus, MS.

[8] *usque*] On an erasure.

[9] He died 26 Dec. 1238. Fasti, i. 547.

[10] *scismate*] cismate, MS.

[11] *in Historiis . . . . . reperire*] Written on an erasure, and so also corrected by a plummet note in the margin. The letters here referred to are placed under the year 1237 in B. C. (ed. Wats, pp. 457–465.)

De Roberto Bugre, de Ordine Prædicatorum fratre.[1] A.D. 1238.

Discurrentibus autem eorumdem dierum curriculis, quidam de Ordine Prædicatorum Robertus, cognomento[2] Bugre, eo quod aliquando scismaticus[3] et infidelis extiterat ante suam conversionem, competenter quidem literatus et in officio prædicationis expeditus, multos in regno Francorum, præcipue tamen in Flandria, ubi magis solebant usurarii abundare,[4] auxilio regio fultus, multos fecit combustos incinerari. Memoratus[5] autem prædicator, cujus imposturas melius est silere quam explicare, tandem, meritis suis exigentibus, perpetuo carceri mancipatur.

Robert Bugre is sentenced to perpetual imprisonment.

Obfuscatur fama imperatoris.

Ejusdemque temporis profluvio fama imperatoris non mediocriter est obfuscata. Imponebatur enim ei, quod vacillans in fide catholica verba dixerit enormia, ex quibus elici potuit, non tantum fidei enormis fluctuatio, immo hæresis et blasphemiæ, præsertim de sacramento altaris, abusio detestanda.

Sinister rumours respecting the emperor.

De fama sanctitatis sancti Roberti heremitæ.

Eodem anno claruit fama sancti Roberti heremitæ apud Knareburc,[6] cujus tumba oleum medicinale visa est abundanter[7] emisisse.

Fame of St. Robert, hermit of Knaresburgh.

---

[1] In the margin the notes of "*vacat*" and "*offendiculum*," in red letters, are affixed to this chapter. It is, however, nearly in the same words, in B. and C. and ed. p. 482. Cf. *ante*, p. 388.

[2] *cognomento*] congnomento, MS.

[3] *scismaticus*] cismaticus, MS.

[4] *abundare*] habundare, MS.

[5] *Memoratus*] Memomoratus, MS., but the second *mo* expuncted.

[6] *Knareburc*] Cnareburg, E.

[7] *abundanter*] habundanter, MS.

A.D. 1238.

Annalis conclusio.

Annual summary.

Transiit ergo annus ille turbidus et procellosus, donec vernale tempus pertransisset, unde spes tota frugum seminatarum deperiit; fructibus tamen tandem et [1] frugibus abundans.[2] Notandum autem, quod eodem anno, litera Dominicali existente B.,[3] fuit dies Paraceves, scilicet dies Veneris, quæ antonomasice dicitur Sancta, proxima scilicet ante diem Paschæ, dies Annunciationis [4] Dominicæ, et dies Paschæ recto loco suo, scilicet tertia die sequente.[5] Fluxit itaque annus ille Romanis bellicosus et Italicis,[6] Francis autem et Anglis, necnon et Alemannis, inimicus.[7]

Dominus rex apud Wintoniam fuit, ad Natale. fol. 128 *b*.

A.D. 1239. Henry keeps Christmas at Winchester.

Anno Domini M°.CC°.XXX°.IX°., qui est annus regni regis Henrici III. xxiii^us., tenuit idem rex curiam suam apud Wintoniam, multis honoribus, ut decuit, redundantem. Episcopatus enim Wintoniæ, quem in manu sua tenuit, licet indecens hoc fuisset, omnia ei abundanter [8] ministravit.

---

[1] *tandem et*] On an erasure.

[2] *abundans*] habundans, MS.

[3] According to the tables in "L'Art de Vérifier les Dates," and elsewhere, the Dominical letter in 1238 was not *B.* but *C.*, and Easter day was on the 4th of April. It is evident therefore that the remarks in the text apply to the year 1239, in which Good Friday fell on the 25th March, and Easter day on the 27th March. It may be added, that in B. C. and Edd., for vi. kal. *Maii* and viii. kal. *Maii*, we ought to read *Aprilis* in both places.

[4] *Annunciationis*] Annuncionis, MS.

[5] *scilicet tertia* [*secunda?*] *die sequente*] Added in marg.

[6] *Italicis*] Italicicis, MS.

[7] *necnon . . . . . inimicus*] On an erasure.

[8] *abundanter*] habundanter, MS.

Obiit episcopus Cestrensis Alexander.[1]

A.D. 1239.

Die vero sancti Stephani, episcopus Cestriæ Alexander[2] diem clausit extremum.

Death of Alexander, bp. of Chester. 26 Dec.

Simon de Monte-forti fit comes Legrecestriæ.

Die vero Purificationis beatæ Virginis contulit rex comitatum Legrecestriæ Simoni de Monte-forti, et investivit eum; vocato prius Almarico, primogenito fratre ejus, et pacificato, ne super hoc[3] aliquando tanquam hereditate[4] moveret quæstionem.

Simon de Montfort created earl of Leicester. 2 Feb.

Stephanus de Segrave revocatur ad curiam.

Eodemque tempore rex Stephanum de Segrave ad curiam et ad familiare consilium suum revocavit. Ipse autem[5] S[tephanus] vocatus illuc, invitus ac trepidus accessit, tum quia curiales sollicitudines præcognoverat[6] per experientiam, tum quia jam senuerat, tum quia morbo podagrico vexabatur infirmatus.[7]

Stephen de Segrave recalled to the court.

Cassantur duo electi, scilicet Wintoniensis et Norwicensis.[8]

Sub eisdem temporibus cassati sunt, quia regi displicuerunt, electus Norwicensis, scilicet prior ejusdem

The elections of the bps. of

[1] In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed.

[2] *Alexander*] In B. C. the initial letter *A.* only is given. The Edd. read falsely *Edmundus*, and this error is copied by the French and English translators.

[3] *hoc*] Interlined.

[4] *tanquam hereditate*] Added in marg.

[5] *autem*] Interlined.

[6] *præcognoverat*] precongnoverat, MS.

[7] *infirmatus*] imfirmatus, MS. The whole of the passage *illuc invitus . . . infirmatus*, is written over an erasure. A few words have also been added in the margin, but afterwards wholly effaced.

[8] In the margin are drawn two mitres falling down, and two crosiers, reversed. This chapter and the one which follows are directed in the margin to be omitted, by the word "*vacat*," but they are found in B. C. in very similar terms.

A.D. 1239. Winchester and Norwich annulled.

domus, licet competens, et postulatus in episcopum Wintoniensem, episcopus Cicestrensis Radulphus, scilicet cancellarius, vir quidem idoneus, et inter omnes aulicos regno fidelissimus.

De electione Willelmi de Rale in episcopum Cestrensem.[1]

24 Feb. Election of Will. de Rale, as bp. of Chester.

Circa festum vero sancti Mathiæ, monachi Covenstrenses timentes, ne si aliquem non[2] curialem eligerent, et qui non foret regi acceptus, paterentur sicut alii repulsam et cassationis cum rubore dispendia, Willelmum de Rale, canonicum ecclesiæ Sancti Pauli Londoniarum, domini regis clericum specialem et consiliarium familiarem, virum discretum et legum terræ peritum, in episcopum suum sibi elegerunt.

Reddita est Fretherico imperatori Sardania.[3]

Sardinia restored to the emperor.

Anno quoque sub eodem Sardania reddita est imperatori Fretherico, contra domini papæ voluntatem et prohibitionem. Quam, licet papa offenso et reclamante, et asserente illud ad jus beati Petri pertinere, idem imperator libenter suscepit, et contulit regnum illud Ensio, filio suo, dicens se jurasse revocare obligatum dispersa imperii, et illud regnum, cum de imperio esset, per negligentiam imperatorum antecessorum et vendicationem[4] curiæ Romanæ dudum fuisse alienatum. Ex tunc igitur ortum est odium inexorabile inter dominum papam et imperatorem F[rethericum], quod nunquam postea potuit mitigari, sed diatim infelix[5] suscepit incrementum.

---

[1] In the margin is drawn a mitre falling down, and a crosier broken in halves.

[2] *non*] Interlined by a later hand.

[3] *Sardania*] Over the second syllable is written, *vel i*, i.e., *Sardinia;* and so again in the text immediately following.

[4] *et vendicationem*] On an erasure.

[5] *infelix*] imfelix, MS.

A.D. 1293.

Movetur quæstio gravis et sumptuosa super visitatione facienda in ecclesia Lincolniensi.

Dispute between the bp. and canons of Lincoln, as to the right of visitation.

Diebus autem sub eisdem mota est quæstio gravis et sumptuosa nimis, super visitatione facienda in ecclesia Lincolniensi per episcopum in canonicis. Et tandem appellatum est, post multas disceptationes,[1] ad præsentiam domini papæ.

Obiit Willelmus de Cantelupo miles.[2]



26 March. Death of Will. de Cantelupe.

Eodem anno, vii°. idus Aprilis, obiit nobilis baro Willelmus de Cantelupo, natione Neuster,[3] qui multum regi Johanni, præcipue in werra sua, licet etiam amicos[4] offenderit, et regi Henrico III., filio suo regi, et diu servierat. Hic quoque duos filios habuit strenuissimos, Willelmum de Cantelupo, heredem suum legitimum, et Walterum de Cantelupo, clericum jurisperitum, qui postea, ut dicetur, factus est episcopus Wigorniæ.

Rex Scociæ desponsavit uxorem.

Marriage of the king of Scots to a daughter of Engelram de Coucy.

15 May.

Et eisdem diebus rex Scociæ Alexander I. filiam cujusdam nobilis baronis de regno Francorum, Engelrami de Cuscy, nomine Mariam, sibi matrimonio copulavit, et nuptias die Pentecostes apud Rokesburg solempniter nimis celebravit. Quod regi Anglorum minime fuit acceptum; constat enim Franciam Angliæ esse infestatricem.[5]

---

[1] *disceptationes*] deceptationes, MS.

[2] In the margin is tricked hi shield of arms, reversed, *viz.* [gules], 3 fleurs de lis [or].

[3] *natione Neuster*] nascione Neuter, MS.

[4] *licet etiam amicos*] On an erasure.

[5] *infestatricem*] imfestatricem, MS.

A.D. 1239. *Eligitur Willelmus de Rale in episcopum Norwicensem.*[1]

Election of Will. de Rale as bp. of Norwich.

Tempore vero sub eodem monachi Noruuicenses nescientes, vel se scire hoc cum conniventia[2] dissimulantes, quod Willelmus electus fuisset in episcopum Cestrensem, ipsum eundem Willelmum in episcopum Norwicensem elegerunt. Willelmus autem malens manere in Anglia, quam in contermino Walliæ, episcopatui adhæsit uberiori.

Roborata est turris Londoniarum.

The Tower of London is fortified.

Ipsis quoque diebus rex[3] non modicum thesaurum profudit et exposuit in vanum, roborando et ampliando turrim Londoniarum ; falsum enim fundamentum, omnem cito postea structuram concutiendo, ut dicetur in posterum, labefactavit.

Excommunicatur imperator F[rethericus].

Excommunication of the emperor.

Eodem anno, cum multotiens ammonitus noluisset errores suos imperator Frethericus corrigere, dominus papa, cum multis cardinalibus tunc præsentibus, in spiritu amarissimo ferventis iracundiæ eundem F[rethericum] imperatorem sollempniter ac terribiliter excommunicavit. Verba autem latæ excommunicationis et causas singulas, quæ magnæ sunt et horribiles et magnæ prolixitatis, gratius reputo reticere quam recitare.[4]

---

[1] Opposite to this chapter is written in the margin "*dubium.*"

[2] *hoc cum conniventia*] On an erasure.

[3] *rex*] On an erasure.

[4] *horribiles . . . recitare*] Written over an erasure. The sentence of excommunication is in B. C. and ed. p. 486.

De eclipsi solis.

A.D. 1239.

Eclipse of the sun.

Anno quoque sub eodem, tertio die Junii, passus est sol eclipsim, hora sexta, in signum quod possibile est assignari[1] ecclesiæ, quæ, quasi sol, genus humanum illuminat. Ecclesia namque undique per Frethericum imperatorem,[2] qui ecclesiam exterminans et religionem, episcopos a suis sedibus et religiosos a suis expulit mansionibus, et suis privavit possessionibus in imperio; unde ipsi monachi de Monte-Cassino et ipsi de Monte-Regali extra Palernam, et alii, tam religiosi abbates quam alii episcopi et episcopales, confusi et extorres exulaverunt.

Oppression of the church by the emperor.

fol. 129 *a*.

Nota quantam potestatem et gratiam adeptus est electus Valentinus.

Et tunc temporis tantam gratiam et potestatem, quia[3] vir elegans erat et generosus,[4] adeptus est electus Valentinus Willelmus, ut episcopatum possideret Leodiensem, retenta procuratione Valentini episcopatus. Qui adhuc ad episcopatum aptabatur[5] Wintoniensem, quem, si eligeretur, ex plenitudine gratiæ et potestatis papalis, retentis prioribus, possedisset. Extitit enim magnatum consanguineus, qui auxilium domino papæ in tribulatione præstiterunt, et tam domino papæ quam regi acceptabatur.[6]

Power acquired by the bp. elect of Valentia.

---

[1] *Anno quoque . . . . . assignari*] These lines, together with the rubric, are on an erasure.

[2] The sense is incomplete, and a verb seems wanting.

[3] *quia*] Only *qui* is visible, in consequence of a small hole in the vellum.

[4] *quia . . . . . generosus*] On an erasure.

[5] *aptabatur*] On an erasure.

[6] *Extitit . . . . . acceptabatur*] Written over an erasure. The whole chapter is directed to be omitted by the word "*vacat*," in the margin, written in red letters.

A.D. 1239. *Natus est domino regi H[enrico] filius.*

16 June. Birth of a son to king Henry. Eodemque anno, xvi°. kalendas Julii, apud Westmonasterium natus est domino regi filius primogenitus et heres regni legitimus, ex regina sua Alienora; et congratulabantur ei omnes regni magnates, maxime tamen cives Londonienses, quia accidit eidem regi illuc juxta desiderium suum et preces speciales, quas[1] ante postulaverat[2] religiosorum. Otto vero, legatus diaconus, infantulum baptizavit,[3] ubi[4] præsens extitit[5] archiepiscopus Cantuariensis Edmundus, iiii°. die, in ecclesia conventuali, suscipientibus eum a sacro fonte Londoniensi et[6] Karleolensi episcopis et W[altero] Norwicensi electo; domino quoque Ricardo, fratre regis, Cornubiæ, Simone de Monte-forti, Legrecestriæ, H[umfrido] de Boun, Herefordiæ et Esexiæ, comitibus, et multis aliis nobilibus viris et mulieribus. Archiepiscopus autem Cantuariensis Æ[dmundus] eum confirmavit.

His baptism.

Incarceratur Ranulfus Brito.

Accusation and imprisonment of Ralph de Breton. Diebus quoque sub eisdem Ranulphus Brito, canonicus ecclesiæ Sancti Pauli Londoniarum, graviter a quibusdam susurronibus accusatus[7] est domino regi; ita ut ex amicissimo et consiliario familiarissimo factus et habitus est despicabilis inimicus. Præcepit igitur dominus rex, ut repente in domo sua captus, in turri Londoniarum incarceraretur. Cum autem major Londoniensis[8] tale præceptum accepisset, ipse, plus obediens

---

[1] *quas*] qua, MS.

[2] *quas ante . . . . . postulaverat*] Added in marg.

[3] In the margin is drawn the representation of an infant in swathing clothes lying in a square cradle, and above is a crown.

[4] *ubi*] On an erasure.

[5] *extitit*] On an erasure.

[6] *et*] et et, MS.

[7] *accusatus*] acusatus, MS.

[8] In B. C. we find his name added, namely, William Goimer.

domino regi quam Deo, dictum Ranulphum, clericum et canonicum, in domo sua, quæ vicina est ecclesiæ Sancti Pauli, violenter rapuit et incarceravit. Qui vix per episcopum et decanum et quosdam canonicos, regis amicos et eidem speciales, postea a carcere et vinculis ereptus est. Parabatur etenim episcopus Londoniensis, scilicet Rogerus, viriliter pro libertate ecclesiæ decertando civitatem Londoniarum interdicto supponere, et ulterius progredi, si necessitatis urgentior articulus id exposceret, ut beati Thomæ martiris vestigia sequeretur. Liberatus igitur Ranulphus, edoctus est experimento, quanta volubilitate fortuna aulicos exagitat et ocillat. Verum omnibus vitæ suæ diebus, idem R[anulphus] contabuit, vehementi dolore et pudore infatuatus.[1] Accusator autem ejus præcipuus, qui eum etiam de læsæ majestatis crimine domino regi accusaverat, nomine Petrus de Turbera,[2] suspendio postea addictus est. Et cum suspendendus mortem suam cerneret imminentem,[3] confessus est quoniam insons per omnia fuisset memoratus R[anulphus], unde veniam petiit; sed talia commenta[4] se protestatus est dixisse, ut sic saltem miseram vitam protelaret. Erat enim pro aliis facinoribus captus et convictus, quapropter fides ei non extitit adhibenda.

A.D. 1239. He is released, by interposition of the bp. of London.

His accuser hung.

Imperator denunciatus est excommunicatus.

Diebus autem sub eisdem, in ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, et postea per totum Angliæ regnum, denunciatus est Fretherichus imperator excommunicatus.

The emperor is denounced at St. Paul's as excommunicate.

[1] *infatuatus*] imfatuatus, MS.

[2] *nomine Petrus de Turbera*] Added in marg. In B. C. he is named *Willelmus*, and stated to be *regis nuncius*.

[3] *imminentem*] iminentem, MS.

[4] *commenta*] comenta, MS.

A.D. 1239.

De quodam mirabili signo in aere.[1]

24 July. Appearance of a comet.

Vigilia autem sancti Jacobi, in crepusculo, non adhuc apparentibus stellis, cum esset aer purissimus, apparuit, ad instar Luciferi, stella maxima ut facula, quæ se jaculabatur per tractus aereos, quasi sagitta ignea, clarissima in capite, relinquens ignem et fumum post se cum moveretur. Quæ etiam pluries sic apparuit; censebatur autem draco vel cometa.

Comes Legrecestriæ Simon clam recessit ab Anglia.[2]

Simon, earl of Leicester, leaves England with his wife.

Tempore quoque sub eodem comes Legrecestriæ Simon per quosdam invidos domino regi tam graviter accusatus est, ut, multis conviciis lacessitus, non est permissus interesse festivis sollemniis, quæ fiebant de purificatione reginæ. Sed excommunicatus appellatus, et quasi excommunicatus, ab eodem festo Londoniis celebrato sequestratus, clam cum uxore sua tunc gravida, nocte sequente, paucaque familia, naviculam in Thamensi intravit. Et sic subito confusus et pudibundus clandestinam fugam arripiens, in partes se transtulit ultramarinas, et post continuo transalpinas, ut ad tempus declinaret, donec indignatio regalis flecteretur.

Episcopi Angliæ contradixerunt legato,[3] *postulanti procurationes.*

The bishops refuse to

31 July

Per idem tempus convenerunt omnes episcopi Angliæ, ii. kalendas Augusti, de oppressionibus ecclesiæ Anglicanæ tractaturi; exigebat enim legatus, qui plus

---

[1] In the margin is drawn a representation of this comet or meteor, with the words "*Signum in aere,*" written above in red.

[2] This chapter is directed to be omitted, by the word "*vacat,*" in red letters, in the margin. It is found, however, in substance in B. C.

[3] *legato*] A word has been erased just before.

morabatur quam credebatur, novas[1] procurationes. A.D. 1239.
Nam magister Simon Normannus, domini regis speci- grant pro-
alis jam consiliarius, ex præcepto ejusdem regis moram curations to the le-
legati ampliorem proçuraverat. Responderunt igitur gate.
universi legato, quod totiens bona ecclesiæ exhauserat
Romana indigentia, quod æquanimiter amplius nequi-
fol. 129 *b*. verant tolerare. Legatus igitur, cum esset patiens et
modestus, impetus talis contradictionis prudenter emol-
livit. Et circa eadem tempora pluviarum inundationes Excessive
spem frugum præconceptam denegavit.[2] rains.

Thomas, comes Flandriæ, venit in Angliam.

Circa festum vero Assumptionis beatæ Virginis venit 15 Aug.
in Angliam comes Flandriæ Thomas,[3] avunculus reginæ.[4] Arrival of
Cui adventanti occurrit rex lætabundus, et ducturus Thomas,
ipsum Londonias, jussit totam civitatem mundari luto count of
et omni offendiculo; civesque, indutis vestibus præ- Flanders.
tiosis, in equis quoque faleratis gaudenter occurrere
venienti satagebant.[5] Qui postea homagium faciens
regi, quingentas marcas, quas annuatim ex scaccario
fuerat recepturus, lætabundus[6] reportavit. Magister
quoque Henricus Flandrensis, clericus ejus, quem assig-
naverat ad eas recipiendum, opimis redditibus subito
saginatur.

Willelmus de Rale consecratur in episcopum Norwicensem.[7]

Anno quoque sub eodem Willelmus de Rale, electus Consecra-
in episcopum Noruuicensem, in ecclesia Sancti Pauli tion of
Will. de

[1] *qui plus . . . . . novas*] On an erasure. In the lower margin also is written with a plummet, *qui plus quam credebatur, morabatur.*

[2] *indigentia . . . denegavit*] Written over an erasure.

[3] *Flandriæ Thomas*] On an erasure.

[4] *reginæ*] After this word, *in Angliam* is repeated by error.

[5] *satagebant*] Added on to the text.

[6] *lætabundus*] On an erasure.

[7] In the margin are drawn a mitre and crosier. He was consecrated 25 Sept. Fasti, ii. 461.

A.D. 1239. Rale, bp. of Norwich. Londoniarum a Cantuariensi archiepiscopo Edmundo munus consecrationis suscepit.

Qualiter Hubertus de Burgo calumpniatus sit.

Accusations against Hubert de Burgh. Tempore quoque sub eodem Hubertus de Burgo graviter a rege calumpniatus est, et gravibus appetitus quæstionibus. Quas, si quis scire desiderat, necnon et responsiones, qualiter scilicet Laurentius, de Sancto Albano clericus, cuilibet objectioni eleganter respondit, in Rotulis ipsius Laurentii[1] plenius reperiet.

Finis.

He is adjudged to give up four castles to the king. Verumtamen ut tandem regia penitus sedaretur indignatio, adjudicatum est, ut quatuor castra dicti Huberti carissima, pro bona pacis et pristina caritate reformanda, in manu regis resignarentur, videlicet, Blancum-castrum et Grosmund in Wallia,[2] et Skenefrith, et Hauefeldiam.[3] In quorum castrorum reædificationibus prædictus comes Hubertus infinitam expendit[4] pecuniam. Sed hæc omnia magnanimus H[ubertus] patienter toleravit.

Ecclesia Wintoniæ multas tolerat oppressiones.

Oppression suffered by the church of Winchester. Eisdem diebus ecclesia Wintoniæ cathedralis, suo viduata pastore, magnas, quas indignum est referre, pressuras et dampna toleravit, mundo persequente. Inter quas tribulationes, hæc ipsam præcordialius[5] vulneravit. Intrusus enim quidam monachus ejusdem

---

[1] *in Rotulis ipsius Laurentii*] On an erasure, and probably written at first, *in libro Additamentorum*, as in B. See note as to these charges against Hubert, *ante*, p. 351.

[2] *Wallia*] Uallia, MS.

[3] *Hauefeldiam*] Hafeldiam, B. C. [Hatfield Peverell, co. Essex].

[4] *expendit*] Interlined.

[5] *præcordialius*] Written at first *præcordius*.

ecclesiæ, natione Brito, invito conventu, auctoritate regis circumventi, se ut priorem habuit et appellari fecit; cui multi de conventu, facta scismate,[1] adhæserunt. Et dum generarentur hinc inde dissensiones, ecclesiæ substantia non minimam toleravit diminutionem. A.D. 1239.



Death of the bp. elect of Valentia, by poison. 1 Nov.

De lugubri morte Willelmi, electi Valentini.[2]

Eodemque anno Willelmus, electus Valentinus, cum a domino papa multis donariis et pollicitis amplioribus, concomitante magistro Laurentio de Sancto Martino, impetrasset, ut in episcopum Leodiensem eligeretur electus manens Valentinus, et episcopatum Wintoniensem optineret ut procurator, manens electus Leodiensis; et cum a Roma, expeditis negotiis,[3] [reverteretur], apud Viterbium potionatus animam, ut dicitur,[4] exhalavit.[5] De quo facinore cum graviter dictus magister Laurentius accusaretur, se rite purgavit. Rex autem, cum hos rumores lugubres audisset, ineffabiliter dolens et mœrens, vix ullam admisit consolationem. Obiit autem dictus W[illelmus] die Omnium Sanctorum. Et circa idem tempus obiit Avelina, mulier admirabilis pulchritudinis, comitissa Albemarliæ. Duodecimo vero kalendas Januarii obiit strenuissimus miles et fidelissimus, Henricus de Trublevilla.[6] Eodemque anno nobilissimus miles Radulfus de Thoni, in mari peregrinans versus Terram Sanctam, obiit.[7] Tem-

Deaths of other persons of note. 21 Dec.



[1] *scismate*] cismate, MS.

[2] In the margin is a drawing of his shield of arms, reversed, *viz.*, gules, three pales or, on a chief sable, a lion passant gardant of the second. On each side of the lower part of the shield is a mitre attached, and the head of a crosier between them.

[3] *et cum a Roma negotiis*] On an erasure. After *negotiis* is the letter *s*, as if for *suis*, but subsequently struck out. A verb has been supplied to complete the sense.

[4] *ut dicitur*] On an erasure.

[5] *exhalavit*] exalavit, MS.

[6] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, gules, on a chief sable a demi-lion rampant, double quevé, or.

[7] His shield of arms reversed is also in the margin, *viz.*, argent, a manche gules.

A.D. 1239. The emperor is blamed for occupying Monte-Cassino. Siege of Seville by the king of Castille.

pore quoque sub eodem imperator F[rethericus] suam etiam in fide obfuscavit famam, quia Montem-Cassinum occupavit. Anno quoque sub eodem capta Valencia magna in Hispania a rege Castellæ, obsessa est maxima civitas Hispaniæ, scilicet Sibilla. Sed rex proditione circumventus, et a civibus occupatus, vix vita comite inde confusus recessit; verumtamen, convocatis viribus, rediit ab obsidione;[1] quem licet multis annis semper indefessus continuavit, donec, ut in posterum dicetur, ipsam suæ ditioni subjugasset.[2]

Annalis conclusio.

Annual summary.

Transiit igitur annus ille curiæ Romanæ inimicus, Ytaliæ et Angliæ nocivus; frugifer tamen satis et fructifer, et sanitatis conservativus.

Baldewinus accinctus est balteo militari.

A.D. 1240. Henry keeps Christmas at Winchester. Baldwin de Rivers created earl of Devon.

Anno Domini M°.CC°.XL°., qui est annus domini regis H[enrici] III. regnantis XX^us.IIII^us., tenuit idem rex curiam suam ad Natale Domini apud Wintoniam, ubi Baldewinum[3] de Ripariis, juvenem elegantem, die videlicet Natalis Domini, baltheo donavit militari, et comitatu Devoniæ[4] investivit; præsente comite Ricardo et id procurante. In cujus custodia idem Baldewinus pluribus annis extiterat, et filiastram suam, scilicet Amiciam, filiam uxoris suæ Ysabellæ, Glovorniæ quondam comitissæ, sibi matrimonialiter copulaverat.

---

[1] *obsidione*] obsidionem, MS.

[2] *subjugasset*] After this word is written in the margin *continuavit*, but it is a superfluous repetition.

[3] *Baldewinum*] At first written *Baldewinus*.

[4] *Devoniæ*] Vecte, B. *text*, Devene, *marg.*, and so C., but blundered by the scribe into *veste*. In Edd. *Vectæ*.

De electione Hugonis de Pateshulle in episcopum Cestriæ.[1]

A.D. 1240.

Eodem quoque tempore, cum eligeretur in episcopum Coventrensem sive Cestrensem dominus Hugo de Pateshulle, domini regis clericus specialis et thesaurarius, nec haberet contradictionis repagulum, confirmata est.

Election of Hugh de Pateshulle as bp. of Chester.

fol. 130 *a*.

Obiit Ysabella, comitissa Cornubiæ.[2]

Circa idem tempus nobilissima mulier Ysabella, comitissa Gloverniæ et Cornubiæ, uxor scilicet comitis Ricardi, ictericia percussa, gravida infirmabatur, et in discrimine puerperii, cum puero naturæ debita persolvit.

Death of Isabella, countess of Cornwall.

Apparuit cometa.

Sub ejusdem temporis processu, videlicet per totum mensem Februarii, tempore serotino, versus occidentem, quædam fusca stella emittens radium versus orientem apparuit; quam, quia extra ordinem stellarum insolita emicuit, cometa fuisse dicebatur.

Appearance of a comet.

Reprehensus est rex ab imperatore F[retherico].

Eodemque tempore reprehensus est rex ab imperatore vehementer, eo quod permisit terram suam tam frequenter tamque impudenter per papam depauperari, sicut solet servus depauperari in necessitate domini

The king is blamed by the emperor, for allowing the papal exactions.

---

[1] In the margin are drawn a mitre and crosier.

[2] In the lower margin of the previous page is a drawing representing this lady. Her head is depicted, quite bare, with the eyes closed, and resting on the right hand, whilst long ringlets flow down behind; alluding to the fact of her hair having been shaved off before her death. See ed. p. 523.

A.D. 1240. sui, in sui et imperii detrimentum. Quod nullo modo credebat. Inde autem elegantem epistolam cum nuncio sollempni destinavit, sed rex proinde nullatenus motus est.

Legatus procurationes extorsit.

The legate extorts procurations.

Legatus interea, qui, ut prætactum est, procurante rege, in Anglia mansit adhuc, procurationes opimas undique protervus extorsit. Cujus literas qui inspicere desiderat, in Rotulis plurimorum poterunt inveniri.[1]

Comes Legrecestriæ Simon ad iter Jerosolimitanum se præparavit.

1 April. The earl of Leicester goes to the Holy Land. *Nota devotionem.*

Eodemque anno, kalendis Aprilis, comes Legrecestriæ Simon crucesignatus, collecta undecunque pecunia, venditis nemoribus Legrecestriæ abbati Legrecestriæ et Hospitalariis, non minima, transfretat peregrinaturus in Terram Sanctam. Uxor autem ejus gravida sequebatur eum, sed in partibus transmarinis, donec peperisset, commorabatur.

Moritur Leolinus, princeps Northwalliæ.

10 April. Death of Llewellyn, prince of North Wales.

Anno quoque sub eodem, iiii.[2] idus Aprilis, princeps Northuualliæ Leolinus, diuturna paralisi vexatus, viam universæ carnis est ingressus. Qui duos filios suos, Griffinum et David, post se derelinquens, magnam posteris suis calamitatem, eo quod ex diversis matribus erant filii et se ad invicem oderant, generarat.

---

[1] *qui inspicere . . . . . inveniri*] On an erasure. This letter is in B. C. (ed. Wats, p. 526), dated "London. 15 kal. Mart." [15 Feb.]

[2] *iiii.*] iii°., B. C.

Quomodo captus fuit Griffinus. A.D. 1240.

Capture of David, son of Llewellyn, by stratagem.

Una enim dierum David, legitimus ex sorore regis Anglorum natus, fratrem suum Griffinum, primogenitum sed illegitimum, vocavit in dolo ad colloquium. Qui cum sub conductu episcopi de Bangor Ricardi nil sinistri cogitans venisset, cepit eum, et misit illum incarcerandum avunculo suo regi. Qui in turrim Londoniarum ipsum detrusit compeditum.

Absolvebantur crucesignati, data pecunia.[1]

Those who have taken the Cross, are absolved on paying a sum of money.

Ipsis quoque diebus, quod multum multis absurdum videbatur, ipsi, quibus commissa fuit cura de Crucis negotio prædicandi, quos paulo ante signaverant, accepta pecunia, a voto absolvebant et a Cruce liberabant.

Legatus nititur[2] *inclinare corda episcoporum ad concedendum quintam partem bonorum.*

Meeting of the prelates and nobles at at Reading.

Ejusdem anni spatio convenerunt apud Radingum omnes Angliæ prælati et quidam regni magnates, mandatum domini papæ a domino legato explicandum audituri. Quo cum pervenissent, legatus, facto prolixo sermone, ut sibi corda audientium inclinaret, tandem varias pressuras sumptuosas, quas contra imperatorem F[rethericum] dominus papa sustinuit, omnibus patefecit. Exigebat igitur instantissime, ex parte domini papæ, quintam partem bonorum suorum, quibus suffultus, injurias tam validi inimici valeret propulsare. Cui, inito consilio, responderunt episcopi, quod nullo modo tam importabile onus, quod universalem tangebat eccle-

The legate demands a fifth part of their goods for the pope.

---

[1] In the margin the word "*vacat*" is written in red letters against this chapter.

[2] *nititur*] ninitur, MS.

A.D. 1240. The meeting is adjourned.

siam, sine prolixioris[1] consilii deliberatione subirent. Et datus est illis dies super hoc mandato deliberandi, et certus locus.[2]

Super prædictis deliberatio.

Conference of the prelates, at which the abp. advises them to yield.

Interim coram archiepiscopo Cantuariensi Ædmundo convenerunt omnes Angliæ prælati, ut contrectarent quid in tantis augustiis tutius esset aggrediendum. Tandem post multas ac variis consultationes, a profundo miserabilia trahens suspiria, ait archiepiscopus, "Fratres et amici, videt perspicue vestra peritia, quod in præcipiti positi sunt dies moderni, nec est quem non tædeat vitam letalem protelare. Necesse est igitur facere de necessitate virtutem. Non enim video, cum hinc rex hinc papa conentur hoc perficere, resistere quomodo valeamus." Hæc autem cum audissent[3] alii prælati Angliæ, in consimilem sententiam[4] sunt prolapsi.

Death of Alan, archdeacon of Sudbury.

Sed ne mundus vacet perturbatione, eodem tempore, de Subiria[5] archidiaconus Alanus, cum Londoniis[6] cito post pranderet, ingurgitatus subito obiit, et a mensa moriens extractus, proh dolor![7] animam exhalavit.[8]

Imperator dissuadet, ne consentiatur.

The emperor dissuades the king from consenting to the above tax.

Diebus etiam sub eisdem, imperator F[rethericus] scribens amicabiliter regi, ne prædictæ contributioni consentiret, supplicavit.[9] Qui bene contradixisset, nisi prius prælati, ut dictum est,[10] consensissent.

---

[1] *prolixioris*] prolixoris, MS.

[2] *et certus locus*] On an erasure.

[3] *Interim . . . . . audissent*] The whole of this, with the rubric, is written over an erasure.

[4] *sententiam*] On an erasure. In B. C. *ruinam.*

[5] *ne mundus . . . . Subiria*] On an erasure.

[6] *Londoniis*] On an erasure.

[7] *proh dolor*] On an erasure.

[8] *exhalavit*] exalavit, MS.

[9] *supplicavit*] Added to the text. The emperor's letter is in B. C. and in ed. p. 527.

[10] *ut dictum est*] On an erasure.

A.D. 1240. *De deploranda cæde Christianorum in Terra Sancta.*

Slaughter of the Christians in the Holy Land.

Circa idem tempus Franci in Terra Sancta, qui multi et nobiles erant, dum inconsulte cum Sarracenis congrederentur, victi sunt, et occisi multi aut captivati. De cujus rei serie per has literas certificamur :[1]

fol. 130 *b.*

"Talis amicus tali, salutem. Sciatis, quod comes Britanniæ fecit equitatum unum ante Damascum, et sumpsit prædam magnam, et salvam[2] conduxit ad exercitum. Sed hoc videntes[3] inviderunt ei comes de Bar, comes de Monte-forti, dux etiam Burgundiæ; et post viii°. dies fecerunt alium equitatum sine consilio comitis Britanniæ, et ibidem interfectus fuit comes de Bar, dominus autem[4] Simon de Claro-Monte, dominus Johannes de Barres, dominus Robertus Malet, Ricardus de Beumunt, et alii innumerati.[5] Verumtamen dominus Almaricus, comes Montis-fortis, captus fuit, et ductus in Babiloniam; dux autem Burgundiæ fugit." — "Præterea[6] sciatis, quod rex Franciæ amovit omnem thesaurum suum a templo, quia Templarii nec Hospitalarii voluerunt in hoc certamine juvare, nec juvari.[7] Et sciatis, quod sexaginta capti sunt vivi, et postea in reditu decem milites nobiles. Capti sunt etiam et occisi multi de Templariis et Hospitalariis, volentibus redimere famam suam, et captivati[8] sunt magistratus eorum et electi, prostratis eorum vexillis."[9]



---

[1] *certificamur*] Added on to the text.

[2] *salvam*] At first written *salvum*.

[3] *videntes*] Interlined.

[4] *autem*] Om. B. C.

[5] In the margin are drawn three shields of arms, reversed, above which is written in red, "*Scutum victorum Francorum non procul a Gazre.*" The shields are, 1. "*Dareines,*" gules, two trumpets in pile, or; 2. "*De Bares,*" gules, a cross, cercelée, or; 3. "*De Bar,*" azure, two barbels addorsed, or. Below these are drawn the standards of the Hospitallers and Templars reversed, viz., "*Vexillum Hospitalis,*" gules, a cross argent, and "*Vexillum Templi,*" party per fess, gules and argent.

[6] *Præterea*] This latter portion, as far as *nobiles*, is assigned in B. C. to a letter from the earl of Montfort to his wife. See ed. Wats, p. 530.

[7] *nec juvari*] Interlined.

[8] *captivati*] captivitati, MS.

[9] *prostratis eorum vexillis*] Added in marg.

A.D. 1240. *Imperator condolens scribit domino regi Anglorum.*

Letter of the emperor to king Henry, on the above news.

Hæc cum innotuissent imperatori F[retherico], condoluit, et condolens scripsit domino regi Anglorum in hæc verba :

"F[rethericus] Dei gratia Romanorum imperator et semper Augustus, Jerusalem et Siciliæ rex, illustri Anglorum regi, dilecto sororio suo, salutem. Communem casum," etc.

Quære residuum in libro Additamentorum.[1]

Cardinales consentiunt et imperator, ut convocetur concilium generale.

A General Council is convened.

Consenserunt autem, et censuerunt[2] eodem tempore dominus imperator et cardinales opportunum,[3] ut dominus papa generale convocaret concilium, ut ecclesia vacillans confirmaretur. Præfixus est igitur dies concilii proximo advenientis dies Paschæ, ut eadem die cum resurgente Domino resurgens ecclesia feliciter respiraret.

Consecratur Hugo de Pateshulle[4] *in episcopum Coventrensem.*

Consecration of the bp. of Coventry. 1 July.

Eodemque[5] tempore Hugo de Pateshulle, electus Coventrensis, Lichefeldensis, vel Cestrensis, kalendis Julii ab archiepiscopo Cantuariensi Æ[dmundo] munus consecrationis accepit.

---

[1] The letter is not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, p. 531).

[2] *et censuerunt*] Added in marg.

[3] *opportunum*] oportunum, MS., added in marg.

[4] *Pateshulle*] Patehulle, MS.

[5] *Eodemque*] *que* interlined.

Exulat irrediturus Cantuariensis archiepiscopus Ædmundus. A.D. 1240.

Diebus quoque sub eisdem archiepiscopus Cantuariensis Ædmundus comperiens se in hac contributione enormiter gravatum, marcasque[1] octingentas dolens domino papæ numerasse, cum vidisset ecclesiam Anglicanam diatim magis ac magis conculcari, bonis temporalibus destitutam, ac pristinis libertatibus spiritualibus spoliatam, affectus est tædio quod viveret et videret mala gentis suæ super terram. Increpansque regem, quod talia toleraret, nil nisi dilationum verba reportavit; admonens legatum, nihil nisi sannas ab eo et Romanis suis recepit, et, quod magis eum angebat, auctoritatem suam, in omnibus quibus poterat, mutilavit. Tactus ergo dolore cordis intrinsecus, quia variis undique lacessitus injuriis, transiit subito in Franciam, et, castigata familia, formam induit exulantis. Nec adhuc tamen pacificatus fuit ei conventus ejus. Exulavit igitur sic, Deo volente, irrediturus, unde indelebile obprobrium incurrit Anglia, sed maxime ecclesia, de tam sancti viri offensione et amissione. Et cum recessurus valediceret regi, plorans ait, "Nunquam faciem meam amplius videbis."[2] Apud Pontiniacum igitur, ubi prædecessor ejus beatus Thomas martir pressuras tolerans latitavit, commoratus est; ubi jejuniis et orationibus intendens, tempora commodiora præstolabatur.

The abp. of Canterbury is afflicted at the state of the English church.

He goes over to France

and fixes his residence at Pontigny.

[1] *se in hac . . . marcasque*] On an erasure.

[2] *Et cum . . . . videbis*] Added in marg.



Obiit comes Cestriæ et Lincolniæ.[1]

A.D. 1240. Death of John, earl of Lincoln. 22 July.

Eodem [anno],[2] die beatæ Mariæ, scilicet[3] Magdalenæ, comes Lincolniæ et Cestriæ Johannes, cognomento Scotus, longa thisis infirmitate vexatus, de medio sublatus est.

Advenit Petrus Rubeus, exigens pecuniam.

Arrival of P. Rosso in England, who extorts money on behalf of the pope.

Per eosdem quoque dies venit in Angliam domini papæ clericus familiaris, talis enim erat epistolæ suæ titulus, nomine Petrus Rubeus. Qui clanculo intrans religiosorum capitula, exegit ex parte domini papæ pecuniam cum silentio, sub tali modo, ne quis revelaret misterium illud sub pœna excommunicationis. Et[4] cum venisset in unum capitulum, mentitus asserebat se omnia postulata benigne suscepisse in alio. Jurare etiam coegit, ut hoc per dimidium annum nulli revelaretur. Hæc fuit exactio[5] quintæ partis bonorum religiosorum detestanda. Et cum abbates, ratione baroniarum suarum, regi super hoc conquererentur, factus est rex legati advocatus, nec ullam invenire poterant consolationis defensionem. Responsa autem regis in nullo dictum rigorem mitigarunt.[6]

The abbats complain to the king, but get no redress.

Episcopi noluerunt hoc jugum subire.

The bishops refuse to

Cumque similia facere legatus, ipsi Petro Rubeo associatus, proposuisset,[7] episcopis propter hoc apud

---

[1] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, quarterly, or and gules, a bend sable, and label of 5 points, argent.

[2] *anno*] Supplied from B. C.

[3] *scilicet*] Inserted in the text.

[4] *Et*] Ec, MS.

[5] *nulli . . . . . exactio*] Written partly on an erasure, and partly in the margin.

[6] *in nullo . . . . mitigarunt*] On an erasure.

[7] *proposuisset*] Added in marg.

Norhamtonam convocatis, edocti abbatum exemplo, contradicentes exceptiones proposuerunt, quas diligens investigator[1] poteris invenire. A.D. 1240. submit to this exaction.

Transfretavit comes Ricardus, et alii multi nobiles crucesignati.

Eodemque anno comes Ricardus, paratis omnibus ad transfretandum necessariis, movens de castro suo de Berkamestude, venit in capitulum Sancti Albani, valedicens fratribus, se peregrinaturus orationibus eorum devotus commendabat. Et postea Londonias [veniens],[2] imminente[3] Pentecoste, ubi domino regi, fratri suo, et legato, et aliis magnatibus valedicens, et committens filium suum Henricum, heredem suum, cum possessionibus suis custodiæ regis, versus Doveram gressus maturavit. Qui et quot nobiles cum eo transierunt, in libro reperies Additamentorum.[4] Richard, earl of Cornwall, comes to St. Alban's. He embarks for the Holy Land.



Obiit comes Waranniæ Willelmus.[5]

Die vero crastina post festum beati Augustini, scilicet vi°. kalendas Junii, obiit inclitus comes Waranniæ Willelmus, de stirpe regia progenitus, quia filius fuit comitis Hamelini, filii regis Henrici II.[6] Death of William, earl Warren. 27 May.

---

[1] *diligens investigator*] On an erasure, and no doubt originally written *in libro Additamentorum*. These exceptions are in B. C. and in ed. Wats, p. 534.

[2] *veniens*] Supplied from B. C.

[3] *imminente*] iminente, MS.

[4] These names are not in the "Liber Additamentorum," but are in the margin of B. C. They are omitted in Edd.

[5] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, checky, azure and or. This chapter, including the rubric, is written over an erasure, which extends into the lower margin.

[6] *de stirpe . . . . Henrici II.*] Added in marg.

A.D. 1240. *Eligitur magister [Petrus de Egeblanke][1] in episcopum Herefordensem.*

Election of Peter de Egeblanke as bishop of Hereford.

Procurante vero rege,[2] electus est in episcopum Herefordensem magister Petrus de Egeblanke, natione[3] Transmontanus,[4] et cito post, acceptante rege, confirmatus; alio, scilicet Michaele,[5] et præelecto sponte cedente. fol. 131 *a*.

Regina peperit filiam.

29 Sept. Birth of the princess Margaret.

Festo autem Angelico[6] sollempnizato, regina Angliæ Alienora peperit filiam; et vocatum est nomen ejus Margareta.

Magister Andelmus[7] consecratur in archiepiscopum Armachcanum.

Andelm consecrated abp. of Armagh. 30 Sept.

Die vero sancti Ieronimi magister Andelmus, natione Coloniensis, præsente rege et legato, consecratus est in archiepiscopum Armachcanæ ecclesiæ, quæ est totius Hyberniæ metropolitana, licet exilis existat in temporalibus.

Dedicatur ecclesia Sancti Pauli Londoniarum.

1 Oct. Dedication of St. Paul's, London.

Die vero sancti Remigii dedicata est ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, ab episcopo ejusdem loci Rogero,

---

[1] *Petrus de Egeblanke*] Supplied from B. C.

[2] *vero rege*] Added in marg. The words originally written in the text are erased, but appear to have been *aut cogente*.

[3] *natione*] nascione, MS.

[4] *Transmontanus*] Provincialis, B. C.

[5] *scilicet Michaele*] Added in marg. in the place of *electo*, originally written in the text, and afterwards erased.

[6] *Festo autem Angelico*] So also B.C. In E. *in festo sancti Michaelis*. This date has been questioned, but apparently without reason. See Rot. Lib. 24 Hen. III. m. 1.

[7] *Andelmus*] He is named *Albert* in Cotton's "Fasti Eccles. Hibernicæ," iii. 12.

præsentibus rege, legato, et multis episcopis et magnatibus, qui omnes ea die convivium cum ipso episcopo celebrarunt. Ad quam dedicationem annuatim devote venientibus, concessa est venia xiiii. annorum; quod legatus et episcopi omnes ibi præsentes confirmarunt. A.D. 1240.

Obiit Thomas de Muletuna.

Eodemque tempore obiit grandævus et magnanimus miles ac opulentus, Thomas de Muletuna. Death of Thomas de Muletun.

De tribulatione monachorum Dunelmensium.

Cassata electione facta de archidiacono sed perperam, monachi Dunelmi Romam destinati petierunt electionem factam de priore suo Thoma a domino papa confirmari; sed regalibus repagulis præpediti, moram sibi nimis dampnosam ibidem [1] continuabant, ut quasi præ tristitia contabescerent. Decubuerunt igitur infirmati,[2] juxta verbum Salomonis, "Spiritus tristis desiccat ossa;"[3] et mortui sunt quatuor præelecti de conventu, cum quibusdam in [4] jure peritis clericis et ministris, consolationi eorum deputatis. Quod cum audisset electus, scilicet prior Dunelmensis, ab alto ducens suspiria, doluit inconsolabiliter quod unquam eligeretur, ut pro ejus electione causaliter vel occasionaliter tot peritos contigit deperisse. Cessit igitur spontaneus, asserens nunquam pristinæ letitiæ statum [5] vel alacritatis recepturum, sed sub pœnitentiæ mœrore dies suos continuaturum. Monachi vero, quibus eligendi libera potestas relinquebatur, regem, ut moris est, adierunt, petituri ut concederet justam eligendi facultatem; et concessit instanter, petens ut Bonifacium, avunculum

The monks of Durham fail in their suit as to the election of a bishop.

The bishop elect resigns.

The king recommends to the monks Boniface, the queen's

[1] *ibidem*] ibibem, MS.
[2] *infirmati*] imfirmati, MS.
[3] Prov. xvii. 22.
[4] *in*] Interlined.
[5] *statum*] Interlined.

A.D. 1240. uncle, or the bp. elect of Hereford.

reginæ, vel electum[1] Herefordensem sibi assumerent, licet de illis nulla præcesserat mentio[2] in suarum regimen animarum.

Magister Simon Normannus abjectus est, et depauperatus.

Simon le Norman is deprived of his livings.

Diebus autem sub eisdem, procurante regis ira vindice, præcipitatus a fastigio magistratus sui magister Simon Normanuus, omnibus fere beneficiis suis privatur; et merito, quia sublimatus plus quam decuit se supra se gerens, multis jacturam procuravit.

Quædam magistri Simonis justificatio.[3]

Laudable act of Simon le Norman.

Hic tamen unum laudabile fecit, videlicet, quando fuit bajulus sigilli regis, non consensit cuidam voluntati regiæ impetuose, nec sigillum voluit apponere. Voluit enim rex unum theloneum concedere comiti Flandrensi Thomæ, præter magnum redditum, quem recepit annuum de scaccario. Quod si hoc fieret, læsio enormis foret coronæ, et dampnum similiter inæstimabile. Hoc autem in Majoribus Cronicis Beati Albani plenius annotatur.

Jocundus rumor de Terra Sancta.

Favourable news from the Holy Land.

Tempore autem sub eodem, indice epistola Magistri militiæ Templi,[4] Soldanus Damascenus, non timore populi Christiani, sed miraculose, Domino faciente, totam terram integre a flumine Jordanis ditioni resti-

---

[1] *electum*] On an erasure.

[2] *licet . . . mentio*] On an erasure.

[3] The whole of this chapter is added in the margin. The passage referred to relative to Simon le Norman occurs in the larger Chronicle under the year 1239 (ed. Wats, p. 519).

[4] This letter is at length in B. C. and in ed. p. 542.

tuit Christianæ; inter Christianos et ipsum Soldanum interveniente hujusmodi conventione, quod unus juvabit alterum pro posse suo, ad defendendum terras suas contra Soldanum Babiloniæ; neutra parte cum eodem Soldano sine altera componente, quæ in hac compositione consenserunt. Nuncius autem hoc eulogium deferens, obviam habuit classem comitis Ricardi prospere velificantem, qui ipsum comitem per hæc exhilaravit, addens, quod prædictus Soldanus certissime proposuit baptismi suscipere [1] sacramentum. A.D. 1240.

Pœnituit imperatorem procurasse concilium convocari.

Et eodem tempore imperatorem pœnituit procurasse convocari concilium generale, quia vehementer formidabat, ne aliquid contra eum ibidem statutum conditionem suam deterioraret, cum multi de capitalibus suis inimicis publicis et manifestis illuc convocarentur. Illos igitur [2] præmuniendo persuasit, ne, in [3] perditionem suam eundo vel redeundo, prælatos, concilium adirent celebrandum,[4] sicut diligebant suas personas et bonorum suorum indempnitatem. Multi tamen prælatorum, plus timentes Deum quam hominem, sicut dominus papa eos per elegantem epistolam, scriptam in libro Additamentorum [5] animaverat, ad iter alacriter sese procinxerunt. The emperor repents having caused a General Council to be summoned.

Comes Ricardus prospere applicat in Terra Sancta.

Per idem tempus comes Ricardus navigans in Terra Sancta prospere cum tota sua classe et comitatu in Arrival of earl Richard in

[1] *suscipere*] suscepere, MS.

[2] *vehementer . . . igitur*] Written over an erasure.

[3] *in*] Interlined.

[4] *concilium adirent celebrandum*] Added in marg.

[5] *in libro Additamentorum*] This letter is not in the "Liber Additamentorum," but is inserted in B. C. (ed. Wats, p. 553,) under the following year.

A.D. 1240. the Holy Land. portu applicuit Aconensi, xii°. die post festum sancti Michaelis. Et postea, tertia die, voce præconia fecit
29 Sept. acclamari, ut nullus peregrinus recederet pro defectu pecuniæ, sed stipendiis ejus Christo militaret.

De transitu beati Edmundi, Cantuariensis archiepiscopi.

Death of Edmund, abp. of Canterbury. Dum autem fortunalis rota sic mundanum cursum volubiliter exagitaret, beatus Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, dum apud Pontiniacum aliquot diebus moraretur, orans pro statu ecclesiæ Anglicanæ, cœpit infirmari. Et, ut gratiori aere ad horam respiraret, consilio medicorum apud Soysi, domum quandam canonicorum,[1] divertit, moram facturus ibidem;[2] ubi
16 Nov. graviter infirmatus, xvi°. kalendas Decembris migravit fol. 131 *b*. ad Dominum. Cujus vita gloriosa et mors pretiosa, cum speciales tractatus exigant et diffusos,[3] ad librum transferatur[4] lector Additamentorum.[5]

Consecratur magister Petrus de Egeblanke in episcopum Herefordensem.

23 Dec. Peter de Egeblanke consecrated bp. of Hereford. Circa idem tempus, die scilicet Dominica proxima ante Natale Domini, consecratus est magister Petrus de Egeblanke in episcopum Herefordensem.

---

[1] *quandam canonicorum*] On an erasure.

[2] *ibidem*] Added to the text.

[3] *et diffusos*] On an erasure.

[4] *transferatur*] The last two syllables are on an erasure.

[5] *Additamentorum*] In the "Liber Additamentorum" I find only two letters which relate to the archbishop's canonization and translation, printed in ed. Wats, pp. 156–161. They are referred to in B. C. under the years 1246 and 1247.

Delata est Christi corona spinea in Franciam.[1]

Eodem quoque anno, geminato Domini nostri Jhesu Christi beneficio, Francia floruit et exultavit. Præter enim hoc quod meruit, ut jam dictum est, beatum confessorem Edmundum ab Anglia sublatum optinere, Coronam Domini spineam et Crucem, apud [2] Constantinopolim adeptam, est gavisa possidere.

A.D. 1240. The crown of thorns of Christ brought into France.

Artabantur inhumane Christiani apud Damascum et Babiloniam.

Artabantur interim nobiles Francorum incarcerati, quos soldani Babiloniæ et Damasci tenebant captivatos. Et deteriorata est conditio eorum, quia unus super hoc interrogatus[3] dixit, nullum nobilem captum fuisse præter ipsum, quod compertum est falsum. Denuo propter adventum comitis R[icardi] artati sunt amplius, et quidam intoxicati, ita scilicet, ut non statim morirentur,[4] sed post dimidium anni vel annum; quod rei exitus comprobavit.

Affliction suffered by the Christians at Damascus and Babylon.

Obiit Johannes, filius-Roberti.

Hoc etiam anno obiit Johannes filius-Roberti, unus de præcipuis baronibus in plaga Angliæ boreali.

Death of John Fitz-Robert.

Terribile pronosticum de piscibus in mari[5] *pugnantibus.*

Etsi magna mirabilia hoc anno contigerunt, unum, quod est mirabilius, huic opusculo duximus inseren-

Prognostic drawn from some

---

[1] In the margin is a drawing of the crown of thorns and Cross, as engraved above.

[2] *et Crucem, apud*] On an erasure. Originally written *apud* only, and so in B. C.

[3] *interrogatus*] interogatus, MS.

[4] *morirentur*] mororentur, MS.

[5] *mari*] ma, MS.

A.D. 1240. dead whales thrown up on the shore.

dum. Balenæ enim circiter ix., præter alias beluas marinas, in litore maris Angliæ contermino mortuæ, et quasi in aliquo certamine mutuo læsæ, ad aridam sunt projecta. Quod in triste pronosticum, scilicet discordiæ inter sacerdotium et imperium, interpretatum est.

Floruerunt in Alemannia sanctæ Elizabeth et Hildegardis.

SS. Elizabeth and Hildegard flourish in Germany.

Temporibus quoque sub eisdem, floruerunt in Alemannia fama et miraculis sanctæ Elizabeth et Hildegardis. Et in regno Franciæ, beatus Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus et confessor, ita ut viderentur apostolorum tempora renovari.

Annalis conclusio.

Annual summary.

Transiit igitur annus ille regno Angliæ inimicus, ecclesiæ universali adversarius, orientalibus nocivus et occidentalibus; aridus per tres menses initiales, pluviosus per reliquos. Autumpnus autem nubilus et madidus frugum et fructuum abundantiam suffocavit, et discrasiam in hominibus generavit.

Quomodo dominus rex legatum exaltavit, et recedentem ad mare cum magno comitatu perduxit.

A.D. 1241. The king keeps Christmas at Westminster.

Anno quoque gratiæ M°.CC°.XLI°., qui est annus regni regis H[enrici] III. XXV^us^, tenuit idem rex curiam suam Londoniis, scilicet apud Westmonasterium; ubi magnates plurimi festa cum eo Natalicia celebrarunt. Convenerant autem ibidem totius Angliæ prælati, ut legatum transfretaturum conducerent. Quarto vero die Natalis, legatus a domino papa irrefragabiliter revocatus, Anglis valedicens, iter arripuit transalpinum, cum jam moram in Anglia jam protraxisset, ad mag-

Departure of the legate with great honours.

num dampnum ecclesiæ et domini regis dedecus,[1] triennalem. Et pacificaturus ecclesiam Anglicanam[2] venerat, ecclesiam Cantuariensem reliquit dampnis et obprobriis irrestaurabiliter dampnificatam. In crastino autem Epiphaniæ transfretavit. A.D. 1241. 7 Jan.

Venit Petrus de Sabaudia in Angliam.

Circa eosdem quoque dies Petrus de Sabaudia, avunculus reginæ, cui rex comitatum Richemundiæ contulerat, venit in Angliam, quam sibi jam senserat fructuosam; vir quidem prudens et circumspectus.[3] Quem rex occurrens gaudenter suscepit, se suaque consiliis ejus exponendo, et ipsius terras cum donativis plurimis ampliando. Die vero sancti Ædwardi, qui sollempnis regi de more habetur, idem rex prædictum Petrum cum nimis pomposo fastu balteo cinxit militari, et convivium sui tirocinii in[4] magna regia Westmonasterii celebravit. Arrival of Peter of Savoy, who is knighted. 5 Jan.

Magister Nicholaus de Fernham eligitur ad episcopatum Dunelmensem.

Diebus quoque sub eisdem monachi Dunelmenses, post multos labores inutiles et expensarum effusiones, cedente priore eorum Thoma, elegerunt magistrum Nicholaum de Fernham, domini regis clericum, virum eleganter literatum et moribus adornatum, in episcopum et pastorem animarum suarum. Election of Nich. de Fernham as bp. of Durham.

---

[1] *ad magnum . . . . dedecus*] This line is underscored with red, for the purpose of omission.

[2] *Anglicanam*] Added in marg.

[3] *sibi jam . . . . circumspectus*] These words are written on a slip of vellum pasted over the original text, which is now erased.

[4] *in*] Repeated by error.

A.D. 1241.

Obierunt quidam magnates Angliæ.

Deaths of Gilbert Basset and his son, and John Biset, chief forester.

Eodem anno obierunt quidam Angliæ magnates lamentandi. Gilebertus Basset, corruens de equo suo, et filius ejus unigenitus et heres; hereditate ad Fulconem Basset, decanum Eboracensem, fratrem dicti G[ileberti], devoluta. Obiit etiam Johannes Biset, Angliæ prothoforestarius. Erant autem dicti G[ilebertus] et J[ohannes] armis strenuissimi, nec sibi pares in Angliæ reliquerunt.

Multi magnates Angliæ iter arripiunt Jerosolimitanum.

Many nobles go to Jerusalem.

Arridente vero verna serenitate, comes de Albamarla, Willelmus scilicet de Fortibus, miles strenuissimus, Petrus de Malo-lacu, Ebelinus de Rochefort, Johannes Ansard, Alexander de Hiltuna, Gaufridus de Chandelers, et alii multi nobiles de regno Angliæ iter arripiunt Jerosolimitanum.

Crux sancta in Franciam deportatur.

20 March. The holy Cross brought to France.

Eodemque anno, die Veneris quæ proxima[1] Pascha antecedit, dominus rex Francorum Crucem Domini, quam ab imperatore Constantinopolitano B[aldewino] sibi pro maximo thesauro comparaverat, ab ecclesia Sancti Antonii nudus pedes et in laneis cum summa humilitate et sollempni processione portavit, præsentibus matre ejus et uxore et fratribus ejus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et universitate cleri Parisiacensis; edoctus exemplo Christianissimi imperatoris Eraclii. Multiplicatis igitur Dei beneficiis, ditatur de fol. 132 *a*.

[1] *proxima*] proxim, MS.

novo regnum Francorum corpore beati Edmundi confessoris, spinea Christi corona, Cruce sancta, clamide Christi, spongia. Rex igitur Francorum, Deo devotissimus, ut[1] hæc et alias pretiosas reliquias honorifice collocaret, quandam incomparabilem capellam Parisius juxta palatium suum fecit fabricari. A.D. 1241. The Sainte Chapelle is built to receive the holy reliques.

Obiit Walterus de Lasci.

Anno quoque sub eodem Walterus de Lascy, inter omnes nobiles Yberniæ eminentissimus, viam universæ carnis est ingressus. Death of Walter de Lasci.

Obiit rex Daciæ W[aldemarus].

Eodemque tempore rex Daciæ Waldemarus,[2] ætate centenarius, cum jam fere quinquaginta annis regnasset, et multum terræ super infideles in ore gladii, unde septem[3] episcopatus ordinavit, viriliter adquisisset, viam universæ carnis ingressus, filio suo primogenito regnum reliquit. Qui eodem anno in fata concessit. Quibus successerunt duo fratres, videlicet Henricus[4] et Abel, qui sese odio habentes, guerram diu inter se continuarunt; et dum hii huic, alii alteri regnare volenti adhæserunt, totum regnum divisum in se desolationem induit et confusionem. Et hoc creditur regi et regno, Deo vindice et beato Edwardo, [evenisse][5] quia idem rex Æthelmarus,[6] consentiente[7] regni universitate, classem et exercitum in fine dierum suorum congregaverat ad expugnandum[8] Angliam hostiliter, Death of Waldemar, king of Denmark. War between his brothers, contesting the throne.

[1] *ut*] In the text is an erasure, and *ut* is supplied with a plummet in marg.

[2] *Waldemarus*] Æthelmarus, MS., and so E., but corr. from B. C. Waldemar II. is meant, who died 28 March 1241. See "L'Art de Vérifier les Dates," ii. 89.

[3] *septem*] sex, B. C.

[4] *Henricus*] We should read *Ericus*.

[5] *evenisse*] Supplied to complete the sense.

[6] *Æthelmarus*] Ælthelm̄, MS.

[7] *consentiente*] At first written *consente*, and then corr. *consenciete*.

[8] *expugnandum*] expungnandum, MS.

A.D. 1241. quæ, ut asserebat, jure antiquo ad ipsum spectabat. Sed dum ordiretur, velut a texente succisa [est][1] vita sua, et irritum factum est propositum præsumptionis.

Apud Cateby choruscant miracula.

Miracles performed at Kateby by the merits of St. Edmund.

Diebus quoque sub eisdem apud Kateby, domum sanctimonialium, ubi beatus Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, duas habuit sorores sanctimoniales, et uni earum pallium delegaverat et alii unam tabellam argenteam, in qua effigiata fuit passio Christi, meritis dicti sancti Edmundi, sicut et in Francia, jam celeberrima miracula choruscabant. Pallium vero memoratum et tabella in maxima ibidem veneratione, tanquam carissimæ reliquiæ, in memoria sancti Edmundi reservantur.

Monachi Cantuarienses, beneficio absolutionis a domino papa optento, elegerunt Bonefacium, Provincialem, sibi in archiepiscopum.

The monks of Canterbury elect Boniface as abp.

Tempore vero sub eodem monachi Cantuarienses Romam ex parte conventus profecti, optento a domino papa absolutionis beneficio, ex sententia qua legaverat eundem conventum archiepiscopus Ædmundus, multis artabantur[2] angustiis undique. Instabat enim rex importune opportune,[3] ut Bonefacium, Provincialem natione, ortu[4] generosum, sed ætate, ut ait conventus, insufficientem, scolis inexpertum, [eligerent].[5] Tandem idem conventus, quasi inter duas molas contritus, hinc sententiæ vinculis innodati, inde regis instantia, ipsum

---

[1] *est*] Supplied to complete the sense.

[2] *artabantur*] artabatur, MS.

[3] *opportune*] oportune, MS.

[4] *natione, ortu*] On an erasure.

[5] *eligerent*] Supplied from the text, as originally written.

B[onefacium] elegerunt, ne in dolores inciderent [1] re- A.D. 1241.
divivos.

De oppressionibus monachorum Wintoniæ et constantia eorundem.

Oppression suffered by the monks of Winchester.

Similiter illis diebus monachi Wintoniæ, vacante sede episcopali, a regis satellitibus, qui de levibus præceptis crudelia facta prosequuntur, tot angustiis totque injuriis ipsos exagitantibus, adeo opprimuntur, incarcerantur, trahuntur, vulnerantur, quod lacrimabile esset omnem eorum miseriam explicare. Stetit tamen conventus viriliter et omnia toleravit patienter, nec terrore aliquo, licet stimulasset ipsos prior intrusus, voluerunt resilire, quin constanter episcopum Norwicensem Willelmum postulassent. Monachi autem Cantuarienses terroribus confracti et pristinis oppressionibus fatigati, secundum domini regis desiderium, Bonefacium, reginæ avunculum, generosum, in suarum [2] pastorem animarum elegerunt.

De captione prælatorum in mari.

The prelates coming to the General Council are captured

Cum autem imperator F[rethericus] prælatos omnes præmuniendo dissuasisset, ne ad concilium venirent, insimul et [3] Januenses, qui duces eis constituti sunt, et dominus papa eosdem animando persuasisset, et

[1] *generosum . . . . . inciderent*] These lines (with the exception of the last three words, added in marg.) are written on a slip of vellum pasted over the original text. On raising this, the reading appears thus, *sufficientem, eligerent in suarum pastorem animarum; quem si susciperent, conscientias suas insanibiliter sauciarent, si autem non susciperent, post pristinas tribulationes regios incursus sentirent denuo.*

[2] *reginæ . . . . suarum*] Written on a narrow slip of vellum pasted over words subsequently erased, but of which *sibi in suarum* still remain legible.

[3] *insimul et*] On an erasure.

A.D. 1241. by the emperor's son, Ensius.

ipsi, plus Deo quam homini obedientes, apud Januam navigaturi naves ascendissent, et a portu exissent, Henricus, qui et Ensius[1] dicitur, filius videlicet Fretherici imperatoris naturalis, ex præcepto patris, cum Pisanis et[2] multis aliis,[3] ipsis obviam hostiliter veniens, cepit illos irreverenter nimis in mari.[4] In quo certamine multi capti sunt de Januensibus, aliqui submersi, aliqui trucidati, necnon de prælatis multi submersi perierunt. Capti vero, immo vere captivi, ex præcepto dicti imperatoris per longum maris tractum usque Neapolim ducti sunt incarcerandi. Fuerunt vero in mari circiter xv. diebus, ardenti soli et muscis vincti ad invicem et voluntati crudelium piratarum expositi, compressi, famelici et sitientes. Inter quos erat Otto, qui aliquando legatus in Anglia, multis fuit honoribus[5] exaltatus.

The legate Otho is among them.

Confirmatus electus Dunelmensis apud Gloverniam consecratur.[6]

Consecration of the bp. elect of Durham.

Eodemque anno magister Nicholaus de Fernham, electus Dunelmensis, jam confirmatus apud Gloverniam, præsentibus rege et regina, et tam magnatum quam prælatorum copiosa multitudine, ab archiepiscopo Eboracensi Waltero, v. idus Junii munus consecrationis suscepit.

9 June.

---

[1] *Ensius*] Ensisis, MS.

[2] *et*] et et, MS.; but after the first *et* some words were added in the margin, which have been afterwards erased.

[3] *aliis*] Added in marg.

[4] *in mari*] Added in marg.

[5] *fuit honoribus*] On an erasure. In the margin are some words written with a plummet, to be read, apparently, *donatus honoribus, affluens.*

[6] A small mitre and crosier are drawn with a plummet in the margin.

De miserabili morte comitis Gileberti Marescalli apud Hertford.[1]

A.D. 1241. Death of Gilbert Mareschal.

fol. 132 *b.* Ejusdemque anni curriculo comes Marescallus Gilebertus, dum apud Herfordiam cum multis aliis Angliæ nobilibus tornearet, fractis habenis, corruit de equo, qui nimis fuerat indomitus et impetuosus, et pendens a strepa et violenter tractus, miserabiliter, antequam opem ipsi sui milites ferre possent, expiravit.[2] Exenterato igitur corpore et facta anathomia, inventum est cor et epar concussa et viscera dissipata; humatis igitur in prioratu visceribus, delatum est corpus Londonias, apud Novum Templum, juxta antecessores suos, tumulandum.

He is buried in the New Temple, London.

Colligitur pecunia ad opus domini[3] *papæ.*

Remanserunt autem post recessum legati duo papales clerici, quasi vices legati in colligenda[4] pecunia supplentes,[5] videlicet Petrus Rubeus et Petrus de Supino. De quorum argumentosis extorsionibus, ne aures tinniant audientium, melius est silere quam aera fœdando recitare.

Collectors of money for the pope in England.

Rex Francorum dedit comitatum Pictaviæ Andefulso, fratri suo.

Eodem anno rex Francorum, usus odientium regnum Angliæ consilio, dedit comitatum Pictaviæ Andefulso,[6] fratri suo, die sancti Johannis Baptistæ. Quo etiam die ipsum militari gladio cinxit fastigiose.

The king of France gives Poitou to his brother Alphonse. 24 June.

---

[1] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, party per pale, or and vert, a lion rampant gules.

[2] On v°. kal. Jul. [27 June], B. C.

[3] *opus domini*] Written on a piece of vellum pasted over an erasure.

[4] *in colligenda*] On an erasure.

[5] *supplentes*] suplentes, MS.

[6] *Andefulso*] Amdefulso, MS.

A.D. 1241. *Captæ sunt treugæ inter Soldanum Babiloniæ et Christianos, per comitem Ricardum.*

Truce made between the Soldan of Babylon and earl Richard.

Temporibus quoque sub eisdem Soldanus Babiloniæ significavit comiti Ricardo, quod, si vellet[1] ipse comes et alii Christianorum magnates, libenter treugas acciperet. Quod comes annuit,[2] dum modo prisones captos apud Gazam, videlicet Francos, restitueret. Quod et factum est. Comes igitur, firmato castro de Ascalona,[3] ubi exposuit decem milia marcarum, reditum maturavit. In forma autem treugarum restitutæ sunt, præter captivos, terræ, quæ in epistola comitis ejusdem plenius annotantur, quæ in Rotulis multorum annotatur.[4] Die igitur Inventionis sanctæ Crucis comes naves ascendens, pelago se commisit, et in Sicilia, in portu de Trapes prospere applicuit. Ubi audivit lugubres rumores, videlicet, quod rex Francorum, reddendo mala pro bonis, contulisset comitatum Pictaviæ fratri suo, sibi prius concessum. Similiter de captione prælatorum, et de augmento[5] odii et guerræ inter papam et imperatorem. Cito igitur occurrit imperator, faciens comiti inauditos honores et beneficia, et simul in epistolis et sermocinationibus conrecreabantur.[6] Et locutus est comes cum sorore sua, imperatrice Ysabella, quod multum desideraverat. Et missus est comes inter ipsum imperatorem et papam, ut pacem reforma-

3 May. Richard embarks and lands in Sicily.

Honours paid him by the emperor. He endeavours to make peace between the emperor and pope.

---

[1] *vellet*] The last syllable is on an erasure.

[2] *annuit*] On an erasure. Some words written in the margin have also been erased.

[3] *Ascalona*] Written at first *Ascalone*.

[4] *in Rotulis multorum annotatur*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, except the two last syllables, which are on an erasure. The text, as at first written, reads thus, *in libro scribitur Sup*[*p*]*lementorum*. The letter of earl Richard is not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, pp. 566–568).

[5] *augmento*] aucmento, MS.

[6] *conrecreabantur*] The first syllable is interlined.

ret, pluries, ubi frustra[1] nimis laboravit;[2] desideravit enim sitienter[3] liberare captivos citra mare, sicut liberaverat captivos in partibus transmarinis. A.D. 1241.

Episcopus de Bangor nititur liberare Griffinum frustra.

Diebus sub eisdem episcopus de Bangor Ricardus veniens ad regem, multum nitebatur liberare Griffinum, filium Leolini, principis Northuualliæ, detentum in vinculis in turri Londoniarum; quia in conductu ejus venerat ad[4] parlamentum, ubi in dolo ceperat ipsum G[riffinum] frater ejus junior David. In quo negotio multum laboravit episcopus R[icardus], sed frustra. The bp. of Bangor tries to obtain the release of Griffin, son of Llewellyn.

Inventum est stagnum metallum in Alemannia.

Eodem anno inventum [est][5] stagnum metallum purum primum et purissimum, in Alemannia, per unum Cornubiensem expulsum a solo natali, in magnam jacturam comitis Cornubiæ Ricardi. Quia antea non erat alibi in universo mundo, nisi in Anglia, scilicet Cornubia, stagnifodina; unde propter copiam pretium viluit apud institores. Discovery of tin in Germany.

Subjugata est Wallia regi, sine prœlio.

Tempore quoque sub eodem, juxta verbum Salvatoris, "Omne regnum in se divisum desolabitur,"[6] mortuo Leolino, bellatore peritissimo, et capto Griffino, et David propter proditionem exoso, factæ sunt dissensiones inter magnates Walliæ; aliquibus adhærentibus David, aliquibus, propter ejus dolum, sibi adversanti- Wales is subdued without a battle.

[1] *frustra*] Interlined.
[2] *laboravit*] The last syllable is on an erasure.
[3] *sitienter*] Added in marg.
[4] *ad*] a, MS.
[5] *est*] Supplied from B. C.
[6] Matth. xii. 25.

A.D. 1241. bus, quia anathematis vinculo tenebatur astrictus, magnam induit tota terra confusionem. Interim dominus rex in principio autumpni versus Walliam exercitum direxit copiosum. Cujus impetum Walenses vehementer formidantes, tum quia scisma[1] fuerat inter magnates, tum quia palustria loca Walliæ desiccabantur, tum propter excommunicationem, qua David viluit exosus, sese domino rege reddiderunt. Et sic, sine sanguinis effusione,[2] cessit Wallia in regis Angliæ ditionem.

Orta est discordia inter episcopum Lincolniensem et ejus capitulum.

Discord between the bp. of Lincoln and his chapter.

Eodem tempore episcopus Lincolniensis volens in ecclesia sua cathedrali corrigenda in canonicis suis corrigere, et non permissus, quia hoc hactenus insolitum et inauditum erat, gravem movit adversus eosdem canonicos quæstionem super visitatione et excessuum eorum correptione et correctione facienda, quod tantummodo ad decanum pertinere asserebant ab antiquo canonici. Tandem, post multas hinc inde disceptationes[3] et impretiabilium expensarum inutilem effusionem, post paucos annos optinuit episcopus quod optavit.

De feretro aureo sancti Ædwardi.[4]

Henry III. causes a golden shrine to be made for St. Edward the Confessor.

Anno quoque sub eodem dominus rex Henricus III., pro[5] sua[6] et reginæ, filiorum filiarumque suarum[7] salute animarum et corporum sanitate, et regni statu, et animarum antecessorum suorum, fecit fabricari unum nobilissimum feretrum ex auro puro primo et puris-

---

[1] *scisma*] cisma, MS.

[2] *effusione*] effusionem, MS.

[3] *disceptationes*] In the text *decepcōs*, and *ta* added in marg. with a plummet.

[4] In the margin a note has been written, and afterwards erased.

[5] *pro*] Before this word the following note has been added with a plummet in the margin, *anno regni sui xxvi°*.

[6] *sua*] sue, MS.

[7] *filiarumque suarum*] Partly on an erasure.

simo, et gemmis pretiosissimis. In quo ante perfec- A.D. 1241.
tionem[1] operis consummativam, expendit et expensurus
erat plusquam centum milia marcarum, prout hæc scri-
fol. 133 *a*. benti cum juramento affirmavit,[2] ad honorifice repo-
nendum gloriosi regis et confessoris beati Edwardi,
cujus corpus, quia virgineum esse creditur, incor-
ruptum.

Walter Marescallus adeptus est hereditatem suam precibus et humilitate.

Circa idem tempus dominus rex benigne concessit Walter Mareschal receives his inheritance from the king.
Waltero Marescallo suam hereditatem, unde difficilem
se prius diu exhibuerat, dicens se sola gratia con-
cessisse eam Gileberto, cum Ricardus, captus et occisus
in Hibernia, regi rebellis ipsam demeruisset. Dilexit
autem dominus rex Walterum propter sui benigni-
tatem, affabilitatem et humilitatem; et quia diu in
curia sua de familia sua habuerat familiarem.

Orta est discordia et ira inter regem et episcopum Norwicensem.

Eorundem temporum curriculo orta est discordia et Dispute between the king and the bp. of Norwich.
ira inter dominum regem et episcopum Norewicensem,
eo quod postulationi de se factæ consensit, in episco-
pum videlicet Wintoniensem; unde multa inconveni-
entia, multa in ecclesiæ Wintoniensis dampna[3] et
totius ordinis scandala sunt secuta.[4]

---

[1] *perfectionem*] pfeñnẽ, MS.

[2] *prout hæc . . affirmavit*] Added on to the text. Below is written with a plummet, "*Hoc ut dixit rex.*"

[3] *dampna*] dapna, MS.

[4] *multa in ecclesiæ . . . . secuta*] These words, with the rubric following, are written on a slip of vellum pasted over the former text, which reads thus, *et enormia, in dampnum ecclesiæ et ordinis scandalum, sunt subsecuta;* and this (with the exception of *et enormia*) is written over an erasure, and taken from a correction of the original text, made with a plummet in the lower margin.

A.D. 1241.

Obiit papa Gregorius IX^us.[1]

Death of pope Gregory IX.

Cum autem rota fortunalis mundanum statum sic revolveret, fama diatim accrescens Christianorum climata pervolavit, quod papa Gregorius IX^us.,[2] dolores undique emergentes impotens amplius sustinere, quos

22 Aug.

mundus undique[3] sibi suscitaverat, xi°. kalendas Septembris viam universæ carnis est ingressus, ætate centenarius, et multo vitæ suæ tempore calculosus, et senio confractus.[4]

Obiit Alienora, filia Galfridi, quondam comitis Britanniæ.

Death of Alienor, daughter of the count of Britanny.

Et circa idem tempus obiit Alienora, jam annosa, filia Galfridi, quondam comitis Britanniæ, in clausura diuturnæ custodiæ reservata.

Impedita fuit electio papalis pro multiformi desolatione Romanæ ecclesiæ.

The papal election is hindered by the disturbed state of the Roman church.

Sublato autem de medio, ut prædictum est,[5] papa Gregorio, impedita fuit papalis electio; unde nostris non evenit temporibus, ut tam sedes illa diu ut tunc vacasset. Multiformiter enim fuit ecclesia Romana tunc temporis desolata ac perturbata. Duo namque[6] cardinales eminentiores detenti fuerunt in carcere imperatoris.

---

[1] In the margin are drawn a papal mitre and cross, reversed.

[2] *ix^us*] Added in marg.

[3] *mundus undique*] On an erasure. In B. C. *tamen ipse sibi.*

[4] *et senio confractus*] On an erasure. In B. C. *valde senex.*

[5] *est*] Interlined.

[6] *namque*] nanque, MS., *passim.*

De mortibus quorundam potentum.

A.D. 1241.

Deaths of the bp. of Palestrina and cardinal Rob. de Sumercote.

Ipso quoque tempore obiit Prænestinus episcopus, imperatori inimicissimus, de quo idem imperator sæpe in epistolis suis faciens mentionem, graviter conqueritur. Obiit quoque eodem[1] tempore, ad magnam ecclesiæ Romanæ confusionem, magister Robertus de Sumercote, cardinalis, ad officium papale dignissimus, qui natione[2] Anglus, omnibus amabilem se exhibuerat.[3] Obiit autem in Regia Solis,[4] dum [de][5] electione papali tractaretur. Obiit etiam apud Legrecestriam, in abbatia tunc temporis sepeliendus,[6] Stephanus de Segrave, vir in legibus regni nulli secundus.[7]



Death of Stephen de Segrave.

Eclipsis solis.

6 Oct. Eclipse of the sun.

Ipso quoque anno, pridie nonas[8] Octobris, videlicet die sanctæ Fidis, passus est sol eclipsim.

Obiit episcopus Londoniensis Rogerus.[9]

29 Sept. Death of Roger, bp. of London.

Tertio vero kalendas Octobris obiit episcopus Londoniensis, magister scilicet Rogerus, theologus, vir vitæ venerabilis, scientia præclarus, et prædicatione perspicuus. Et infra mensem illum in fata concessit magister Gaufridus de Lucy, ejusdem ecclesiæ decanus, genere et scientia necnon et moribus commendabilis.[10] Epi-

---

[1] *eodem*] eorum, MS.

[2] *natione*] nascione, MS.

[3] A note has been added here in the margin, but subsequently erased.

[4] *Regia Solis*] in palatio, quod Regia Solis dicitur, B. C.

[5] *de*] Supplied from B. C.

[6] *sepeliendus*] Added in marg.

[7] *in legibus . . . secundus*] On an erasure. In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, gules, three garbs or, and beneath is written in red letters, "*Obiit Stephanus de Segrave.*"

[8] *nonas*] kalendas, MS. and E. Corr. from B. C.

[9] In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed.

[10] *commendabilis*] comendabilis, MS.

A.D. 1241. scopus igitur et decanus, propter utriusque excellentem sanctitatem, sub nobilibus de marmore sarchofagis in ecclesia Sancti Pauli sunt sepulti.

Eligitur Fulco Basset in episcopum,[1] *et magister W[illelmus] in decanum Londoniensem.*

Fulk Basset elected bp. of London.

Fulco igitur Basset, decanus Eboracensis, eminens tam genere quam scientia, eligitur in episcopum Londoniensem. Magister quoque Henricus de Cornhulla, concanonicus,[2] in decanum substituitur.

Obiit Cestrensis episcopus Hugo.

7 Sept. Death of Hugh de Pateshulle, bp. of Chester.

Septimo quoque idus Septembris[3] obiit Cestrensis episcopus, Hugo de Pateshulle.

Eligitur in papam magister Galfridus, Mediolanensis.[4]

Geoffrey of Milan is elected pope [Celestine IV.].

Tempore quoque sub eodem cardinales, pauci jam facti a tribulatione malorum et dolore, dispersi corporibus et mentibus congregati, licet cum difficultate,[5] elegerunt in papam magistrum Galfridum, Mediolanensem, virum moribus præditum et scientia, sed annosum et declinantem. Unde cum jam vix xvii. diebus sedisset, præmatura morte præoccupatur.[6] Et sub eodem tempore obiit Ricardus Hanibal, cardinalis.

---

[1] In the margin are drawn a mitre and crosier.

[2] *Henricus de Cornhulla, concanonicus*] Written over an erasure, as directed by a correction in the margin; but the text undoubtedly stood originally, and correctly, *Willelmum de Sanctæ Mariæ ecclesia*, as in B. C., and as the *W.* in the rubric (not corrected) indicates. See Fasti, ii. 309.

[3] *Septembris*] In B.C. *Decembris*, which is more correct. See Fasti, i. 548.

[4] In the margin are drawn a papal mitre, cross, and crosier.

[5] *difficultate*] dufficultate, MS.

[6] *præoccupatur*] preocupatur, MS.

Obierunt quidam nobiles Angliæ.

A.D. 1241

Eodemque anno obierunt quidam Angliæ potentes, Hugo Wac, Robertus Marmiun, Petrus de Bruis, Guiscardus Leideit, Eustachius de Stutevilla, Hamo Pecche, Baldewinus de Bettun, Johannes filius-Johannis, comitis Ricardi senescallus, et G[alfridus], frater ipsius comitis, Johannes de Bello-loco,[1] Girardus de Furnivaus, et quamplures nobiles Angliæ in comitatu comitis Ricardi, qui Deo militantes in Terra Sancta, a seculo ad Deum migraverunt. Deaths of English nobles.

Obiit imperatrix Ysabella.

Obiit etiam eodem anno gloria et spes Anglorum, Ysabella, imperatrix Romanorum, soror scilicet regis Anglorum H[enrici] III., in partus discrimine ;[2] unde imperator scripsit regi in hunc modum : "Frethericus," etc. Quære in libro Additamentorum.[3] Death of the empress Isabella.

Annalis conclusio.

Transiit igitur annus ille frugifer satis et fructifer. Verumtamen ab Annunciatione beatæ Virginis usque ad festum apostolorum Simonis et Judæ ariditas continua et æstus incomparabilis paludes profundas et stagna[4] amplissima desiccarunt, fluvios exhauserunt, vivaria arefecerunt, molendinorum officia suspenderunt ; unde pascua marcuerunt, unde pecora fame et siti contabuerunt. Tempore vero hiemali, scilicet in Adventu Domini, advenit gelu fortissimum et diuturnum, quod volucrum numerosam interemit multitudinem. Annual summary. 25 Mar. 28 Oct. 1 Dec.

---

[1] *Bello-loco*] So also B. Corrected *Bello-campo* in C.

[2] *in partus discrimine*] Added in marg.

[3] *in libro Additamentorum*] It is not in the "Liber Additamentorum," but is inserted in B. C. (ed. Wats, p. 578) ; dated 30 January.

[4] *stagna*] stangna, MS.

De insolentia comitis de Marchia.

fol. 133 *b.*

A.D. 1242. Henry keeps Christmas at London. The count of March refuses to pay homage to Alphonse, and sends to Henry for pecuniary aid.

Anno gratiæ M°.CC°.XLII°., qui est annus regni H[enrici] III. regis xxvi^us^, tenuit idem rex ad Natale Domini curiam Londoniis, prandens in magno palatio. Eodemque tempore, cum renuisset comes de Marchia, victricus domini regis, inter omnes Pictaviæ magnates eminentissimus, Andefulso, fratri regis Francorum, jam in comitatum Pictaviæ intruso, homagium facere et liganciam, ortæ sunt graves inimicitiæ inter regem Francorum et ipsum comitem de Marchia. Unde comes regem Angliæ in ultionem per nuncios solennes et secretos pluries vocavit, et per cartas assertivas et obligatorias, persuadens omnibus modis, ut in Pictaviam transfretare non omittat, recuperaturus omnia jura sua transmarina et multa alia adepturus; suum enim efficax auxilium et omnium Pictavensium ipsi non deerit venienti. Nec curet de comitatu vel auxilio militiæ Anglicanæ vel consilio, sed tantummodo de pecunia sollicitetur afferenda. Ipse enim, ut affirmabat, multitudinem sufficientem armatorum sibi in necessitate promtius inveniret.

Applicat comes Ricardus; occurrit rex.

1 Feb Arrival of earl Richard, who is met by the king.

Comiti vero Ricardo applicanti kalendis Februarii occurrit rex gaudenter. Ipse igitur rex et regina et omnes fere regni magnates, ipsi comiti reverenter occurrentes, munera desiderabilia eidem gratanter optulerunt.

Pictavenses stimulant regem, ut transeat.

The Poitevins persuade the king and

Et cum jam didicissent Pictavenses, quod dictus comes in Angliam venisset, non cessabant stimulare et stimulando animare regem et comitem, fratrem ejus, ut

venire ad eos non differrent, jura sua, præcipue comitatum Pictaviæ, recepturi indubitanter et sine difficultatis[1] periculo; unde dominus rex animatus,[2] tam immutabilem voluntatem habuit transfretandi, ut nulla ratione potuit retineri. A.D. 1242. his brother to come over to them.

A singulis prælatis exegit pecuniam.[3]

Rex autem spe frustratus præconcepta, cum[4] ab universitate regni juvamen pecuniare postulasset et pateretur repulsam, ad prælatos conversus, exegit ab eis auxilium efficax ad jura sua ultramarina in manu forti requirenda. Qui cum noluissent a forma responsionis universalis recedere, rex a singulis, secretius seorsum conciliaturus vocatis, dulci alloquio exegit pecuniam sub hac forma, "Nostis qualiter destitutus sum omni pecunia et thesauro, et qualiter vocatus sum, ut terram me de jure contingentem sine difficultate et contradictione recipiam, nisi paupertate impediar; nunc oportet necessario vos me juvare;" et sic ab unoquoque multa impetravit.[5] Eodem tempore comes Saresbiriensis sanus et incolumis rediit a Terra Sancta. Qui in eo solummodo meruit, quod comiti Ricardo, filio et fratri regis ac consanguineo suo, debitam in peregrinatione eorum non exhibuit reverentiam. Henry obtains money from the prelates by applying to them separately.

The earl of Salisbury returns from the Holy Land.

---

[1] *difficultatis*] disfultatis, MS.

[2] *unde . . animatus*] Written on a narrow slip of vellum pasted over the original text, which reads thus, *unde rex infatuatus et fascinatus.*

[3] *exegit pecuniam*] On an erasure.

[4] *autem . . cum*] On an erasure.

[5] *seorsum . . . impetravit*] These lines are written on two slips of vellum pasted down over the original text. On raising them, the following reading presents itself, *advocatis, satis argumentose sigilla-*[*tim*] *sibi extorsit, ostendens rotulum, in quo nomina abbatum scribebantur, cum quadam summa pecuniæ, quam litera mentiebatur eos promisisse; et sic, absentibus illis, quorum nomina scribebantur, ostendebatur rotulus supervenienti cuilibet. Sed quantum Deo talis displicuit cavillatio et pecuniæ argumentosa extorsio, finis negotii comprobavit.* In the lower margin other words have been added to the original text, and afterwards erased. Cf. ed. Wats, p. 580.

A.D. 1242.

Commisso regno Angliæ archiepiscopo Eboracensi, rex transfretat.

15 May. Having appointed the abp. of York guardian of the kingdom, the king embarks at Portsmouth.

Commisso igitur regno Angliæ archiepiscopo Eboracensi, et disposita classe sua, idus Maii, cum repletis numismate desideratissimo esterlingorum xxx^{ta}. cadis, juxta mandatum comitis de Marchia, apud Portesmue naves ascendit; concomitantibus regina sua et fratre suo comite Ricardo, et de nobilitate Anglicana vii. comitibus et circiter trecentis militibus.



Willelmus de Marisco prædis intendit et rapinis.[1]

Capture and execution of William de Marisco.

Cum autem horum dierum dilaberentur decursus, Willelmus de Marisco, miles, filius Galfridi de Marisco, qui quandoque de maximis Hiberniæ censebatur, exul, exlex et fugitivus acclamabatur. Qui receptaculum sibi faciens de quadam insula inexpugnabili, quæ multum non[2] distat a Bristoldo, dicta Lunde,[3] rapinis et prædis intendebat, convocatis ad se sociis circiter trecentis. Sed tandem captus, cum pluribus sociis suis ignominiosæ morti[4] est addictus. In vigilia enim



24 July. sancti Jacobi, accepto a rege tali mandato, ad caudas

[1] In the lower margin are drawn two shields of arms, first, of Geoffrey de Marisco, reversed, *viz.*, gules, a lion rampant argent, under which is written in red, "*Patris Willelmi, scilicet Galfridi;*" and next of William de Marisco, *viz.*, or, a lion rampant sable, which is represented, not only reversed, but degraded, by being cut in halves, with his sword and banner, both broken, placed under it. On the banner are the same arms as on the shield, and below we read this rubric, "¶ *Arma Willelmi de Marisco, de proditione convicti, deprehensi, et Londoniis suspensi.*"

[2] *non*] Added in marg.

[3] *dicta Lunde*] Added in marg.

[4] *morti*] After this word has been written in the margin, but afterwards partially erased, "prout plenius in libro continetur Additamentorum." The detail is not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, p. 584).

equorum ipse, et xvi. socii ejus, ad patibulum præ- A.D. 1242.
cipitarium tractus, suspensus est. Deinde cadaver ejus in iiii^{or}. partes abscisum est, et quodlibet ad unam maximarum civitatum membrum transmissum per Angliam, miseram intuentibus formidinem incussit et horrorem.

Rex Francorum cum suo exercitu occurrit regi Anglorum.

The king of France marches into Poitou, and takes several castles.

Divulgato autem per Franciam, quod rex Angliæ hostiliter cum exercitu Wasconiam[1] jam, ad mandatum comitis de Marchia, cum maximoque thesauro intrasset, super ipsos Francos jura sua in manu forti requisiturus, rex, convocatis Franciæ viribus, versus Pictaviam, ut comitis de Marchia vires reprimeret et audaciam, lora dirigit et vexilla. Quod cum audissent Pictavenses et Wasconenses, viriliter se præpararant ad resistendum. Resignatis igitur treugis, incepit[2] guerra, et rex Francorum obsedit et in brevi cepit plura castra comitis, quibus nullo modo potuit comes succurrere, scilicet, Fruntenai et Vouvent;[3] et cepit idem rex obsessos milites, et transmisit in Franciam incarcerandos. Et, jam prosperato opere Martis initiali, erectum est cor regis Francorum in spem; et jam pœnituit comitem de Marchia et Pictavenses de suæ
fol. 134 *a*. temeritatis presumptione; capta enim erant castra sua, in quibus confidebat, et quidam ejus consanguinei et familiares. Pictavenses igitur invasit formido cum desperatione. Comes igitur de Marchia per comitem Britanniæ, sibi familiarem, cœpit tractare de pace cum rege Francorum, et duris conditionibus, non sine Francorum derisoriis subsannationibus, additus est regis

The count of March makes terms with him.

---

[1] *Wasconiam*] In the margin *Pictaviam* has been afterwards substituted.

[2] *incepit*] At first written *incipit*.

[3] *Vouvent*] Mouvent, MS., and so B. C., but corrected from Guill. de Nangis in "Rec. des Hist. de la France," xx. 335.

A.D. 1242. The Poitevins submit.

memorati servitio et receptus, gratiam adeptus, sed suspectam. Quod cum audissent Pictavenses, quod cessisset et cecidisset[1] eorum fortissimus, scilicet comes de Marchia, stillatim unus post alterum ad subjectionem regis Francorum confluxerunt, licet thesaurum a rege Anglorum in ipsos confidente copiosum recepissent.

Rex Angliæ venit in Pictaviam ad Tailleburg, et illinc fugit ad Blavium.

Henry flies from Taillebourg to Blaye. 15 Aug.

Rex vero Anglorum, qui jam in Pictaviam ad Tailleburc venerat, et illinc ad Blavium desolatus, raptus confugerat circa Assumptionem beatæ Mariæ, audito[2] quod rex Francorum, qui omnia, quæ rex Angliæ a tergo reliquerat, in suam sine difficultate receperat ditionem, cœperat infirmari, ibidem tutius, ut a labore quo fatigabatur respiraret, per aliquot dies commorabatur. Regina insuper, quæ non penitus a puerperio convaluit, in spem et consolationem quievit erecta. Pepererat namque filiam, quæ Beatrix vocata est, apud Burdegalim, in crastino Nativitatis sancti Johannis.

Birth of the princess Beatrice at Bordeaux. 25 June.

De proditione illusoria comitissæ Biardæ, et[3] *Guastone, filio suo.*

Treacherous promises of the countess of Bearn.

Tempore sub eodem venit de partibus Wasconiæ comitissa Biardæ, mulier prodigiosa et turgens abdomine, ad regem, efficax sub dolo promittens certissime eidem consilium et auxilium, si ejus et filii sui Guastonis consiliis[4] adquiesceret. Quid plura? Adeo dominum regem falsis sermocinationibus fascinnavit, ut ab eodem non minimum thesaurum argumentose nimis extorqueret, ut sic fieret postea fortior ad nocendum.

---

[1] *cessisset et cecidisset*] Added in marg.

[2] *audito*] At first written *audito igitur*, but *igitur* erased.

[3] *et*] cum, B. C.

[4] *consiliis*] Added in marg.

Orta est pestis inter Francos, rege eorum infirmato.[1] A.D. 1242.

Pestilence among the French forces, and sickness of the king.

Cum igitur omnia, quæ a tergo rex Anglorum reliquerat, ipse rex Francorum sine contradictione receperat, et similia speraret facere de toto residuo, iter proponens versus Blavium arripere, ubi cognovit[2] regem Angliæ commorari, ecce, Deo sic volente, cœpit graviter infirmari,[3] necnon et Francos pestifer aer et infirmitas[4] invadere generalis cœpit cum alimentorum penuria; unde exercitus totus magnum cum diminutione passus est detrimentum. Inde rex Francorum, quia sic oportuit, acceptis treugis cum rege Anglorum, vectus in lectica equestri remeavit ad propria, et in octavis sancti Mathæi venit vix vivus in Franciam. Nec unquam postea plene restitutus est sanitati, sicut sequens narratio plenius declarabit.[5]

He makes a truce with Henry, and returns homewards. 28 Sept.

Rege Francorum in Franciam reverso, rex inutiliter adhuc in partibus transmarinis morabatur.

Henry remains in Gascony, wasting his treasure.

Rege igitur, ut dictum est, Francorum reverso, et multis cum eo infirmis,[6] rex Anglorum in partibus Wasconiæ, donec totum thesaurum suum Wasconenses exhausissent, immo et multis debitis obligassent, inutiliter contra suorum fidelium consilium commorabatur; mandans pecuniam ab Anglia sibi transportari, ut egentes Wasconenses in dampnum Angliæ[7] saginarentur.

---

[1] *infirmato*] imfirmato, MS.

[2] *cognovit*] congnovit, MS., and the last syllable interlined.

[3] *infirmari*] imfirmari, MS.

[4] *infirmitas*] imfirmitas, MS.

[5] An addition of several lines has been here made in the lower margin, but afterwards wholly erased.

[6] *infirmis*] imfirmis, MS.

[7] *Angliæ*] In the margin has been added, *plus et plus*, but afterwards erased.

A.D. 1242. *Revertitur comes Ricardus, et multi nobiles, tædio affecti et paupertate.*

Return of earl Richard and many of the nobles.

Comes igitur Ricardus et multi cum eo[1] nobiles, tædio affecti et paupertate, cum comperissent moram eorum in partibus illis inutilem, immo dampnosam, petita sed non optenta a rege licentia, armis, equis et pecunia destituti, tristes et inglorii revertuntur. Et navigantes post longa et tristia maris pericula, vix in Cornubia, dispersi tamen, portum attingere potuerunt.

Dedicatur ecclesia de Waltham.

30 Sept. Dedication of the church of Waltham.

Eodemque anno, videlicet in crastino sancti Michaelis, dedicata est ecclesia conventualis de Waltham ab episcopo Norwicensi Willelmo sollempniter valde, assistentibus[2] eidem aliis pluribus episcopis et prælatis, qui concesserunt veniam dierum pie advenientibus,[3] annuatim.[4]

Scutagium exigitur ab Anglia.

Scutage of 20s. exacted in England.

Tempore quoque sub eodem scutagium per totam Angliam, scilicet de scuto xx^ti. solidi, extorquetur.

Eligitur abbas Waredunicæ in episcopum Cunerensem.

Election of Adam, abbat of Wardon, as bp. of Connor.

Et eodem tempore Adam, abbas de Waredona, electus est in episcopum Cunerensem, et cito postea confirmatus. Qui episcopatus in Hibernia subjacens est archiepiscopatui Armachano.

---

[1] *eo*] Interlined.
[2] *assistentibus*] assestentibus, MS.
[3] *advenientibus*] adventibus, MS.
[4] *qui . . . annuatim*] Added in marg. The number of years is left blank.

Tempestas inaudita et inundatio. A.D. 1242.

Anno quoque sub eodem, in vigilia sancti Edmundi, tonitrus hiemalis magnus mortalibus triste præsagium promittebat. Subsecuta est aeris diuturna intemperies. Inundaverunt etiam aquæ pluviales, adeo ut Thamensis fluvius solitos fines transgrediens, domos et agros sibi vicinos importune vendicavit. In magna itaque aula Westmonasterii cimbæ natare poterant, et equi usque ad thalamum suos vehebant assessores. 20 Nov. Unusual thunderstorms and inundations.

Episcopus Lincolniensis transtulit Testamenta xii. Patriarcharum de Græco in Latinum.

Diebus etiam sub eisdem episcopus Lincolniensis Robertus, vir in Latino et Græco peritissimus, Testamenta xii. Patriarcharum [1] de Græco fideli interpretatione transtulit in Latinum, quæ per invidiam Judæorum diu fuerant occultata. Translation of the 'Testament of the 12 Patriarchs' by Robert, bp. of Lincoln.

Non transfretarunt abbates Cisterciensis Ordinis.

Eodem anno non transfretarunt abbates Cisterciensis Ordinis, prohibito sibi maris transitu ut ad generale capitulum eorum venirent. Quia, ut dicebatur, humiliter petiti noluerunt regem juvare in partibus transmarinis indigentem. The abbats of the Cistercian Order do not go to the General Chapter.

fol. 134 *b.*

[1] *Patriarcharum*] Patriarcarum, MS.

Scutum Henrici filii imperatoris.



Scutum comitis de Warewic.



Scutum Ricardi de Burgo.

De obitu quorumdam nobilium.[1]

A.D. 1242.

Anni quoque sub illius temporibus obierunt multi nobiles, scilicet, Gilebertus de Gaunt, Baldewinus[2] Wac, Philippus de Kime; et in partibus borealibus Angliæ, Rogerus Bertram, comes quoque de Warewic, Ricardus de Burgo. In partibus quoque transmarinis, abbas Eweshamiæ, vice fungens cancellarii, et sigilli regii baiulus. Obiit quoque episcopus Bathoniensis, Jocelinus, iii.[3] kalendas Decembris. Obiit quoque mulier sanctissima apud Burdegalim Margareta Biset, quæ excubans ad Psalterium de nocte, regem de mortis imminentis[4] discrimine liberavit. Obiit quoque unus filiorum imperatoris, scilicet Henricus, longo carcere maceratus.

Deaths of many nobles,

of the abbat of Evesham, bp. of Bath 29 Nov.

Margaret Biset, and

Henry son of the emperor.

Annalium eventuum conclusio.

Transiit igitur annus frugifer et fructuosus, Francis pestifer, Anglis dampnosus et probrosus, Imperio turbulentus, Ecclesiæ inimicus. In hieme procellosus, æstate aridus et æstuosus, febres generans errabundas[5] et quartanas.

Annual summary.

Rex apud Burdegalim commorabatur.

A.D. 1243. Henry stays at Bordeaux.

Anno gratiæ M°.CC°.XL°.III°., qui est annus regni regis Henrici III. xxvii^us^., idem rex apud Burdegalim hiemans commorabatur inutiliter. Et ne penitus ipsa

---

[1] In the margin are drawn three shields of arms, reversed, *viz.*, 1, Henry, son of the emperor, or, an eagle displayed sable, impaling gules, a cross cercelée argent, both dimidiated; 2, Earl of Warwick, checky, azure and or, a bend ermine; 3, Richard de Burgh, lozengy, vaire and gules.

[2] *Baldewinus*] Badewinus, MS.

[3] *iii°.*] So also B. C., but we ought to read *xiii°.* [19 Nov.]. See Fasti, i. 130.

[4] *imminentis*] iminentis, MS.

[5] *errabundas*] errabundans, MS.

tempora effluerent otiosa, fecit rex obsideri quædam rebellium suorum in finibus Burdegalis municipia. In obsidione vero unius monasterii, quod Verrines dicitur, ubi sese quidam regis rebelles receperant, et de ecclesia castrum, immo speluncam latronum fecerant, jactu lapidis et spiculo arcubalistæ [1] læsus est et in femore contritus Johannes Mansel, domini regis clericus et consiliarius specialis.

A.D. 1243. Siege of Verrines, where John Mansel is wounded.

Coventrensis præcentor pro electo habetur Cestrensi.

Circa idem tempus monachi Coventrenses certificati de morte abbatis de Euesham, qui apud Regulam [2] in Wasconia, ut dictum est, obierat, et quem aliqui de conventu, volentes placere regi, elegerant in episcopum Coventrensem sive Cestrensem, potiore parte tamen [3] in suum præcentorem, Willelmum de Monte-Pessulano, consentiente, eundem W[illelmum] electum habebant, nullo jam reclamante vel contradicente. Rex tamen ipsum non acceptavit, quia fuit coelectus, et ita æmulus dicti abbatis Eveshamiæ; et ita videbatur ejusdem, qui regi fuit familiaris et per petitionem regiam eligebatur, promotionem et honorem impedivisse.

William of Montpellier, precentor of Coventry, is elected bishop, but rejected by the king.

Prælati incarcerati permittuntur liberi abire.

Eisdemque temporibus postulabant instanter cardinales imperatorem,[4] ut liberos permitteret abire prælatos quos tenuit, præcipue cardinales, incarceratos, ut libere electionem suam de papa substituendo sine fratrum mutilatione celebrarent, promittentes fideliter,

The emperor releases the cardinals, to enable them to select a pope.

---

[1] *et spiculo arcubalistæ*] Added in marg., and inserted in text of E.

[2] *Regulam*] In the margin is added, *vel Riolam.*

[3] *et quoniam . . . tamen*] These lines present the appearance as if the author had begun to erase them, and then had changed his mind, and allowed them to remain.

[4] *imperatorem*] Added in marg.

A.D. 1243. quod talem sibi papam providerent et crearent, qui in nullo eidem rebellis, paci profecto sane[1] consentiret. Quibus verbis fidem adhibens imperator, omnes prælatos incarceratos jussit liberari.

Firmatæ sunt treugæ inter reges Francorum et Anglorum.

23 April. Truce confirmed between France and England. The count of Britanny turns pirate.

Die vero sancti Georgii treugæ prælocutæ et captæ inter Francorum et Anglorum reges, intermeantibus viris gravibus et autenticis, sunt quinquennes utrobique confirmatæ ; remanente tamen regi Francorum toto conquestu, quem in illa expeditione adquisierat. Comes autem Britanniæ, vir cavillosus, dissimulans se hoc scire, more piratico in mari prædis intendit et rapinis. Rex igitur Francorum, ad petitionem regis Anglorum, injuriosos impetus dicti comitis sub interminatione exheredationis imperiose refrænavit.

Universitas Francorum cum ipso rege persuadet, ut cardinales papam ecclesiæ providendo eligant.

The French send a mission to Rome, to urge the election of a pope.

Per idem tempus rex et Franciæ universitas miserunt sollempnes nuncios ad curiam Romanam, præcise et efficaciter persuadendo, ut ipsi cardinales papam rite constituentes,[2] universali ecclesiæ solatium pastorale maturius providentes eligerent, ne vitium invidiæ et scisma[3] eorum sit causa ruinæ totius Christianitatis et corruptela ; vel ipsi Franci, [propter][4] negligentiam eorum, de sibi eligendo et providendo summo pontifice citra montes, cui in Domino Christo obedire[5] tenerentur, quantocius[6] contractarent. Et hoc audacter signi-

---

[1] *sane*] Interlined, and apparently superfluous ; om. E.

[2] *constituentes*] The first three syllables are on an erasure. In B. C. *eligentes.*

[3] *scisma*] cisma, MS.

[4] *propter*] Supplied from C. Om. B.

[5] *obedire*] obidere, MS.

[6] *quantocius*] The last two syllables are interlined.

ficabant, confisi de antiquo privilegio suo, per sanctum Clementem beato Dionisio concesso et optento. Qui dico beatus Dionisius, mittendus ad prædicandum fidem Christi Francis, optinuit apostolatum in dignitatem prædicandi et docendi gentibus Cismontanis. Unde[1] ipsi cardinales, quasi quibusdam stimulis hinc imperatoris inde Francorum agitati, Romam convenientes adierunt, ut papam eligerent ibidem congregati. A.D. 1243.

De stellis quæ videbantur cadere.

Et eodem anno, videlicet vii. kalendas Augusti, fuit nox serenissima aerque purissimus. Et ecce stellæ cadere de cœlo videbantur, velociter sese jaculantes hac et illac; ita quod si omnes, quæ se cadere simulabant, veræ stellæ fuissent, nec una in firmamento remansisset. 26 July. Stars seen to fall.

De reditu regis in Angliam a Wasconia.[2]

fol. 135 *a*. Circa idem tempus, postquam scilicet solutum esset capitulum Cisterciensium generale, venerunt abbates referentes quod rex Francorum miserat illuc sollempnes nuncios, orationum suffragia ad opus regis et regni Francorum flagitantes.[3] Eodemque tempore rex Anglorum, dispositis in Wasconia disponendis, commissaque custodia terræ illius Nicholao de Molis, militi strenuissimo ac fidelissimo, quem præfecit Wasconiæ senescallum, naves ascendens, prospere navigando rediens in Angliam transfretavit, et vii° kalendas Octobris apud Portesmue applicuit. Arrival of Henry in England. 25 Sept.

[1] *Unde*] On an erasure.

[2] In the margin is a well executed drawing representing the arrival of the king on shipboard, accompanied by the queen and others. By the side of the ship is a boat, in which a person sits who is addressed by the king. Over the heads of the king and queen is written in red letters "*Rex*," and "*Regina*."

[3] *flagitantes*] Added in marg.

A.D. 1243. 24 June. Cardinal Sinebald elected pope and named Innocent IV.

Sinebaldus, cardinalis, electus est in papam.[1]

Eodem anno, die Nativitatis sancti Johannis, creatus est in papam Sinebaldus, cardinalis, natione Januensis, postquam vacaverat sedes papalis per annum et ix. menses. Et die Apostolorum Petri et Pauli confirmatus est, et vocatum est nomen ejus Innocentius IIII. Et statim confirmavit sententiam in imperatorem latam a prædecessore suo; unde imperatoris ira jam in furorem et odium est conversa. Posuit igitur in exitibus viarum, portuum et pontium arctas custodias, ne bullarum portitores libero transitu transmearent. Nec multo post[2] duos Minores, in contemptum Ordinis,[3] suspendit.

29 June. He confirms the sentence pronounced against the emperor.

Two Friars Minors hung.

Detestabilis discordia inter Templarios et Hospitalarios.

Discord between the Templars and Hospitallers in the Holy Land.

Et dum dierum illorum tempora revolverentur, Templarii in Terra Sancta Hospitalarios graviter infestantes, obsidebant eos,[4] ita ut a domo sua, quæ est in Achon, obsessis non licebat mortuorum corpora efferre sepelienda. Insuper ipsi dicti Templarii fratres Theutonicorum[5] ecclesiæ Sanctæ Mariæ, in contumeliam imperatoris, a finibus suis propulsarunt, iram Dei super capita sua cumulantes, et inimicos crucis pro discordia[6] extollentes.

Confirmantur a papa Bonefacius in archiepiscopatum Cantuariensem, et episcopus Norwicensis in episcopum Wintoniensem.

Confirmation of the archbishop of Canterbury,

Eisdemque temporibus confirmatur Bonefacius in archiepiscopum Cantuariensem, et episcopus Norwicensis

---

[1] In the margin are drawn a papal mitre and cross.

[2] *post*] Interlined.

[3] *in contemptum Ordinis*] On an erasure.

[4] *eos*] Interlined.

[5] *Theutonicorum*] Thoutonicorum, MS.

[6] *pro discordia*] Added in marg.

Willelmus, Romæ,[1] invito rege vel nescio,[2] in episcopum Wintoniensem. Eligitur autem in episcopum Norwicensem magister Walterus de Sufeld.[3] Qui cum præsentaretur domino regi, satis eidem placuit electio et electus. A.D. 1243. and bp. of Winchester. Walter de Sufield elected bp. of Norwich.

Comes Ricardus desponsavit Cinciam.

Eodemque anno comes Ricardus desponsavit Cinciam, filiam Reimundi, comitis Provinciæ, sororem reginæ,[4] die sancti Clementis, apud Westmonasterium, cum honore[5] maximo. Marriage of earl Richard to Cincia of Provence. 17 Nov.

Denegatus fuit aditus civitatis Wintoniæ episcopo Wintoniensi.

Diebus autem sub eisdem commotus est rex vehementer contra episcopum Wintoniensem[6] W[illelmum], jam confirmatum, qui[7] jam, eo invito et renitente, episcopus Wintoniensis acclamabatur et habebatur; unde cum rex a partibus transmarinis et eidem occurrentes magnates in osculo civiliter recepisset, ipsum nec osculo vel affatu amicabili, ut solitus erat, venerabatur. Immo in maneriis arctam posuit custodiam. Et volenti civitatem intrare Wintoniæ, denegatus est ei aditus, et, clausa una porta, nudus pedes veniens ad aliam, aditum humiliter postulavit. Cui custodes, et præcipue major civitatis procaciter respondens, introitum, clausa porta, denegarunt; quos prior intrusus ad hoc animavit et accendit. Episcopus igitur totam civitatem supposuit interdicto, et hujus violentiæ auctores, præcipue tamen The king manifests his anger against the new bp. of Winchester. Access within the city of Winchester is denied to him by the mayor. He excommunicates the city.

---

[1] *Romæ*] Interlined.

[2] *vel nescio*] Added in marg.

[3] Walter de Suthfield was not elected till July 1244. Fasti, ii. 461.

[4] *sororem reginæ*] Added in marg.

[5] *honore*] On an erasure.

[6] *episcopum Wintoniensem*] On an erasure.

[7] *qui*] On an erasure.

A.D. 1243. ipsum priorem intrusum, et omnes eidem consentientes anathematis vinculo innodavit. Quo facto, rex magis iratus, manum suam in ipsum aggravavit.

Rex multum honorat et ditat Beatricem, comitissam Provinciæ.

Honours and gifts bestowed on Beatrice, countess of Provence.

Eisdemque diebus dominus rex, supra quam credi posset, Beatricem comitissam, matrem scilicet reginæ, quæ cum Cincia, filia sua, comiti Ricardo, ut prædictum est, maritanda venerat in Angliam, honoravit et impretiabilibus ditavit muneribus, redditibus et possessionibus.

Denigratur fama imperatoris.

The emperor is defamed on account of his heterodox opinions.

Diebus quoque sub eisdem obfuscata est imperatoris fama non mediocriter, et affirmative divulgatum est, quod nunquam divina audire curabat, vel aliquod de Deo audire eulogium, quin sannas vel contradictiones faceret; nunquam orare, nunquam ecclesiasticas personas, ut deceret, venerari, nec etiam in fide catholica sane loqui vel sentire, vel a concubitu muliercularum Sarracenarum abstinere. Immo potius Sarracenos in imperium vocavit, et permisit eos civitates et castra ædificare, roborari et multiplicari. Recesserunt igitur ab eo multi nobiles, videlicet, marchisii de Monte-ferrato et de Mala-spina, et civitates aversæ sunt ab eodem, scilicet, Vercellæ, Alexandria, et multæ aliæ. In Alemannia quoque multi retro[1] abierunt, et adversabantur ei, archiepiscopus scilicet[2] Coloniensis, et multi maxime ecclesiarum prælati. Et, quod lamentabile erat, multi excommunicati adhæserunt eidem F[retherico], claves

Many nobles, prelates and cities desert him.

---

[1] *retro*] Added in marg. | [2] *scilicet*] Interlined.

ecclesiæ contempnendo,[1] ita quod fides Christiana dis- A.D. 1243.
pendium pati ac periculum jam vacillans vehementer, nisi Dominus manum supponeret, formidabatur.[2]

Eligitur rex Alemanniæ.[3]

Congregati igitur multi Germanorum, amici scilicet ecclesiæ, in regem Alemanniæ, quasi in arram imperii, virum elegantem, genere præclarum, Andegravium de Duringia,[4] in dominum et regem, instinctu papæ,[5] sibi
fol. 135 *b.* elegerunt, et homagium cum fidelitate facientes, eidem auxilium et consilium usque ad capitum expositionem immutabiliter spoponderunt.

The Landgrave of Thuringia elected king of Germany.

Humiliatus est imperator.

Verum qui oderunt imperatorem, jam jam extulerunt caput; humiliatus est igitur imperator aliquantulum, secundum illud Propheticum, "Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine."[6] Intermeantibus igitur nobilibus et profundi consilii personis, tractatum est diligenter de pace inter ecclesiam et imperatorem. Sed quod voluit papa, noluit imperator, scilicet jurare, ut staret ecclesiasticæ censuræ absolute, nisi præcognitis[7] causis et prævisa via, se papæ omnino humiliare,[8] nec quomodolibet quædam adquisita, ad imperium jure antiquo spectantia, resignare. Et sic, procurante humani generis inimico, ira rediit rediviva.

Humiliation of the emperor.

Peace is fruitlessly treated of between the emperor and pope.

---

[1] *contempnendo*] contepnendo, MS.

[2] *lamentabile . . . formidabatur*] On an erasure.

[3] *Alemanniæ*] Alim̃, MS.

[4] Henry Raspon, Landgrave of Thuringia, was not elected king of the Romans till August 1246. See "L'Art de Vérifier les Dates," ii. 28, iii. 368.

[5] *in dominum . . . papæ*] Added on to the text.

[6] Ps. lxxxii. 17.

[7] *præcognitis*] precongnitis, MS.

[8] *se papæ . . . humiliare*] On an erasure, and added also in marg. Originally perhaps, *et omnibus conditionibus*, as in B. C.

A.D. 1243. *Otto, cardinalis, factus est episcopus Portuensis.*

Cardinal Otho is made bp. of Porto, and becomes an enemy of the emperor.

Et circa dies illos factus est Otto, cardinalis, episcopus Portuensis. Et amicus effectus est qualisqualis[1] imperatori, quia[2] eundem captivum liberaverat;[3] contra spem ipsius imperatoris et promissionem propriam, factus est ceteris hostibus ipsi perniciosior.

Custodiuntur viæ Transalpinæ.

The Transalpine roads are guarded by order of the emperor.

Ipsis temporibus, ne ditatus papa abundaret,[4] fecit imperator omnes vias Transalpinas districte custodiri, et omnes xenia papæ vel munera deferentes spoliari, et bullas referentes capi, et captos incarcerari.

Quædam mulieres in Alemannia, scilicet Beguinæ, esse inceperunt.[5]

Origin of the Beguins.

Temporibus quoque sub eisdem, quidam in Alemannia sub numerosa multitudine, mulieres præcipue, habitum et mores religiosorum sibi assumentes, Beguinos sive Beguinas sese fecerunt appellari; ratione nominis incognita[6] et auctore penitus ignoto. Mulierumque numerus in brevi adeo multiplicabatur, ut in civitate Coloniæ plura milia invenirentur.

---

[1] *est qualisqualis*] On an erasure.

[2] *quia*] On an erasure.

[3] *liberaverat*] liberaveraverat, MS.

[4] *abundaret*] habundaret, MS., on an erasure.

[5] This rubric is written on an erasure.

[6] *incognita*] incongnita, MS.

A.D. 1243. *Obierunt comes Harundeliæ Hugo et comes Cantiæ Hubertus.*[1]

Scutum comitis Harundeliæ Hugonis.

7 May. Death of Hugh, earl of Arundel.

Anno sub eodem, nonis[2] Maii, obiit comes Harundeliæ Hugo de Albineto,[3] in ætate juvenili, cum jam vix metas adolescentiæ pertransisset. Et apud Wimundham, in ecclesia Sanctæ Mariæ, videlicet prioratum Sancto Albano pertinentem, est sepultus, cum patribus suis dictæ ecclesiæ patronis et fundatoribus.[4]

Item.



Scutum comitis Canciæ.

12 May. Death of Hubert de Burgh, earl of Kent.

Et eodem anno, iiii°. idus Maii, post multas, quas in mundo toleraverat patienter, persecutiones, comes Canciæ Hubertus de Burgo, de quo multa præscribuntur, laudabiliter diem clausit extremum apud Banstude, manerium suum. Et delatum est corpus suum tumulandum Londoniis, in domo fratrum Prædicatorum, quibus vivens multa bona contulerat, et corpus veneranter intumulandum[5] delegaverat; nobileque palatium suum, quod Londoniis construxerat, quodque non multum a Westmonasterio distat, quod postea archiepiscopus Eboracensis sibi comparavit,[6] pro salute animæ suæ contulerat.

He is buried at the Friars Preachers, London.

Annalis conclusio.

Annual summary.

Transiit igitur annus ille Ecclesiæ periculosus, Imperio flagitiosus, regi et regno Angliæ dampnosus[7] et probrosus; Ytalicis adversarius, Germaniæ turbulentus, Hispaniæ prœliosus, Terræ Sanctæ suspectus, Templariis et Hospitalariis scismatis[8] et scandali generativus.

---

[1] In the margin are drawn two shields of arms, reversed, *viz.*, 1, gules, a lion rampant or; 2, lozengy, gules and vaire.

[2] *nonis*] noñ, MS., nonas, E.

[3] *Albineto*] Albeñ, MS. Corr. from B. C. E.

[4] *et fundatoribus*] On an erasure.

[5] *intumulandum*] Added above the line.

[6] *quod . . . comparavit*] Added in marg.

[7] *dampnosus*] dapnosus, MS.

[8] *scismatis*] cismatis, MS.

A.D. 1243. Satis tamen, Deo, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, largiente, per loca[1] frugifer et fructifer, et aliis bonis exuberans abundanter.[2]

De quodam magno convivio comitis Ricardi.

A.D. 1244. Henry keeps Christmas at Wallingford.

Anno gratiæ M°.CC°.XL°.IIII°., qui est annus regni regis H[enrici] III., xxviii^us., fuit idem rex ad Natale Domini apud Walingeford, conviva comitis Ricardi; ubi nimis fastigiose convivantes, invitatis fere omnibus regni nobilibus, reliquias nuptiarum comitis celebrarunt. Erant quidem ibi Beatrix, Provinciæ comitissa, et ejus filiæ, regina et[3] nova nurus et nupta Cincia. Quibus rex cum summo conanime se serenum exhibuit[4] et jocundum. Et post festum sancti Eduuardi, cui interfuit, volente sic rege, ipsa comitissa, ad patriam suam remeavit.

The countess of Provence and her daughters present.

5 Jan.

Missus est in Angliam magister Martinus, ad colligendum pecuniam in auxilium papæ.[5]

Martin, the papal nuncio, comes to England to collect money.

Circa idem tempus misit[6] dominus novus papa Innocentius IIII., quem Frethericus, quandoque Romanorum imperator, in quantum potuit dampnificavit et variis lascessivit[7] injuriis et multimodis insidiis, in ecclesiæ universalis dedecus et nocumentum, circumvenire nitebatur, adeo quod, ut dicitur, venena mortifera propinabantur, misit in Angliam magistrum Martinum, nuntium suum ac familiarem, ut ad opus suum, immo pocius totius ecclesiæ, quæ tam valido

---

[1] *per loca*] On an erasure.

[2] *abundanter*] habundanter, MS.

[3] *regina et*] Added in marg., and the preceding word altered from *filia* to *filiæ*.

[4] *exhibuit*] exhubuit, MS.

[5] *ad colligendum . . . . papæ*] Written on a piece of vellum pasted over part of the rubric as originally written, namely, *domini papæ clericus*.

[6] *misit*] This word should be omitted, since it is repeated lower down in the text, as now corrected.

[7] *lascessivit*] lascescivit, MS.

impetebatur inimico, pecuniam colligeret, et auxilium efficax postularet. Quod dominus rex, de licentia super hoc flagitatus, benigne concessit, et iccirco benignius,[1] quia jam dicti Frethérici fama denigrabatur, eo quod non erubuit mulierculas, sed meretriculas Sarracenicas in publico habere concubinas, et fœdera et amicitias cum Soldanis, præcipue cum Babilonico, inire et contrahere.[2] Insuper, cum sororem ipsius regis Ysabellam sibi matrimonio copulaverat, promisit F[rethericus] memoratus, quod juvaret potenter et efficaciter ipsum regem, ut revocaret a dominio regis Francorum terras suas ultramarinas, sed, optenta nobili puella cum xl. [milibus][3] marcarum, nihil fecit de præmissis.[4]

A.D. 1244. Henry permits it, on account of the evil rumours respecting the emperor. *Nota causam.*

fol. 136 *a.*

---

[1] *benignius*] beningnius, MS.

[2] *contrahere*] contratrahere, MS.

[3] *milibus*] Supplied to complete the sense.

[4] *quem Frethericus . . . . de præmissis*] The whole of this portion (with the exception of the last word, added in the margin) is written on pieces of vellum pasted over the original text, and when raised, we read as follows, *novum in Angliam pecuniæ extortorem, magistrum videlicet Martinum, autenticum papale deferentem, et multiplici armatum potestate excommunicandi, suspendendi, et multipliciter puniendi et vexandi Angliæ prælatos, maxime tamen religiosos. Qui impiger officio sibi commisso tam vigilanter intendebat, ut qui cum tribus tantum equitaturis, computato mulo pro equo, advenerat, jam cum x. palefridis numeroso incedebat comitatu. Suspensis enim prælatis a beneficiorum collationibus, vacantes redditus et præbendas rapuit, quibus papa vel ipse voluit, nullo contradicente, distribuendas. Insuper procurationes non modicas et munera exegit et extorsit. In quo facto, multorum corda cruento dolore sauciavit. Et mallet jam ecclesia tali carere pastore, quam proh [dolor!] talem habere exactorem.**

Obiit Johannes de Columpna, cardinalis.

Sub eodem tempore, in octavis videlicet Purificationis beatæ Virginis [9 *Feb.*], *obiit vas superbiæ et omnis contumeliæ, Johannes de Columpna, cardinalis, Romæ. Qui inter omnes cardinales, genere, castris, et* [*possessionibus*]† *secularibus fuit potentissimus; unde efficacissimus discordiæ inter imperatorem et papam exstitit seminator et sustentator. Et qui spinas teneras et t*[*ri*]*bulos plantaverat, non poterat, etiam si voluisset, eradicasse. Jam enim odium in altum radices suas dilataverat propagando.* Cf. B. C. and ed. Wats, p. 613.

---

* *Et mallet . . exactorem*] Added in marg., and afterwards partially erased.

† Supplied from B. C.

A.D. 1244.

Confirmatur episcopus Bathoniensis.[1]

Roger, precentor of Salisbury, is confirmed as bp. of Bath.

Eodem tempore magister Rogerus, præcentor Saresbiriensis, confirmatus est in episcopum Bathoniensem. Et eo[2] facilius, quod redditus ejus cuidam Romano expectanti promittebantur.[3]

Obiit Cicestrensis episcopus R[adulphus.][4]

Death of Ralph de Neville, bp. of Chichester.

Sub eisdem quoque diebus venerabilis pater episcopus Cicestrensis, Radulphus scilicet de Novilla, Angliæ cancellarius, vir per omnia laudabilis, et immota columpna fidelitatis[5] in regni et regis negotiis, Londoniis, in nobili palatio, quod a fundamentis non procul a

1 Feb.

Novo Templo[6] construxerat, kalendis Februarii, vitam temporalem terminavit, perpetuam adepturus.

Normanni terras, quas habuerunt in Anglia, amittunt.

The lands held by the Normans in England are seized by the king.

Circa eadem tempora dominus rex considerans, quod Normanni bona regni irrevocabiliter ingrati ex terris et redditibus opulentis, quos habebant in Anglia annuis, asportabant, omnes fecit in manu sua seisiri; rege tamen Francorum occasionem suscitante.

Regis novi consiliarii.

Henry appoints new councillors.

Eodemque tempore, sublato,[7] ut dictum est, episcopo Cicestrensi Radulpho, unde dominus rex, nec immerito,

---

[1] In the margin is drawn the head of a crosier.

[2] *Et eo*] Instead of these words, others have been added in marg., but afterwards erased.

[3] *redditus . . . . promittebantur*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, which reads, as in B.C., *præbenda sua cuidam* (for *cuidam* B.C. have *Sarisbiriensis*) *nepoti domini papæ extitit conferenda.*

[4] In the margin is drawn the head of a crosier, reversed.

[5] *fidelitatis*] fedelitatis, MS.

[6] *Templo*] Added in marg.

[7] *sublato*] sullato, MS.

nimis contristatus[1] est, constituit idem dominus rex dominum Paulinum, militem et literatum, qui antea fuerat custos archiepiscopatus Cantuariensis,[2] et dominum Johannem de Lexintona, militem similiter strenuum et elegantem et literatum, necnon et dominum Johannem Mansel, clericum, viros discretos, fideles, et regni natione et dilectionis affectu naturales, suos principales curiæ suæ dispositores, et consilii sui moderatores speciales; magistrumque Laurentium de Sancto Martino, qui quandoque cum electo Valentino W[illelmo] commorabatur comes familiaris, virum prudentem, eleganter literatum et juris peritum, consiliorum regalium moderatorem, præcipue negotiorum statum ecclesiasticæ conditionis contingentium, in clericum specialem et procuratorem, tam in curia Romana quam in Anglia, utpote circumspectum et expertum, et regni natione naturalem, sibi elegit constituendum. Unde dominus rex magnatum Angliæ sibi gratiam non mediocriter conciliavit. A.D. 1244.

Episcopus Wintoniensis W[illelmus] clam transfretat.

Diebus quoque sub eisdem episcopus Wintoniensis W[illelmus], timens sibi injuriis illatis etiam majores exaggerandas, clandestinam[3] fugam arripuit, naviculam Londoniis in flumine Thamensi de nocte ascendens, partes aditurus Gallicanas, ut ibidem commorans, regiam serenitatem præstolaretur. The bp. of Winchester flies to France.

---

[1] *contristatus*] In the text *constratus*, but partly corrected by a later hand.

[2] *qui . . . Cantuariensis*] Added in marg.

[3] *clandestinam*] clamdestinam, MS. Before this word was at first written *x°* *kalendas*, and *Martii* added in marg. (as in B. C.), but this date has afterwards been erased.

A.D. 1244. *Griffinus corruit de turri Londoniarum.*[1]

Griffin, prince of Wales, is killed in trying to escape from the Tower.

Et dum alea fortunalis mundum sic prodigialiter variaret, Griffinus, filius Leolini, principis Northwalliæ primogenitus, qui in turri Londoniarum captivus tenebatur, dum tædio diuturni carceris afficeretur, cogitavit una nocte clam custodibus[2] evadere. Et dum, facta longa reste de lintheaminibus,[3] sese per turrim a fenestra voluisset demittere, rupto fune, corruit. Erat quippe magnus et ponderosus valde, et sic, fractis cervicibus, miserabiliter expiravit, prima die Martii.

1 March.

David ad sinum papæ confugit.[4]

Prince David betrays his brother into the hands of Henry.

Temporibus quoque sub eisdem David, comperiens quod frater ejus Griffinus, strenuitate præcellens, multorum principum Walliæ[5] sibi gratiam compararet, invidit; nam in oculis propriis sibi, pro eo quod de stirpe regia procrearetur, [major][6] videbatur. Cogitavit igitur, quod, in ultionem fratris, vel ad papalem defensionem recurreret, ut Walliam[7] de ecclesia teneret, vel ad sinum domini regis Angliæ, avunculi sui, fiducialiter[8] misericordiam petiturus avolaret. Sed, libratis utroque periculis, tutius ei tandem videbatur, fratrem suum, quia non uterinum, aliquo dolo circumvenire, ut

---

[1] In the margin is a drawing representing the prince falling from the Tower into the river. Above his head is inscribed, "*Griffinus*," in red; and above the Tower, "*Turris Londoniarum.*"

[2] *custodibus*] In the margin is written with a plummet *dormientibus*, but no mark of reference is added in the text.

[3] *lintheaminibus*] lintheminibus, MS.

[4] Part of this rubric is covered over by a piece of vellum, on which the text of this chapter has been rewritten; and the rubric itself does not agree with the present text, but with the text as it originally stood.

[5] *Walliæ*] Vallie, MS.

[6] *major*] Supplied to complete the sense.

[7] *Walliam*] Valliam, MS.

[8] *fiducialiter*] fidicialiter, MS.

de medio tolleretur. Vocavit igitur eum ad pacis colloquium, ut tutus sub conductu episcopi Bangornensis; et sic captum dicto regi præsentavit, qui in turri Londoniarum commisit custodiendum. Una igitur noctium, dum se demitteret per fines de lintheaminibus factos, cecidit de turri, et sic, fractis cervicibus,[1] expiravit.[2] A.D. 1244.

Factum est crisma in ecclesia Sancti Albani.

Anno quoque sub eodem confectum est sanctum crisma apud Sanctum Albanum, in ecclesia conventuali, ab episcopo Hertfertensi Johanne sollempniter, prout moris est. The holy chrism made at St. Albans.

Rumor per Berithensem episcopum divulgatus.

Et dum tempora volverentur hujuscemodi, venit episcopus Birithensis in Angliam, Walerannus nomine, nobis lugubres rumores de Terra [Sancta][3] deferens, Disastrous news from the Holy Land

[1] *cervicibus*] cervibus, MS.

[2] *comperiens . . . . . expiravit*] This text is written on a piece of vellum pasted down over the original, and when raised, we read thus, *comperiens fratrem suum primogenitum Griffinum, cui multi de nobilioribus Walliæ adhæserant, valedixisse seculo, ut tutius solus regnaret, significavit domino papæ, quod libenter ab ipso Walliam teneret, solvendo eidem quandam certam, ut fertur, pecuniæ quantitatem. Cui cum papa sinum favoris apperuisset, affirmative instillatum est auribus ejus, quod antequam hoc toleraretur, insurgerent in ipsum papam milia milium, ne hoc fieret, reclamantium et capita gladiis exponentium. Super quo cum papa certificaretur, conniventibus oculis omnia hæc prolabi permisit, dissimulando. Subierunt igitur multi Walenses examen domini regis Angliæ. Scriptum igitur, quod confecit Senena, uxor Griffini, et alii terræ magnates Walensium, et alia scripta* [*cum?*] *obsid*[*ibus?*] *obligatoria, in libro Additamentorum inveniantur . . . . .* The charters here referred to, are not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, pp. 624, 625.) It is remarkable, that Matthew Paris should have cancelled the preceding narrative, in order to substitute another which is out of place, and partly only a repetition of what has been before narrated under 1240 and 1241, and in the chapter immediately preceding. Cf. pp. 431, 453.

[3] *Sancta*] Supplied from B. C.

A.D. 1244. brought by the bp. of Beyrout.

per cartam omnium magnorum prælatorum orientalium sigillis roboratam, quæque omnibus audientibus timorem incussit et dolorem.[1] Cujus summa hæc est: Succubuerunt in bello de conventibus domus militiæ Templi, Hospitalis Sancti Johannis, et Sanctæ Mariæ Theutonicorum, præelecti[2] xxxiii. Templarii, xxvi. Hospitalarii; et tres fratres Theutonici evaserunt tantummodo, omnibus aliis peremptis et captis, et captivatis, non redemptis.[3] Optimates vero terræ, pro majori parte, cum militibus suis interfecti sunt, præter stragem balistariorum et peditum infinitorum. De archiepiscopo vero Tyrensi, episcopo Sancti Georgii, abbate Sanctæ Mariæ de Josaphat, Magistro Templi, et præceptore Sanctæ Mariæ Theutonicorum, et quampluribus aliis religiosis et clericis, cum non apparuerint, nescitur quid sit de ipsis. Magister vero Hospitalis et comes Walterus de Bresna cum multis aliis capti, in Babiloniam sunt abducti. Hoc autem[4] exterminium fecerunt Chorosmini, quos a finibus suis Tartari violenter expulerunt. Ipsos igitur Chorosminos misit fol. 136 *b*. Soldanus Babiloniæ, simul cum suis, qui ducatum eisdem præstiterunt[5] et auxilium super Christianos.

Dominus papa et[6] *Cantuariensis electus adhibent diligentiam, ut reconcilietur episcopus Wintoniensis.*

The pope and abp. elect of

Diebus quoque sub eisdem dominus papa et dominus electus Cantuariensis[7] omnem quam possunt adhibent

[1] *quæque . . . dolorem*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, which reads, *quam in libro Additamentorum plenius scriptam invenias.* This letter is not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, pp. 631–633,) dated from Acon, 25 Nov. 1244.

[2] *præelecti*] Added on to the text.

[3] *et captivatis, non redemptis*] Added in marg.

[4] *autem*] Interlined.

[5] *præstiterunt*] prestiteriunt, MS.

[6] *et*] Interlined.

[7] *electus Cantuariensis*] On an erasure.

diligentiam, scribendo et per interpretes persuadendo, necnon supplicando, ut rex [1] omnem rancorem et iram remittendo recipiat in gratiam dominum episcopum W[illelmum] exulantem. Franci enim, qui cum [2] aliquam inveniunt materiam, non parcunt in Anglos probra cumulare, dixerunt,[3] "Ecce, rex Anglorum omnes sanctos episcopos terræ [suæ] [4] persequitur et proscribit; quondam sanctum Thomam, nuper sanctum Edmundum, nunc istum, qui ipsi familiarissimus habebatur." Unde mitior effectus dominus rex, ipsum episcopum Wintoniensem studuit revocare.

A.D. 1244. Canterbury endeavour to reconcile the king to the bp. of Winchester.

De magna perturbatione domini papæ.

Temporibus sub eisdem, videlicet vigilia apostolorum [Petri et Pauli],[5] significatum fuit domino papæ in fide bona, quod, jubente imperatore, trecenti milites Tusci erant in veniendo ipsa nocte, ut ipsum apprehenderent. Dominus igitur papa nimis attonitus, in hora primi sompni, relictis papalibus ornamentis, veterem induit Sinebaldum, et leviter armatus equum ascendit velocissimum, manu non vacua. Et, vix cubiculariis suis consciis, clam subitoque discedens, non equinis pepercit lateribus, fugit,[6] ita quod ante primam xxxiii^{or}. miliaria pertransivit, nemine comitante vel sequi prævalente. Postea vero venit Petrus de Capua. Venerant ibidem, scilicet ad castrum dictum Civitas Vetus supra mare, in occursum papæ, xxiii. galeæ, propter quod argumentum conjecturatum est, quod diu ante provisum fuit hoc. Hiis galeis præfuit potestas Januæ, quem Admiratum vocant, et majores civitatis,

28 June. The pope takes flight.

He embarks at Civita Vecchia,

[1] *rex*] Interlined.

[2] *cum*] Added to the text,

[3] *dixerunt*] Written on a small piece of vellum pasted over the words *et dicere*.

[4] *suæ*] Supplied from E.

[5] *Petri et Pauli*] Supplied from B. C.

[6] *fugit*] Added to the text, but not required, unless we read *parcens*.

A.D. 1244. qui fere omnes asserebant se esse amicos papæ, affines vel consanguineos.[1] Intravit igitur unam galearum illarum dominus papa, et eadem via navigantes[2] ubi capti erant prælati, de quibus prædictum est, in tempestate magna navigando die Veneris sequenti applicuerunt in portu insulæ cujusdam Pisanorum, ubi, ut respirarent, una nocte latitabant. Die vero Martis, in magno tempestatis discrimine pervenerunt Januam lætabundi. Distabat autem papa ab urbe Romana, unde venerat, xv. dietis. Receptus est autem cum lætitia magna a concivibus suis, quia ibidem natus fuit, dicentibus, "Benedictus qui venit in nomine Domini."[3] Et ibi promisit papa conferre illis et suis consanguineis multa ecclesiæ beneficia.[4]

and lands at Genoa.

Imperator fallitur, et dolet.

Grief of the emperor, who orders the roads to be guarded.

Obstupuit imperator, hiis auditis, et dolens se in suo impio deceptum proposito, ad alia se convertit[5] ultionis argumenta.[6] Et ex tunc fecit papa acclamari F[rethericum] imperatorem esse manifestum ecclesiæ persecutorem. Fecit namque adhuc ipse imperator vias custodiri, ne ad ipsum papam habentes[7] negotia expedienda, ex partibus maxime occidentalibus, pervenire valuissent.[8]

---

[1] *civitatis . . . . consanguineos*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, which reads, *civitatis, qui se omnes jactitabant esse domini papæ, propter retributionem*, nearly as in B. C. In the margin also some words have been added, but these are completely erased.

[2] *navigantes*] The last syllable is on an erasure. In the margin is written with a plummet, *per mare*.

[3] *in nomine Domini*] Interlined. From Matth. xxi. 9.

[4] *beneficia*] benefici, MS.

[5] *se in suo . . . convertit*] Written on slips of vellum pasted over an erasure.

[6] *ultionis argumenta*] Added in marg.

[7] *habentes*] On an erasure.

[8] *negotia . . . valuissent*] Written on a piece of vellum pasted over the original text, which reads, [*pecuni*]*am* [*portave*]*rant, et propter quam liberius recipiendam illuc properaverat*, ...

Animatur Andegravius, ut ad imperium anhelet.[1] A.D. 1244.

Diebus sub eisdem, animantibus domino papa et Mediolanensibus, et aliis imperatoris rebellibus, Andegravius memoratus[2] tractatum habuit et consilium, ut regnum Alemaniæ, quod est quasi arra Romani imperii, sibi assumeret per ecclesiasticum auxilium citius adquirendum.[3] Sed, procurante astutia[4] imperatoris, hoc negotium suspensum cepit cum dilatione detrimentum. The Landgrave aspires to the title of king of the Romans.

Suspectum nimis maritagium.

Ipsorum quoque temporum curriculo, ut partem suam magis roboraret, imperator nuptui dedit cuidam Græcorum potentissimo, nomine Battacio, Romanæ ecclesiæ exoso et inobedienti, et ideo scismatico,[5] filiam suam, facie nimis speciosam.[6] The emperor marries his daughter to Vataces, a Greek prince.

Recalcitrat David, cum suis Walensibus.

Anni quoque sub illius tempore vernali, Walenses nescientes et nolentes colla sua legibus[7] ignotis Anglorum submittere, duces sibi constituentes David, Leolini filium, et quosdam alios potentes de Wallia, contra regem et ejus marchisios, cartarum suorumque juramentorum obliti, guerram moverunt cruentissimam. Quibus, præcepto regis et pro terrarum suarum salvatione, viriliter restiterunt comes de Clare, comes de Prince David and the Welsh rebel. They are opposed by

---

[1] *anhelet*] hanelet, MS.

[2] *memoratus*] Written on a slip of vellum pasted over the words, *miles Alemanniæ*.

[3] *citius adquirendum*] On an erasure.

[4] *astutia*] austucia, MS.

[5] *scismatico*] cismatico, MS.

[6] *filiam . . . . speciosam*] Added in marg. The lady alluded to was Anne, a natural daughter of the emperor, married to John Ducas Vataces, emperor of Greece from 1222 to 1255. See "L'Art de Vérifier les Dates," i. 450.

[7] *legibus*] The last syllable is on an erasure.

A.D. 1244. the lords Marchers.

Hereford,[1] et Johannes[2] de Munemuto, Rogerus de Muhaud, et alii marchisii[3] potentes et præclari. Qui in principio deteriorem calculum reportantes, tandem de aliquibus hostium, ut moris est, in alea guerræ triumpharunt.

Quæ mandata recepit rex, quando fuit apud Sanctum Albanum.

11 June. Henry, when at St. Alban's, hears that the election of Robert Passelewe to the see of Chichester is annulled.

Festo vero sancti Barnabæ fuit dominus rex apud Sanctum Albanum triduo commorans. Ibique, rumoribus crebrescentibus de Walensium insolentia, supervenerunt et alii, quibus magis turbabatur, videlicet de Roberti Passeleue, clerici sui specialis, quem promovere proposuerat, cassatione. Qui quidem ad episcopatum Cicestrensem electus fuerat, et, eo cassato, alter loco ipsius, videlicet magister Ricardus de Wiz,[4] vir quidem idoneus,[5] sine regio assensu subito fuerat subrogatus. Rex igitur iratus et dolens, preces suas irritas fuisse et inanes, quas pro promotione Roberti porrexerat, baronias episcopatuum Cicestriæ et Cestriæ in manu sua ilico jussit seisiri et retineri.[6] Præterea alios,[7] fol. 137 *a*.

---

[1] *Hereford*] After this word was added in the margin, *et alii de Marchia potentes*, but afterwards erased.

[2] *et Johannes*] Written originally *Thomas*, as in B. C., and corrected on a slip of vellum pasted above. The same correction is made also in the margin. See Dugd. Baron., i. 442.

[3] *marchisii*] marchii, MS.

[4] *Wiz*] Withz, B. C. In Godwin, "De Præsulibus," p. 505, ed. 1743, he is named *De la Wich*, and said to have been born at Wich, in Worcestershire.

[5] *idoneus*] ydoneus, MS.

[6] *subito . . . . retineri*] Written on a piece of vellum pasted over the original text, which reads, *subito subrogatus. Fuit autem ibidem magister Martinus, papæ clericus,—quem multi Mastinum, propter suum rapacitatem et aviditatem appellabant,—pro[m]ptus ut ignoti promovendi redditibus, tanquam vacantibus, ad opus papæ manus aduncas in[j]iecret*, nearly as in B. C. (ed. Wats, p. 638).

[7] *Præterea alios*] In the lower margin a note has been added, and afterwards erased, but which can be deciphered as follows: "Tandem, matrimonio prolocuto inter reges faciendo, de filio regis Scociæ primogenito et filia regis

præter rumores memoratos, audivit dominus rex recentes et inauditos, quod, videlicet, rex Scociæ domino regi Angliæ significavit procaciter, protestans quod nullam particulam regni Scociæ a rege Angliæ tenuit, vel tenere voluit aut debuit. Erat autem amicitia inter ipsos reges nimis attenuata, postquam scilicet confœderatus fuerat memoratus rex Scociæ matrimonialiter cum Francis, qui sunt, ut novit mundus, capitales inimici domini regis Angliæ. Cogitans igitur dominus rex has sibi illatas injurias repellere, animavit alacriter et adjuvit potenter ipsos, qui Walensium impetus sustinuerunt. Post tractatum vero diligentissimum,[1] quid de negotio contra regem Scociæ agendum sanius foret, rex episcopatum Cicestrensem in manu sua cepit, non permittens novum electum aliquam habere in eodem potestatem. Et, ut regem Scociæ potentius impeteret, vocavit in sui adjutorium comitem Flandriæ Thomam, qui mandatis regiis obtemperavit.

A.D. 1244. The king of Scotland signifies to Henry that he holds no part of Scotland of him.

Henry takes into his hands the bishopric of Chichester.

He summons Thomas, count of Flanders, to his aid.

Revocatur in pace Wintoniensis episcopus W[illelmus].

Eodemque tempore dominus rex, saniori usus consilio, episcopum Wintoniensem a partibus transmarinis amicabiliter revocavit, gratiam suam et ablatorum restitutionem pollicendo; unde episcopus in spem bonam erectus, salutato rege Francorum, qui ei sinum aperuit exulanti, ad propria remeavit. Eodem tempore nimborum inundationes per unum mensem continue pontes,

William, bishop of Winchester, is recalled.

Unusual inundations.

Angliæ, Alexandro et Margareta, uterque rex in pace ad propria remeavit; sed cum adhuc pueri essent, nondum fuerant nuptiæ celebratæ matrimonium consummatum." This note seems out of place. In the text of E. it is inserted after the revocation of the bishop of Winchester, and in B. C. (ed. Wats, p. 583) it is entered under the year 1242. A shorter note has been written by the side of the former, but so much erased as to be illegible.

[1] *diligentissimum*] diligentissum, MS.

A.D. 1244. molendina, vivaria dirumpens, spem frugum suspendit promissarum.[1]

Engelramus de Cuscy mirabiliter moritur.

Death of Engelram de Cuscy, father of the queen of Scotland.

Per idem tempus Engelramus de Cuscy, pater reginæ Scociæ, antiquus Clarevallensium persecutor, mirabiliter, Deo ultore manifesto, mortuus est. Cum enim itinerans corruisset, forte equo suo cespitante, equus[2] suus attonitus traxit eum per strepam in quoddam vadum, quod transiturus erat. Et dum niteretur erigi, et ad eum armigeri cito venire non poterant ad succursum, proprio, ut dicitur, ense a vagina cadente peremptus est.[3] Cui successit in hereditatem filius ejus Johannes, a quo rex Scotorum, timens impetus domini regis Angliæ, auxilium petiit militare. Qui et misisset postulata[4] per mare, nisi a piratis domini regis Angliæ impediretur.

The king of Scotland solicits aid from his son against Henry.

Rex petit auxilium pecuniare.

Council held by the prelates and nobles at London.

Eodem vero anno convenerant[5] Londoniis, regia submonitione convocati, magnates totius regni, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, et barones.

---

[1] *tempore . . . . . promissarum*] With the exception of the last word, added in the margin, these lines are written on a piece of vellum pasted over the original text, which reads, *tempore electus Cantuariensis B.* [this letter is in marg., and nearly effaced] *monachos Cantuarienses plus incepit opprimere, quam unquam archiepiscopus Edmundus vel aliquis alius archiepiscopus facere attemptaverat. Quod creditur eis evenisse in ultionem.* Cf. ed. Wats, p. 638.

[2] *equus*] equs, MS.

[3] *et ad eum . . . peremptus est*] The three first words are on an erasure, and the remainder on a slip of vellum pasted over the original text, which reads thus, *gladius ejus cadens de vagina, ipsum letaliter vulneravit; unde distractus obiit submersus, et gladio transverberatus.* Cf. ed. p. 639.

[4] *postulata*] Added in marg.

[5] *convenerant*] convenerat, MS.

A.D. 1244. The king asks for pecuniary aid.

In quo concilio petiit dominus rex ore proprio in præsentia magnatum, scilicet in refectorio Westmonasterii, auxilium sibi fieri pecuniare; asserens quod anno præterito fuerat in partibus transmarinis, ubi non minimum thesaurum exposuit; insuper alieno se ære multum obligaverat. Nec poterat respirare, sicut ait, nisi universali auxilio relevatus. Et responsum fuit, quod quia carta libertatum, quas dominus rex J[ohannes][1] olim concesserat, pro cujus conservatione archiepiscopus Edmundus juraverat, fidejusserat, et certissime pro rege promiserat, nondum extitit observata, et auxilia totiens concessa et soluta domino regi, ad nullum profectum devenerant, hoc dilationem dignum fore capiendum. Insuper[2] postulabant instanter sibi fieri certus regni justiciarius et cancellarius, per quos status regni solidaretur, ut solebat; quia, per defectum cancellarii, brevia contra justitiam crebro fuerunt concessa. Promisit autem rex humiliter[3] hoc et alia se per eorum considerationem benigne emendaturum. Datus igitur fuit terminus, et concessus utrobique ad tres septimanas a Purificatione beatæ Virginis, ut interim rex excessus suos corrigeret, et ejus voluntati magnates, secundum hoc,[4] obtemperarent. Sed interim tam regia quam magnatum voluntas hinc inde distracta et[5] enervata est. Tandem dominus rex, sperans saltem clerum ad desiderium suum flectere, convocatis prælatis, porrexit illis papales apices in publico, sub hac forma: "Innocentius episcopus, servus servorum" etc., quæ in Rotulo potest reperiri.[6] Summa autem hujus epistolæ fuit, "De vestris redditibus

Answer given to him, requiring the concession of liberties.

The council is adjourned.

2 Feb.

The clergy are summoned separately, and letters of pope Innocent shown to them.

[1] *J.*] Interlined.

[2] *hoc . . . . Insuper*] Added in marg.

[3] *humiliter*] The last two syllables are on an erasure.

[4] *hoc*] After this word *voluntati ejus* is repeated, superfluously.

[5] *et*] Interlined.

[6] *quæ . . . reperiri*] Written on a slip of vellum pasted over the words, *Quære in libro Additamentorum.* These letters of pope Innocent are not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, p. 640), dated at Genoa, "iiii°. kal. Aug. [29 July], anno pontif. 2."

A.D. 1244. honestum subsidium regi vestro conferatis." Et sic prorogata sunt omnia usque ad terminum præfixum.

Martin, the pope's nuncio, demands money from the abbats.

Interim autem magister Martinus, domini papæ clericus,[1] de sibi commisso officio qui sollicitus fuit,[2] convocatis abbatibus exemptis et non exemptis, ostendit illis literas papæ. Quarum summa hæc est: "In ea nobis subvenire curetis pecuniæ quantitate, quam dilectus filius magister Martinus, cameræ nostræ clericus, vobis duxerit exprimendam."[3]

Item.

The emperor sends letters to Henry, requiring him not to allow contributions to be made to the pope.

Interim misit dominus imperator domino regi Angliæ et barnagio magistrum Walterum de Ocra, nuncium suum consuetum, imperiales literas deferentem. Quarum summa est[4] talis: "Supplicamus, admonemus, prohibemus, ne, in dampnum nostrum et vestrum, aliquid papæ contribuatis." Quod si fieret, si quem Anglicum, sive prælatum inveniret,[5] sive alium, gravi puniret ultione. Tandem vero, ne corda hæc audientium diu suspendantur, Deo permittente[6] propter peccata populi Anglicani, procuratum est, ut tam domino regi naturali nostro, cujus magnifici patres ecclesias Angliæ fundaverunt, dotaverunt,[7] et ditaverunt, omnes succurrerent, et papæ, patri spirituali,[8] pro ecclesia universali dimicanti, non deessent. Et sic Anglia neutri nolens deesse, quasi inter duas molas compressa, diatim languit exinanita.[9]

---

[1] *clericus*] clerius, MS.

[2] *de sibi . . . fuit*] These words are also on a slip of vellum pasted over the original text, namely, *cujus aviditas impatiens moræ fuit.*

[3] The Letters are at length in B. C. (ed. Wats, p. 614), dated "vii. id. Jan. [7 Jan.], anno pont. "1."

[4] *est*] Interlined.

[5] *inveniret*] Interlined. In E. the words *in potestate sua* are inserted before *inveniret.*

[6] *permittente*] perm^{t}te, MS.

[7] *dotaverunt*] On an erasure.

[8] *spirituali*] In the text *spiritu,* but corr. in marg.

[9] *neutri . . . exinanita*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, which reads thus, *quasi inter duas molas contrita, diatim induit confusionem et paupertatem.*

Sancti in Anglia florent.[1] A.D. 1244.

fol. 137 *b.* Et dum anni illi profluerent, novi præter beatum Edmundum in Anglia sancti micuerunt. Sanctus Robertus de Knarreburc, heremita, de cujus tumba oleum visum est emanare; beatus Rogerus, episcopus Londoniensis, ad cujus tumbam miracula videntur celebrari; sanctus quoque Robertus, frater Sancti Edmundi, cujus meritis cœperunt miracula manifeste choruscare.[2] Some new saints flourish in England.

Adest comes Flandriæ Thomas.

Sub eisdem diebus applicuit comes Flandriæ Thomas apud Doveram, cum c.[3] militibus et cc^tis.[4] servientibus, in succursum domini regis Scociam expugnare[5] proponentis. Et cum ad Sanctum Albanum idem comes et frater ejus, electus Cantuariensis, pervenissent, occurrit eis magister Walterus de Sufeld, electus Norwicensis, qui a dicto electo statim confirmabatur.[6] Diebus quoque sub eisdem magister Willelmus de Burgo, domini[7] regis clericus, in episcopum Landavensem sullimatur; sed cito post visus privatur beneficio. Ipso tempore obiit præclarus quidam baro de partibus Angliæ borealibus, Ricardus de Stutevilla.

Arrival of Thomas, count of Flanders.

Walter de Sufeld, bp. elect of Norwich, is confirmed.

Will. de Burgh made bp. of Llandaff

Death of Rich. de Stuteville.

---

[1] *Sancti*] Originally written, *Clarent sancti*, as in B. C., but the first word is now covered over, and *florent* was added afterwards.

[2] *sanctus quoque . . . choruscare*] Added in marg.

[3] *c.*] lx., B.; xl., C.

[4] *cc^tis*] c., B. C.

[5] *expugnare*] expungnare, MS.

[6] *confirmabatur*] Written at first *confirmatur*. In the margin, from the beginning of this chapter as far as this word, has been written, "*Vacat, quia parum ante*," but afterwards erased.

[7] *domini*] On an erasure.

A.D. 1244. *Rex cum exercitu copioso versus Scociam proficiscitur.*

Henry marches with an army towards Scotland.

His causes of complaint against the king of Scots.

Tempore autem sub eodem[1] dominus rex, congregato exercitu copioso a tota Anglia, versus boreales Angliæ partes,[2] regem Scotorum expugnaturus proficiscitur; graves contra ipsum movens quæstiones, videlicet, quod Walterus Cumin, quidam præpotens baro de Scocia, et quidam alii de regno Scociæ castra in Galeweia et Laudiana, in præjudicium et nocumentum et magnum periculum regis et regni Angliæ, contra cartas prædecessorum suorum, firmaverant. In quo facto nullum bonum potest annotari. Regis quoque inimicos et foris banniatos, utpote Galfridum de Marisco, modo, et alios alio tempore, quasi conniventer volens subtrahere sibi homagium, quo ei rex Scociæ tenebatur, Francis jam[3] confœderatus, receptaverat. Cum autem dominus rex ad Novum Castrum super Thinam pervenisset, et rex Scotorum viriliter se præparasset ad resistendum, ne tot Christianorum sanguis funderetur, intermeantibus comite Ricardo et aliis utriusque regni optimatibus, reformata est pax feliciter inter ipsos reges. De qua confecit rex Scociæ domino regi Anglorum cartam; cui etiam fecit dominus rex Angliæ appendi sigilla multorum magnatum utriusque regni. Insuper fecit eam auctoritate apostolica confirmari,[4] ne tanti negotii auctoritas temporis futuri successione deleretur.[5] Rex igitur versus Londonias in pace remeavit; et[6] credebatur contra Walenses exercitum ipsum direxisse, qui æstimabatur ad v. milia equitum eleganter armatorum. Exercitus vero regis Scotorum

Peace made between them at Newcastle-on-Tyne.

Charter of the king of Scotland, confirmed by the pope.

Henry returns to London.

[1] *eodem*] The last syllable is interlined.

[2] *partes*] Interlined.

[3] *jam*] Interlined.

[4] *confirmari*] After this word was added in the margin, but afterwards erased, *Et in magnis Cronicis Sancti Albani.* The charter is in B. C. (ed. Wats, p. 646,) as also the papal confirmation.

[5] *ne tanti . . . deleretur*] On an erasure.

[6] *et*] On an erasure.

ad M. equites competenter equis, etsi non pretiosis, et armis communitos, et peditum validorum non erat numerus. Qui omnes pro domino suo rege Scotorum mori desiderabant. A.D. 1244.

Walenses prædis intendunt et rapinis.[1]

Comperientes Walenses, quod [rex][2] eos omittit cum illo potentissimo exercitu impetere, quod et[3] ipsi multum formidaverant, jam securiores de latibulis suis exeuntes, soluto regis exercitu, rapinis, prædis et incendiis, more eis innato, furiose ac crudeliter in suam propriam perniciem intendebant; unde iram regis et omnium Anglorum[4] in capita propria exaggerabant. The Welsh again indulge in rapine and spoil.

Consecratur electus Bathoniensis.[5]

Eodem tempore, iii°. idus Septembris, consecratus est in episcopum Bathoniensem magister Rogerus, Saresbiriensis præcentor. Cujus redditibus jam vacantibus cum multi inhiassent, habentes provisionum urgentia præcepta, citius ad præsulatum promovebatur.[6] In octavis beati Martini transfretavit episcopus Lincolniensis, pro causa sua contra canonicos suos decidenda. Et cito post, ut partem suam defenderet, decanus Lincolniensis. 11 Sept. Consecration of Roger, bp. elect of Bath. 18 Nov. The bp. and dean of Lincoln go to Rome to plead their suits.

Consecratus est episcopus Londoniensis F[*ulco*].[7]

Die vero sancti Dionisii consecratus est in episcopum Londoniensem Fulco Basset, decanus Eboracensis, in ecclesia Sanctæ Trinitatis Londoniarum. 9 Oct. Consecration of Fulk, bp. of London.

---

[1] *rapinis*] On an erasure.

[2] *rex*] Supplied in marg. with a plummet.

[3] *et*] Interlined.

[4] *Anglorum*] The last syllable is on an erasure.

[5] In the margin are drawn a mitre and crosier.

[6] *cum multi . . . . promovebatur*] On an erasure.

[7] In the margin are again drawn a mitre and crosier.

A.D. 1244.

Cruciferi.

Arrival of the 'Cruciferi' in England. The pope betakes himself to Asti, and thence to Lyons.

Eodemque tempore venerunt Cruciferi, quidam scilicet novi religiosi, in Angliam, post fratres de Monte Carmeli. Circa idem tempus se transtulit papa ad Astensem civitatem, ut promtius obviaret occidentalibus sua negotia expedire cupientibus.[1] Inde vero, post modicum temporis spatium, deceptis vel corruptis imperatoris custodibus, iter clandestinum[2] arripuit versus Lugdunum.[3]

Exigit rex auxilium pecuniare, sed contradictum est ei.

1 Nov. The king again demands pecuniary aid, but is refused. He extorts money from the Londoners and Jews.

In crastino autem Animarum magnates Angliæ regi auxilium pecuniare postulanti, totiens læsi et dampnificati, id facere impotentes,[4] denegarunt. Sed quia dominus rex obligabatur de debitis non minimis erga mercatores de vino, de cera, de pannis ultramarinis, a civibus[5] pecuniam multam extorsit et Judæis, nec tamen inde mercatores plenam pacationem receperunt.

Nicholaus de Molis viriliter se ab hostibus defendit.

Nich. de Molis, seneschal of Gascony, defeats the king of Navarre.

Diebus etiam sub eisdem Nicholaus de Molis, quem dominus rex senescallum constituit Wasconiæ, viriliter ab hostibus in ipsum insurgentibus[6] se defendens, etiam a rege Navariæ in quodam congressu triumphavit.

---

[1] *sua . . . . cupientibus*] On an erasure.

[2] *clandestinum*] clamdestinum, MS.

[3] *Lugdunum*] Lugdonum, MS.

[4] *totiens . . . impotentes*] On an erasure.

[5] *civibus*] In B. C. is added, *Londoniarum*.

[6] *insurgentibus*] insurgenbus, MS.

Rex Francorum miraculose convalescit.[1] A.D. 1244.

Eodem anno, in Adventu Domini, rex Francorum Lodowicus ex reliquiis corruptelæ, quam in Pictavia guerræ indulgens contraxerat, graviter infirmatus,[2] in extasim letalem raptus, jacuit aliquot diebus quasi mortuus, et assertione circumsedentium exanimatus. Mater autem ipsius, scilicet Blanchia, reliquias, de quibus supra meminimus, scilicet veram Crucem, coronam, lanceam et clavos, aptavit corpori rigido et frigido; et, redeunte spiritu, revixit, et suspirans postulavit sibi crucem dari, et cruce tunc et ibidem signatus, vovit irrefragabiliter se Terram Sanctam personaliter visitaturum. 27 Nov. Louis IX. is miraculously saved from death, and assumes the Cross. fol. 138 *a.*

Consilium Roberti Passeleue, clerici domini regis.

Et circa illos dies Robertus Passelewe, Lewensis[3] archidiaconus et domini regis clericus et spiritualis consiliarius, eidem domino regi dedit consilium, ut, facta diligentissima inquisitione per vicinos de regiæ forestæ vel terræ inforestatæ occupatione, qui aliena invadere præsumpserunt gravi pœna mulctarentur; unde cum tales quamplurimi invenirentur, et usque exinanitionem puniti, thesaurus regius magnum suscepit incrementum, utinam profecturum. Counsel given by Rob. Passelewe to raise fines by an inquisition into the state of the royal forests.

De morte quorumdam magnatum.

Obierunt autem anno sub eodem[4] magnates, de quorum morte prætactum est, præter nobiles Franciæ, Deaths of many persons of rank.

[1] In the margin is a drawing representing the king lying on his bed, and receiving the cross from a bishop. Above is written in red, "*Rex Francorum a portis mortis revocatus, crucem accipit a manu episcopi Parisiensis.*"

[2] *infirmatus*] imfirmatus, MS.

[3] *Lewensis*] Wellensis, E., erroneously. See Fasti, i. 262.

[4] *sub eodem*] Interlined.

A.D. 1244. qui in Terra Sancta obierunt, Margareta, soror regis Scociæ, relicta Gileberti Marescalli, et sepulta [est][1] Londoniis;[2] Willelmus, cognomento Briwere, episcopus Exoniensis; comitissa Flandriæ, uxor comitis Thomæ.

Annalium eventuum conclusio.

Annual summary. Transiit igitur annus ille frugifer abundanter,[3] et fructifer, ita quod summa [frumenti][4] ad pretium duorum solidorum descendebat; Terræ Sanctæ inimicissimus, regno autem Angliæ et pecuniæ emunctivus; Francis periculosus, Ecclesiæ suspectus, Ytaliæ vero turbulentus.

Dominus rex Londoniis fuit.

A.D. 1245. Henry keeps Christmas at London. John de Gatesdene knighted. Anno gratiæ M°.CC°.XLV°., qui est annus regni regis H[enrici] III. xxix^us., fuit idem rex ad Natale Domini Londoniis, ubi cum multis nobilibus festa Natalicia celebravit. Ubi[5] Johannem de Gatesdene, clericum suum, qui multum eidem domino regi servierat, honorifice balteo donavit militari.

Transfretant Cantuariensis electus, Wigorniensis et Herefordensis episcopi.

The abp. of Canterbury elect, and bps. of Worcester and Hereford, go to Rome. Et cum hæc[6] agerentur, Cantuariensis electus B[onefacius], et Wigorniensis et Herefordensis episcopi, Romanam curiam adituri, occulte et subito, nesciebatur ad quod, transfretarunt.

---

[1] *est*] Supplied from E.

[2] *Londoniis*] The last three syllables are on an erasure.

[3] *abundanter*] habundanter, MS.

[4] *frumenti*] Supplied from B. C.

[5] *Ubi*] Written at first *Ibi*. In B. C. *Ibidem*.

[6] *hæc*] Interlined.

Rex petiit orari pro eo, ut Deus sibi prolem mitteret masculinam. A.D. 1245.

Tunc quoque temporis dominus rex, utpote regum Christianissimus, postulavit a viris religiosis orationes, ut Dominus noster, cui nihil est impossibile immo nec difficile, prolem sibi ad regni robur conferre dignaretur; confisus[1] orationibus et, quas non cessavit erogare, elemosinis.[2] The king orders prayers to be made for male progeny.

Natus est domino regi filius, et vocatus est Edmundus.[3]

Die vero sancti Marcelli peperit Alienora, regina Angliæ, filium, et sic, rege jubente, quia[4] postulaverat eum a beato Edmundo, rege et martire, vocatum est nomen ejus Edmundus. 16 Jan. Birth of prince Edmund.

Strages Walensium.

Quadragesimali tempore sequenti apud Montem-Gomericum occisi sunt trecenti et amplius Walenses ab Anglis, quibus præerat ipsius castri castellanus, a tergo caute positis insidiis. Simulata[5] enim formidine, idem Slaughter of the Welsh at Montgomery.

---

[1] *confisus*] consisus, MS.

[2] The entire chapter, with the rubric, is written on a piece of vellum pasted over the original text, which, although partially erased (as is always the case in similar instances), can be thus read, *Electus naves ascensurus apud Doveram, in triste præsagium, jussit nemora archiepiscopatus abscidi et vendi, et quasdam collectas et tallias, tam in clero quam in populo, fieri inauditas, ac si ad illam ecclesiam indignanter sectaret exstirpandam. Et tunc monachi Cantuarienses, propriam miseriam congnoscentes, percusserunt pectora sua, facti sui pœnitentes.* Cf. ed. Wats, p. 653.

[3] This rubric was at first written, "*Regina Angliæ Alienora peperit filium*," but this is now covered over by the piece of vellum alluded to above. In the margin is a drawing of the royal infant lying in swathing clothes in a cradle, with curtains above.

[4] *quia*] On an erasure.

[5] *Simulata*] Sumulata, MS.

A.D. 1245. castellanus a facie Walensium fugit abiens retrorsum; sed Angli latitantes proruperunt irruentes in Walenses fugantes, et reversus castellanus cum suis in Walenses, qui de fugantibus jam facti sunt fugientes, susceperunt eos in ore gladii et trucidarunt.

Excommunicatur imperator.

The emperor is excommunicated by the pope.

Tempore quoque sub eodem fecit dominus papa excommunicare imperatorem Frethericum, et ipsum fecit enunciari [1] excommunicatum per totam Franciam et Angliam.

Death of Matthew Fitz-Herbert.

Obrutus est quodam lapide Herbertus filius-Mathæi.[2]

David autem cupiens jacturam suam redimere, exercitui Anglorum diligenter excubando insidiabatur. Et dum quidam miles strenuissimus inter prærupta montium pertransiret, quidam Walensis [3] in vertice stans unius montium, lapidem dimittens [4] projecit in ipsum, et ipsum conterendo interfecit.

Mandatum domini papæ de concilio generali.

Papal mandate received for a General Council.

Anno eodem, circa medium Quadragesimæ, venerunt nuncii domini papæ in Angliam, de convocando concilio generali tale prælatis mandatum papale bajulantes: "Innocentius episcopus, servus servorum Dei, filiis," etc. quæ in autentico papæ scribuntur.[5]

---

[1] *enunciari*] We should probably read *denunciari*.

[2] In the margin is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, party per pale gules and azure, three lions rampant or, and underneath is written in red, "*Obiit Herbertus filius-Mathei in Wallia, miles strenuus, lapide obrutus.*"

[3] *Walensis*] Valensis, MS.

[4] *dimittens*] demettens, MS.

[5] *quæ . . . scribuntur*] Written on a slip of vellum pasted over the original text, which reads, *Inspice in libro Additamentorum;* and in the margin is added, *vel in Magnis Cronicis.* The pope's mandate is not in the "Liber Additamentorum," but in B. C. (ed. Wats, p. 656), dated "Lugduni, iii. kal. Feb. [30 Jan.], pont. anno ii°."

Aliqui se rationabiliter excusant. A.D. 1245.

Some are reasonably excused from attending it.

Cum autem ad concilium generale convocatio ad multorum audientiam pervenisset prælatorum, aliqui ad iter præparantur arripiendum; aliqui regiis negotiis intendentes, aliqui senes et valitudinarii vel infirmi, sese rationabilibus causis, per dominum regem supplicantem et testimonium veritati perhibentem, et[1] competentes procuratores, ne ad concilium venirent, excusantur.

De quodam incendio apud Lugdunum dampnoso.

22–24 May. The pope's chamber is burnt at Lyons.

The blame laid on incendiaries sent by the emperor.

Diebus vero Rogationum, dum ministri papales una noctium minus caute ignem custodirent, incendio repentino combusta[2] est camera domini papæ apud Lugdunum. Ministri autem, ut suam excusarent desidiam et imperitiam,[3] dicebant incendiarios occultos missos a Fretherico ignem occulte subposuisse, ut ipsum papam sic peremissent.[4] Creditur etiam ipsam cartam de tributo Angliæ feliciter fuisse[5] illo igne combustam.[6]

---

[1] *et*] vel, B. C.

[2] *combusta*] conbusta, MS.

[3] *imperitiam*] imperiam, MS.

[4] *peremissent*] peremisset, MS.

[5] *fuisse*] Repeated superfluously after *igne*.

[6] *minus caute . . . combustam*] With the exception of the last five words added in the lower margin, these lines are written on a piece of vellum pasted over the original text, which, although partially erased, can be thus read, *crapulis . . . . [de]dissent, quædam domini papæ camera cum omnibus contentis est combusta, asserentibus nonnullis sinistre interpretantibus, quod gratis accensa est, ut scilicet sic occasionem acciperet dominus papa exigendi pecuniam propter restaurationem. Sed cum incendium plus quam credebatur desæviret, combusta sunt et alia quæ habebantur cariora. Et fuit multorum assertio, quod detestabilis illa carta, quæ de tributo Angliæ sub rege Johanne confecta fuerat, eodem incendio in cinerem [est redacta]*; nearly as in B. C. and ed. Wats, p. 658.

Ricardus de Clare factus est miles.[1] fol. 138 *b.*

A.D. 1245. Richard de Clare knighted.



Die vero Pentecostes, cum[2] dominus rex Londoniis festum tenuit[3] serenissimum, Ricardum de Clare, jam comitem, concomitantibus circiter xl. tironibus, balteo cinxit militari, et tirocinii sui festum gaudenter consummavit. Fecit insuper dominus rex eodem tempore per singulos Angliæ comitatus [diligenter inquiri][4] summam reddituum Romanorum et virorum Ytalicorum, quos Romana ditaverat[5] auctoritas; et inventa est summa reddituum eorum, videlicet meri redditus, exceptis hiis quæ de multorum prælatorum cameris recipiunt præmiis et donativis, ad plus ascendisse quam reddituum summa, quam dominus rex de toto regno suo percipere consuevit. Confecta est inde carta, quam eleganter dictavit Robertus de Sotingduun,[6] querimonialis, ad concilium generale præsentanda.[7] Electi sunt igitur ad hoc nuncii sollempnes, comes Rogerus Bigod, Johannes filius-Galfridi, Willelmus de Cantelupo, Philippus Basset, Radulphus filius-Nicholai, et

Inquiry made as to the amount of rents received by the Roman court and its nominees.

---

[1] *factus est miles*] So the rubric was originally written, but afterwards partly erased, to make room for a correction in the text. In the margin is drawn his shield of arms, *viz.*, or, three cheverons gules, and beneath is written, in red letters, "*Milicia Ricardi comitis de Clare*," and over the last word is added *Glovernia*.

[2] *cum*] Added above the line.

[3] *tenuit*] This word and the first two syllables of the next are on an erasure.

[4] *diligenter inquiri*] Supplied from B. C.

[5] *ditaverat*] Added on an erasure.

[6] *carta . . . Sotingduun*] Added in marg. This letter is in B. C. (ed. Wats, p. 666.)

[7] *auctoritas . . . præsentanda*] The entire passage (with the exception of the two last words, which are on an erasure) is written on a piece of vellum pasted over the original text, which, though partly erased, can still be read as follows, *curia violenter ditaverat, et inventa* [*est*] *summa reddituum annuorum lx. milia marcarum meri redditus, absque infinitis et assiduis extorsionibus, quæ ad tantum numerum ascendere judicantur. Confecta est tunc epistola prolixa per regni universitatem mittenda querimonialis, ad concilium generale deferenda, in qua extorsiones papales et exactiones . . . .* [*continebantur*]. Cf. ed. Wats, pp. 658–9.

magister Willelmus Powic, clericus domini regis. Franci quoque prolixam querimonialem epistolam pro oppressionibus, quibus per Transalpinos gravantur, ad concilium mittunt, quæ alibi, propter prolixitatem ejus, scribitur, ad tale signum .[1]

A.D. 1245. Letter of complaint addressed to the General Council at Lyons.

Fulco filius-Warini mittitur ad magistrum Martinum.

Hiis quoque diebus, videlicet in crastino [apostolorum][2] Petri et Pauli, postquam quædam torneamenta plena occulto odio per dominum regem prohibebantur, capta apud Loitunam, missus est Fulco filius-Warini ex parte universitatis regni, consentiente sed tacite ipso rege, ad magistrum Martinum apud Novum Templum Londoniis commorantem. Qui torvo vultu eum respiciens, sic ipsum affatus est, "Recedens statim exi ab Anglia." Cui Martinus, "Quis mihi hoc mandat? an tu ex te ipso hoc habes?" Cui Fulco, "Hoc tibi per me mandat armatorum, quæ nuper apud Loitonam apparuit, universitas; et si sano credis consilio, ne moreris usque in tertium diem, ne tu et omnes tui in frusta concidaris." Et re vera, vix se continuit Fulco, quin in ipsum et omnes suos truculenter irruisset, sicut sæpe postea jurans protestatus est; sed et postea de omissione et pusillanimitate, licet multum se humiliasset, doluisse.[3] Recedente autem Fulcone, Martinus trepidus et anhelus[4] regem adiit, et cum hæc regi reci-

30 June. Fulk Fitz-Warin is sent to the legate Martin, to order him to leave the kingdom.

[1] *Franci . . . signum*] Added in marg. No mention of this important letter is found in B. C., but it is referred to also in E., and is inserted in the "Liber Additamentorum," MS. Cott. Nero D. I. fol. 126, but omitted to be printed by Wats. Matthew Paris remarks on it, "Hee [*sic pro* Hæ] literæ multos moverunt, sed commotio nondum pervenit ad effectum."

[2] *apostolorum*] Supplied from B. C. E.

[3] *est, sed . . . doluisse*] Written partly on an erasure, and partly on a slip of vellum pasted over the original text, the only words of which now legible are, . . . *de omissione* . . . *mor tamen de pusillanimitate* . . .

[4] *anhelus*] hanelus, MS.

A.D. 1245. taret, respondit rex, "Non me hujus rei auctorem
Martin appeals to the king. protestor, sed barones mei, tuam comperientes rapacitatem, vix se continent, quin insurgant in te, immo etiam et[1] in me ipsum, eo quod tuos,[2] quæ modum excedunt, impetus[3] hactenus toleravi. Quorum furorem vix compescui, quin in te irruentes, te membratim non dilacerassent." Cui Martinus humili ac tremula voce
Robert le Noreys is directed to conduct him to Dover. ait, "Peto igitur, ob Dei amorem et domini papæ reverentiam, liberum exitum a terra hac, exitum[4] et conductum." Adsignatus est igitur, rege miserante, ei ad ducatum usque Doveram, dominus Robertus Noriscus, unus scilicet marescallorum hospitii domini regis, de cujus protectione magister Martinus securus et protectus, usque ad Doveram indempnis pervenit. Timens autem ne per mare illi laquei pararentur, promisit constabulario castri et memorato Roberto provisiones ad opus parentum[5] suorum exhiberi, pro con-
Martin lays his complaints before the pope at Lyons. ductu.[6] Cum autem dictus Martinus Lugdunum pervenisset, gravem coram papa super prædictis reposuit querimoniam, sed papa cum occultis minis omnia dissimulavit,[7] tempora promittens sereniora.[8]

Rex disponit impetere Walliam.

Henry prepares an expedi- Tempore quoque sub eodem dominus rex nec valens nec volens Walensium impetus injuriosos amplius[9] sus-

---

[1] *et*] Interlined.

[2] *tuos*] Originally written *tuas*.

[3] *impetus*] Written on a slip of vellum pasted over the original reading *deprædationes*, as in B. C.

[4] *exitum*] Repeated in MS., for which we should probably read *tutum*, as in B. C.

[5] *parentum*] parntum, MS.

[6] *regis . . . . conductu*] Written on a piece of vellum pasted over the original text, except the last three words, which are on an erasure. The text first written has been obliterated so completely, that only a word or two can be made out.

[7] *dissimulavit*] The last syllable is on an erasure.

[8] *sereniora*] On an erasure. In the margin has been added *oportuna*, but afterwards erased.

[9] *amplius*] Added in marg.

tinere, kalendis Julii fecit submonere omnes, qui ei servitium debebant militare, ut ipsum hostiliter Walliam aditurum cum equis et armis sequerentur. A.D. 1245. tion against the Welsh. 1 July.

Electus Coventrensis cedit.

Et dum hiis turbinibus mundus volveretur, electus Coventrensis Willelmus de Monte-Pessulano, Coventrensis monachus et præcentor, qui rite in episcopum Coventrensem eligebatur, cum vidisset multos adversarios insurgere,[1] ut ipsum a subarrato honore præcipitarent,[2] sponte jus suum resignavit, ne ecclesia Coventrensis majora pateretur dispendia cum dilatione. Cujus loco electus est magister Rogerus de Weseham, theologus, decanus ecclesiæ Lincolniensis. The bp. elect of Coventry resigns. Roger de Weseham, dean of Lincoln, elected in his place.

Consecrantur Lugduni quidam prælati.[3]

Anno quoque sub eodem consecrati sunt a domino papa Lugduni, B[onefacius] in Cantuariensem archiepiscopum, magister Ricardus de Withz[4] in episcopum Cicestrensem, et magister Rogerus, decanus Lincolniensis, in Cestrensem, viri qui in episcopos consecrabantur,[5] scientia et moribus eleganter adornati. Quod cum audisset rex, jussit bona[6] episcoporum, eo quod eorum electioni non consensisset,[7] confiscari.[8] Consecration of prelates at Lyons.

---

[1] *multos . . . . insurgere*] On an erasure.

[2] *præcipitarent*] precipitaret, MS.

[3] In the margin are drawn two mitres and crosiers.

[4] *Withz*] Wiz, B. C. E.

[5] *in episcopos consecrabantur*] Added in marg.

[6] *bona*] Over this word is written *scilicet baronias*, and the latter word is copied in E.

[7] *consensisset*] consisset, MS.

[8] *confiscari*] At first written *infiscari*, as in B. C.

A.D. 1245. *Rex jubet ecclesiam Westmonasterii suis sumptibus*[1] *reparari.*[2]

Restoration of Westminster Abbey.

Eodem quoque anno dominus rex devotione ductus, quam habuit ad gloriosum Dei regem et[3] confessorem Edwardum, ecclesiam Sancti Petri Westmonasterii jussit[4] veterem dirui in parte orientali, cum ipsa turri, et ipsam decentius sumptibus fecit[5] propriis reparari.

Celebratur concilium generale.[6]

Celebration of the General Council.

Altius igitur solis orbita cursum peragente, congregati sunt Lugduni ex multis mundi partibus prælati, vel eorum procuratores, secundum papalis mandati tenorem, concilium generale celebraturi. Cujus concilii acta et statuta plenius in quamplurimorum libris, ne tanti concilii acta deleantur, annotantur. Et cum petitum esset a fere universis prælatis, ut solemniter fieret[7] canonizatio beati Edmundi, Cantuariensis archiepiscopi et confessoris, cepit dilationem. Item, imperator Frethericus ignominiose ab imperio depositus est. Item, per dictos procuratores conquestus est do-

The canonization of Edmund, abp. of Canterbury, deferred.

Deposition of the emperor.

---

[1] *sumptibus*] suptibus, MS.

[2] In the lower margin is a representation of the church, showing two towers at the west end, and a peal of five bells. By the side of the church is drawn what is intended, apparently, for the shrine of Edward the Confessor.

[3] *Dei regem et*] Better if read, *regem et Dei*, as in E.

[4] *jussit*] Added to the text.

[5] *fecit*] Interlined.

[6] In the lower margin is a drawing representing the pope sitting in the General Council, holding a book or bull in the left hand, and in the right a scroll, on which is written in red, "*Omni honore privamus Frethericum.*" In front of him sit the prelates, and the emperor's nuncio is in the act of departure, who holds also a scroll, on which is written, "*Dies ista dies iræ, calamitatis et miseriæ!*"

[7] *in quamplurimorum . . . fieret*] Written on a piece of vellum pasted over the original text, which reads thus, *in libro Additamentorum annotantur. Hoc autem, quod notabilius censeo, hic duxi merito conscribendum. Invidia Ottonis, aliquando in Anglia legati, procurante.* The proceedings of this Council are not in the "Additamenta," but at large in B. C. (ed. Wats, pp. 663–679.)

minus rex Angliæ super innumerabilibus exactionibus domini papæ; et contradictum est de tributo Angliæ, quo involvit eam rex Johannes, tempore belli et odii inter ipsum et nobiles de regno; cui obligationi detestandæ non consensit regni universitas, immo pro universitate contradixit archiepiscopus Cantuariensis Stephanus. Item, episcopus Beritensis Walerannus cartam legit in publico, in qua appensa fuerunt xii. sigilla, de infortunio[1] quod accidit juxta Gazeram, ubi, triumphantibus Chorosminis,[2] ceciderunt infiniti Christiani, et victa fuit militia Templi et Hospitalis.[3]

A.D. 1245. Complaint of the tribute imposed in the reign of John.

Letter respecting the slaughter of the Christians near Gazera.

Dominus rex firmat castrum de Gannoch.

Tempore sub eodem dominus rex, dum apud Gannoch moraretur reprimens insolentias Walensium, more guerræ multotiens dampna sustulit, et pluries dampna intulit inimicis. Octavo autem kalendas Octobris, facto congressu, ceciderunt ex nostris milites strenui Alanus Bucel, Adam de Moia, Galfridus Esturmy, et Reimundus Arcubalastarius, Guasconensis;[4] de Walensibus autem multo plures, sed vulgares. Misit igitur rex[5] pro Yberniensibus, qui venientes et[6] in illa parte Walliæ quæ Engleseie dicitur, ipsam depopulati sunt in ferro et flamma, omnia devastantes. Ipsi autem Ybernienses ab antiquo Walenses odio habent, et sese ad invicem persequuntur. Rex autem post miserabile exterminium Walensium, præclusa etiam omnium via victualium, et multis ad votum subjugatis, et elegantissime firmato castro de Gannoch, quod Walensibus

Loss of the English near Gannoch.

24 Sept.

Irish forces are sent for, and ravage Anglesey.

Henry returns from Wales.

[1] *infortunio*] imfortunio, MS.

[2] *Chorosminis*] Chorominis, MS.

[3] See *ante*, p. 484.

[4] *Guasconensis*] At first written *Guasco*.

[5] *rex*] Interlined.

[6] *et*] Seems superfluous.

A.D. 1245. quasi spina est[1] in oculo, reversus est[2] ad[3] festum Simonis et Judæ.

Cruce-signato rege Francorum, signantur multi nobiles.

28 Oct. Many French nobles assume the Cross.

Signato igitur domino rege Francorum et miraculose resuscitato, multi de regno Francorum nobiles consignantur cruce similiter, videlicet, frater dicti regis Robertus, comes Atrabatensis, dux Burgundiæ, dux Braibanciæ, comitissa Flandriæ, cum duobus filiis suis, comes Britanniæ P[etrus], comes Britanniæ filius ejus J[ohannes]; comes Barrensis, comes Suessonensis, comes Sancti Pauli, comes de[4] Druis, comes de Retel, Philippus de Curtiniaco,[5] Walterus de Juveni, Egidius de Mailli, Advocatus de Bettun, et multi alii de regno Francorum utriusque sexus, divites et[6] optimates.

Magister Ricardus, Exoniensis ecclesiæ cancellarius in episcopum ejusdem ecclesiæ [consecratur].[7]

Consecration of Richard, chancellor of Exeter, as bp. of that see. 1 Dec.

Tempore quoque sub eodem consecratus est apud Radingum, in episcopum Exoniensem, magister Ricardus, ejusdem[8] ecclesiæ cancellarius, circa kalendas Decembris,[9] vir sanctus et[10] eleganter literatus.

---

[1] *est*] Interlined.

[2] *est*] Originally written *est dominus rex* (as in B. C.), but *rex* afterwards erased, and *dominus* left in the text by mistake.

[3] *ad*] Interlined.

[4] *de*] R. de, E.

[5] *Curtiniaco*] Curtenai, E.

[6] *divites et*] Interlined.

[7] *consecratur*] Supplied from B. C.

[8] *ejusdem*] ejudem, MS.

[9] Richard le Blond was consecrated 22 Oct. 1245. Fasti, i. 369.

[10] *et*] On an erasure, as are also the first two syllables of *eleganter*.

De mortibus quorundam magnatum. A.D. 1245.

Deaths of several nobles.

Feb. Obierunt autem illo anno, in crastino sancti Valentini, Baldewinus, comes Devoniæ,[1] juvenis elegantissi-
Feb. mus. Et in crastino Purificationis beatæ Mariæ Virginis, comitissa Oxoniæ, Ysabella de Bolebec. Obiit insuper in Wallia, obrutus lapidis ictu, Herbertus filius-Mathæi, ut prædictum est.[2] Et in septimana Passionis Dominicæ obiit quidam præclarus baro in partibus Angliæ borealibus, Gilebertus de Unframvilla, parvulum relinquens heredem, cujus custodiam rex concessit comiti Legrecestriæ S[imoni]. Eodemque tempore anni obiit Galfridus de Trane, cardinalis, domino papæ specialissimus. Obiitque Reimundus, comes Provinciæ. Et[3] eodem anno Galfridus de Marisco,[4] miles[5] inveteratus, qui aliquando inter nobiles Yberniæ non ultimus habebatur; mortuus est autem exul, inops et extorris. Eodemque anno comes Marescallus Walterus, absque prole, sicut fratres sui Willelmus et Gilebertus, ii.
Dec. nonas[6] Decembris obiit.[7] Et cito post, scilicet tertia
Dec. die ante Natale, obiit[8] Anselmus, frater dicti comitis Marescalli proximo junior.[9] Quibus sine liberis de



[1] In the margin of fol. 138 *a* (but which properly should be placed here) is a drawing of the shield of arms, reversed, of the earl of Devon, *viz.*, or, a lion rampant, double quevé azure, and beneath is written in red letters, "*Die sancti Valentini obiit Baldewinus, comes Devoniæ, miles juvenis et elegans.*

[2] *ut prædictum est*] Interlined.

[3] *Reimundus . . . Et*] Added in marg., in which also is drawn his shield of arms, reversed, *viz.*, paly, or and gules, and beneath is written partly in red, "*Obiit Reimundus, comes Provinciæ pater reginæ.*" Some other words have been erased.

[4] *de Marisco*] Added in marg.

[5] *miles*] Written on a piece of vellum pasted over the word *proditor*.

[6] *ii. nonas*] So also E., but *viii°. kalendas* in B. C.

[7] *obiit*] On a slip of vellum pasted over part of the word *Decembris*, as originally written at length.

[8] *obiit*] On an erasure.

[9] In the margin are drawn two shields of arms, reversed, both alike, *viz.*, party per pale, gules and vert, a lion rampant, double quevé, argent.

A.D. 1245. medio raptis, illa præclara hereditas jam multipliciter dissipata ad multos, ratione sororum, est devoluta. Et sic nobile illud scutum, sicut alia nobilia quamplura,[1] prostratum est.

Clipei in Anglia, heu! prostrati.

Shields laid low in England.

Et quia de clipeis prostratis mentio facta lamentabilis est, non arbitror alienum a materia de consimilibus, licet non paribus, breviter facere mentionem. Marescalli,[2] ut dictum est; comitis Cestriæ; comitis de Harundellia; comitis de Mandevilla; comitis de Huntendona; de Albineto;[3] Willelmi de Danecastre;[4] Osberti Giffard; Roberti de Reppele;[5] Roberti de Burgat; Roberti de Thurnam; Walteri filii-Gileberti; [Roberti][6] de Bulun, et fratris ejus;[7] Willelmi, Nicholai, et Eustachii de Stutevilla; Rogeri de Muntbegun; Philippi[8] de Hulecotes; Ricardi de Perci; Henrici de Trublevilla; Philippi de Albineto; Radulphi de Trublevilla;[9] Ricardi de Doure; comitis de Warewic. In Hibernia, Hugonis de Lascy, et W.;[10] Falconis de Breaute.[11] In Provincia, amici nostri comitis de Provincia, Reimundi, qui eodem anno mortuus est. Et eodem anno[12] quidam ecclesiæ Eboracensis canonicus et archi-

Also in Ireland and Provence.

---

[1] *sicut . . . . quamplura*] Added in marg.

[2] This list of names is written in the margin of B., but omitted in C. by the original scribe; and a later hand, at fol. 351 *b*, has copied from the MS. containing the text printed above [now MS. Reg. 14 C. vii.] a portion of the chapter, as far as *Roberti de Thurnam*, where the copyist breaks off with the words, "et plures magnates, etc."

[3] *Albineto*] Albineio, E.

[4] *Danecastre*] Lancastre, B.

[5] *Reppele*] Roppele, B. E.

[6] *Roberti*] Supplied from E. Om. B.

[7] *ejus*] Here is inserted in B., *Alexander Arsic.*

[8] *Philippi*] Philippus, MS.

[9] *Philippi de Albineto, Radulphi de Trublevilla*] Om. E. After these names are inserted in B., *Ricardi de Ripariis. Ricardi filii-Rogeri de Chileham.*

[10] *et W.*] Omitted in B. E.

[11] *Falconis de Breaute*] In B. this name follows *Philippi de Hulecotes.*

[12] *anno*] Interlined.

diaconus, dum quendam militem conviciis temere provocaret, ab eodem in atrio ipsius ecclesiæ obiit trucidatus. Obiit quoque eodem anno, ii. idus Octobris, apud Sanctum Albanum, episcopatu suo multo tempore privatus sed dignitate retenta, postquam apud Sanctum Albanum circiter xx. annis moram continuasset, episcopus Johannes, quondam Hertfertensis, vir per omnia commendabilis; et in ecclesia Sancti Albani est sepultus.[1] Et xi°.[2] kalendas Januarii obiit Walterus, abbas de Burgo.

A.D. 1245.

14 Oct. Death of John, bp. of Ardfert, and Walter, abbat of Peterborough.

22 Dec.

Annalis conclusio.

Transiit ergo annus ille frugum fertilitate redundans, sed præcedentis quam sui temporis ubertate plus communitus, ita ut summa tritici ad pretium xx. denariorum[3] descendebat, fructuum autem arboreorum solatio destitutus; regno Francorum prosper et augmentativus;[4] regno vero Anglorum inimicus et deprædativus; Terræ Sanctæ hostilis; Walensibus cruentissimus; Pictavensibus probrosus et exosus.

Annual summary.

---

[1] In the margin are drawn a mitre and crosier, reversed.

[2] *xi°*] xvi°., E.

[3] *xx. denariorum*] In B. C. *duorum solidorum.*

[4] *augmentativus*] aucmentavus, MS.

END OF VOL. II.

LIBRARIES CAMBERWELL COMMISSIONERS

LONDON:
Printed by GEORGE E. EYRE and WILLIAM SPOTTISWOODE,
Printers to the Queen's most Excellent Majesty.
For Her Majesty's Stationery Office.
[497.—1000.—7/65.]

LIST OF WORKS

PUBLISHED

By the late Record and State Paper Commissioners, or under the Direction of the Right Honourable the Master of the Rolls, which may be purchased of Messrs. Longman and Co., London; Messrs. James Parker and Co., Oxford and London; Messrs. Macmillan and Co., Cambridge and London; Messrs. A. and C. Black, Edinburgh; and Mr. A. Thom, Dublin.

PUBLIC RECORDS AND STATE PAPERS.

Rotulorum Originalium in Curiâ Scaccarii Abbreviatio. Henry III.—Edward III. *Edited by* Henry Playford, Esq. 2 vols. folio (1805—1810). *Price* 25*s.* boards, or 12*s.* 6*d.* each.

Calendarium Inquisitionum post Mortem sive Escaetarum. Henry III.—Richard III. *Edited by* John Caley and John Bayley, Esqrs. Vols. 2, 3, and 4, folio (1806—1808; 1821—1828), boards: vols. 2 and 3, *price* 21*s.* each; vol. 4, *price* 24*s.*

Librorum Manuscriptorum Bibliothecæ Harlæianæ Catalogus. Vol. 4. *Edited by* the Rev. T. Hartwell Horne. Folio (1812), boards. *Price* 18*s.*

Abbreviatio Placitorum, Richard I.—Edward II. *Edited by* the Right Hon. George Rose and W. Illingworth, Esq. 1 vol. folio (1811), boards. *Price* 18*s.*

Libri Censualis vocati Domesday-Book, Indices. *Edited by* Sir Henry Ellis. Folio (1816), boards (Domesday-Book, vol. 3). *Price* 21*s.*

Libri Censualis vocati Domesday-Book, Additamenta ex Codic. Antiquiss. *Edited by* Sir Henry Ellis. Folio (1816), boards (Domesday-Book, vol. 4). *Price* 21*s.*

STATUTES OF THE REALM. *Edited by* Sir T. E. TOMLINS, JOHN RAITHBY, JOHN CALEY, and WM. ELLIOTT, Esqrs. Vols. 4 (in 2 parts), 7, 8, 9, 10, and 11, including 2 vols. of Indices, large folio (1819—1828). *Price* 31*s.* 6*d.* each; except the Alphabetical and Chronological Indices, *price* 30*s.* each.

VALOR ECCLESIASTICUS, temp. Henry VIII., Auctoritate Regia institutus. *Edited by* JOHN CALEY, Esq., and the Rev. JOSEPH HUNTER. Vols. 3 to 6, folio (1810, &c.), boards. *Price* 25*s.* each.

*** The Introduction is also published in 8vo., cloth. *Price* 2*s.* 6*d.*

ROTULI SCOTIÆ IN TURRI LONDINENSI ET IN DOMO CAPITULARI WESTMONASTERIENSI ASSERVATI. 19 Edward I.—Henry VIII. *Edited by* DAVID MACPHERSON, JOHN CALEY, and W. ILLINGWORTH, Esqrs., and the Rev. T. HARTWELL HORNE. 2 vols. folio (1814—1819), boards. *Price* 42*s.*

"FŒDERA, CONVENTIONES, LITTERÆ," &c.; or, Rymer's Fœdera, New Edition, 1066—1377. Vol. 2, Part 2, and Vol. 3, Parts 1 and 2, folio (1821—1830). *Edited by* JOHN CALEY and FRED. HOLBROOKE, Esqrs. *Price* 21*s.* each Part.

DUCATUS LANCASTRIÆ CALENDARIUM INQUISITIONUM POST MORTEM, &c. Part 3, Calendar to the Pleadings, &c., Henry VII.—Ph. and Mary; and Calendar to the Pleadings, 1—13 Elizabeth. Part 4, Calendar to the Pleadings to end of Elizabeth. (1827—1834.) *Edited by* R. J. HARPER, JOHN CALEY, and WM. MINCHIN, Esqrs. Folio, boards, Part 3 (or Vol. 2), *price* 31*s.* 6*d.*; and Part 4 (or Vol. 3), *price* 21*s.*

CALENDARS OF THE PROCEEDINGS IN CHANCERY, IN THE REIGN OF QUEEN ELIZABETH; to which are prefixed, Examples of earlier Proceedings in that Court from Richard II. to Elizabeth, from the Originals in the Tower. *Edited by* JOHN BAYLEY, Esq. Vols. 2 and 3 (1830—1832), folio, boards, *price* 21*s.* each.

PARLIAMENTARY WRITS AND WRITS OF MILITARY SUMMONS, together with the Records and Muniments relating to the Suit and Service due and performed to the King's High Court of Parliament and the Councils of the Realm. Edward I., II. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. (1830—1834.) Folio, boards, Vol. 2, Division 1, Edward II., *price* 21*s.*; Vol. 2, Division 2, *price* 21*s.*; Vol. 2, Division 3, *price* 42*s.*

ROTULI LITTERARUM CLAUSARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 2 vols. folio (1833—1844). The first volume, 1204—1224. The second volume, 1224—1227. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. *Price* 81*s.*, cloth; or separately, Vol. 1, *price* 63*s.*; Vol. 2, *price* 18*s.*

PROCEEDINGS AND ORDINANCES OF THE PRIVY COUNCIL OF ENGLAND. 10 Richard II.—33 Henry VIII. *Edited by* Sir N. HARRIS NICOLAS. 7 vols. royal 8vo. (1834—1837), cloth. *Price* 98*s.*; or separately, 14*s.* each.

ROTULI LITTERARUM PATENTIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1201—1216. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. folio (1835), cloth. *Price* 31*s.* 6*d.*

*** The Introduction is also published in 8vo., cloth. *Price* 9*s.*

ROTULI CURIÆ REGIS. Rolls and Records of the Court held before the King's Justiciars or Justices. 6 Richard I.—1 John. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 2 vols. royal 8vo. (1835), cloth. *Price* 28*s.*

ROTULI NORMANNIÆ IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1200—1205; also, 1417 to 1418. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. royal 8vo. (1835), cloth. *Price* 12*s.* 6*d.*

ROTULI DE OBLATIS ET FINIBUS IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI, tempore Regis Johannis. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. royal 8vo. (1835), cloth. *Price* 18*s.*

EXCERPTA E ROTULIS FINIUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATIS. Henry III., 1216—1272. *Edited by* CHARLES ROBERTS, Esq. 2 vols. royal 8vo. (1835, 1836), cloth, *price* 32*s.*; or separately, Vol. 1, *price* 14*s.*; Vol. 2, *price* 18*s.*

FINES, SIVE PEDES FINIUM; SIVE FINALES CONCORDIÆ IN CURIÂ DOMINI REGIS. 7 Richard I.—16 John (1195—1214). *Edited by* the Rev. JOSEPH HUNTER. In Counties. 2 vols. royal 8vo. (1835—1844), cloth, *price* 11*s.*; or separately, Vol. 1, *price* 8*s.* 6*d.*; Vol. 2, *price* 2*s.* 6*d.*

ANCIENT KALENDARS AND INVENTORIES OF THE TREASURY OF HIS MAJESTY'S EXCHEQUER; together with Documents illustrating the History of that Repository. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 3 vols. royal 8vo. (1836), cloth. *Price* 42*s.*

DOCUMENTS AND RECORDS illustrating the History of Scotland, and the Transactions between the Crowns of Scotland and England; preserved in the Treasury of Her Majesty's Exchequer. *Edited by* Sir FRANCIS PALGRAVE. 1 vol. royal 8vo. (1837), cloth. *Price* 18*s.*

ROTULI CHARTARUM IN TURRI LONDINENSI ASSERVATI. 1199—1216. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. folio (1837), cloth. *Price* 30*s.*

REPORT OF THE PROCEEDINGS OF THE RECORD COMMISSIONERS, 1831 to 1837. 1 vol. folio, boards. *Price* 8*s.*

REGISTRUM vulgariter nuncupatum "The Record of Caernarvon," e codice MS. Harleiano, 696, descriptum. *Edited by* Sir HENRY ELLIS. 1 vol. folio (1838), cloth. *Price* 31*s.* 6*d.*

ANCIENT LAWS AND INSTITUTES OF ENGLAND; comprising Laws enacted under the Anglo-Saxon Kings, from Æthelbirht to Cnut, with an English Translation of the Saxon; the Laws called Edward the Confessor's; the Laws of William the Conqueror, and those ascribed to Henry the First; also, Monumenta Ecclesiastica Anglicana, from the 7th to the 10th century; and the Ancient Latin Version of the Anglo-Saxon Laws; with a compendious Glossary, &c. *Edited by* BENJAMIN THORPE, Esq. 1 vol. folio (1840), cloth. *Price* 40*s.* Or, 2 vols. royal 8vo. cloth. *Price* 30*s.*

ANCIENT LAWS AND INSTITUTES OF WALES; comprising Laws supposed to be enacted by Howel the Good; modified by subsequent Regulations under the Native Princes, prior to the Conquest by Edward the First; and anomalous Laws, consisting principally of Institutions which, by the Statute of Ruddlan, were admitted to continue in force. With an English Translation of the Welsh Text. To which are added, a few Latin Transcripts, containing Digests of the Welsh Laws, principally of the Dimetian Code. With Indices and Glossary. *Edited by* ANEURIN OWEN, Esq. 1 vol. folio (1841), cloth. *Price* 44*s.* Or, 2 vols. royal 8vo. cloth. *Price* 36*s.*

ROTULI DE LIBERATE AC DE MISIS ET PRÆSTITIS, Regnante Johanne. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. royal 8vo. (1844), cloth. *Price* 6*s.*

THE GREAT ROLLS OF THE PIPE FOR THE SECOND, THIRD, AND FOURTH YEARS OF THE REIGN OF KING HENRY THE SECOND, 1155—1158. *Edited by* the Rev. JOSEPH HUNTER. 1 vol. royal 8vo. (1844), cloth. *Price* 4*s.* 6*d.*

THE GREAT ROLL OF THE PIPE FOR THE FIRST YEAR OF THE REIGN OF KING RICHARD THE FIRST, 1189—1190. *Edited by* the Rev. JOSEPH HUNTER. 1 vol. royal 8vo. (1844), cloth. *Price* 6*s.*

DOCUMENTS ILLUSTRATIVE OF ENGLISH HISTORY in the 13th and 14th centuries, selected from the Records in the Exchequer. *Edited by* HENRY COLE, Esq. 1 vol. fcp. folio (1844), cloth. *Price* 45*s.* 6*d.*

MODUS TENENDI PARLIAMENTUM. An Ancient Treatise on the Mode of holding the Parliament in England. *Edited by* THOMAS DUFFUS HARDY, Esq. 1 vol. 8vo. (1846), cloth. *Price* 2*s.* 6*d.*

Monumenta Historica Britannica, or, Materials for the History of Britain from the earliest period. Vol. 1, extending to the Norman Conquest. Prepared, and illustrated with Notes, by the late Henry Petrie, Esq., F.S.A., Keeper of the Records in the Tower of London, assisted by the Rev. John Sharpe, Rector of Castle Eaton, Wilts. Finally completed for publication, and with an Introduction, by Thomas Duffus Hardy, Esq., Assistant Keeper of Records. (Printed by command of Her Majesty.) Folio (1848). *Price* 42*s*.

Registrum Magni Sigilli Regum Scotorum in Archivis Publicis asservatum. 1306—1424. *Edited by* Thomas Thomson, Esq. Folio (1814). *Price* 15*s*.

The Acts of the Parliaments of Scotland. 11 vols. folio (1814—1844). Vol. I. *Edited by* Thomas Thomson and Cosmo Innes, Esqrs. *Price* 42*s*. Also, Vols. 4, 7, 8, 9, 10, 11 ; *price* 10*s*. 6*d*. each.

The Acts of the Lords Auditors of Causes and Complaints. 1466—1494. *Edited by* Thomas Thomson, Esq. Folio (1839). *Price* 10*s*. 6*d*.

The Acts of the Lords of Council in Civil Causes. 1478—1495. *Edited by* Thomas Thomson, Esq. Folio (1839). *Price* 10*s*. 6*d*.

Issue Roll of Thomas de Brantingham, Bishop of Exeter, Lord High Treasurer of England, containing Payments out of His Majesty's Revenue, 44 Edward III., 1370. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 vol. 4to. (1835), cloth. *Price* 35*s*. Or, royal 8vo. cloth. *Price* 25*s*.

Issues of the Exchequer, containing similar matter to the above; James I.; extracted from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 vol. 4to. (1836), cloth. *Price* 30*s*. Or, royal 8vo. cloth. *Price* 21*s*.

Issues of the Exchequer, containing similar matter to the above ; Henry III.—Henry VI. ; extracted from the Pell Records. *Edited by* Frederick Devon, Esq. 1 vol. 4to. (1837), cloth. *Price* 40*s*. Or, royal 8vo. cloth. *Price* 30*s*.

Notes of Materials for the History of Public Departments. *By* F. S. Thomas, Esq., Secretary of the Public Record Office. Demy folio (1846), cloth. *Price* 10*s*.

Handbook to the Public Records. *By* F. S. Thomas, Esq. Royal 8vo. (1853), cloth. *Price* 12*s*.

STATE PAPERS, DURING THE REIGN OF HENRY THE EIGHTH: with Indices of Persons and Places. 11 vols., 4to. (1830—1852), cloth. *Price* 5*l.* 15*s.* 6*d.*; or separately, *price* 10*s.* 6*d.* each.

Vol. I.—Domestic Correspondence.
Vols. II. & III.—Correspondence relating to Ireland.
Vols. IV. & V.—Correspondence relating to Scotland.
Vols. VI. to XI.—Correspondence between England and Foreign Courts.

HISTORICAL NOTES RELATIVE TO THE HISTORY OF ENGLAND; from the Accession of Henry VIII. to the Death of Queen Anne (1509—1714). Designed as a Book of instant Reference for ascertaining the Dates of Events mentioned in History and Manuscripts. The Name of every Person and Event mentioned in History within the above period is placed in Alphabetical and Chronological Order, and the Authority whence taken is given in each case, whether from Printed History or from Manuscripts. *By* F. S. THOMAS, Esq. 3 vols. 8vo. (1856), cloth. *Price* 40*s.*

CALENDARIUM GENEALOGICUM; for the Reigns of Henry III. and Edward I. *Edited by* CHARLES ROBERTS, Esq., Secretary of the Public Record Office. 2 vols. imperial 8vo. (1865), cloth. *Price* 15*s.* each.

CALENDARS OF STATE PAPERS.

[Imperial 8vo. *Price* 15*s.* each Volume or Part.]

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reigns of Edward VI., Mary, and Elizabeth, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Robert Lemon, Esq., F.S.A. 1856–1865.

Vol. I.—1547–1580.
Vol. II.—1581–1590.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of James I., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Mary Anne Everett Green. 1857–1859.

Vol. I.—1603–1610.
Vol. II.—1611–1618.
Vol. III.—1619–1623.
Vol. IV.—1623–1625, with Addenda.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles I., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* John Bruce, Esq., F.S.A. 1858–1866.

Vol. I.—1625–1626.
Vol. II.—1627–1628.
Vol. III.—1628–1629.
Vol. IV.—1629–1631.
Vol. V.—1631–1633.
Vol. VI.—1633–1634.
Vol. VII.—1634–1635.
Vol. VIII.—1635.
Vol. IX.—1635–1636.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles II., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Mary Anne Everett Green. 1860–1866.

Vol. I.—1660–1661.
Vol. II.—1661–1662.
Vol. III.—1663–1664.
Vol. IV.—1664–1665.
Vol. V.—1665–1666.
Vol. VI.—1666–1667.
Vol. VII.—1667.

Calendar of State Papers relating to Scotland, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Markham John Thorpe, Esq., of St. Edmund Hall, Oxford. 1858.

Vol. I., the Scottish Series, of the Reigns of Henry VIII., Edward VI., Mary, and Elizabeth, 1509–1589.
Vol. II., the Scottish Series, of the Reign of Elizabeth, 1589–1603; an Appendix to the Scottish Series, 1543–1592; and the State Papers relating to Mary Queen of Scots during her Detention in England, 1568–1587.

CALENDAR OF STATE PAPERS relating to IRELAND, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* HANS CLAUDE HAMILTON, Esq., F.S.A. 1860.

Vol. I.—1509–1573.

CALENDAR OF STATE PAPERS, COLONIAL SERIES, preserved in Her Majesty's Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* W. NOËL SAINSBURY, Esq. 1860–1862.

Vol. I.—America and West Indies, 1574–1660.
Vol. II.—East Indies, China, and Japan, 1513–1616.

CALENDAR OF LETTERS AND PAPERS, FOREIGN AND DOMESTIC, OF THE REIGN OF HENRY VIII., preserved in Her Majesty's Public Record Office, the British Museum, &c. *Edited by* J. S. BREWER, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1862–1864.

Vol. I.—1509–1514.
Vol. II. (in Two Parts)—1515–1518.

CALENDAR OF STATE PAPERS, FOREIGN SERIES, OF THE REIGN OF EDWARD VI., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* W. B. TURNBULL, Esq., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law, and Correspondant du Comité Impérial des Travaux Historiques et des Sociétés Savantes de France. 1861.

CALENDAR OF STATE PAPERS, FOREIGN SERIES, OF THE REIGN OF MARY, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* W. B. TURNBULL, Esq., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law, and Correspondant du Comité Impérial des Travaux Historiques et des Sociétés Savantes de France. 1861.

CALENDAR OF STATE PAPERS, FOREIGN SERIES, OF THE REIGN OF ELIZABETH, preserved in Her Majesty's Public Record Office, &c. *Edited by* the Rev. JOSEPH STEVENSON, M.A., of University College, Durham. 1863–1865.

Vol. I.—1558–1559.
Vol. II.—1559–1560.
Vol. III.—1560–1561.

CALENDAR OF LETTERS, DESPATCHES, AND STATE PAPERS relating to the Negotiations between England and Spain, preserved in the Archives at Simancas, and elsewhere. *Edited by* G. A. BERGENROTH. 1862.

Vol. I.—Hen. VII.—1485–1509.

CALENDAR OF STATE PAPERS AND MANUSCRIPTS, relating to ENGLISH AFFAIRS, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* RAWDON BROWN, Esq. 1864.

Vol. I.—1202–1509.

In the Press.

Calendar of State Papers relating to Ireland, preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Hans Claude Hamilton, Esq., F.S.A. Vol. II.—1574–1585.

Calendar of Letters and Papers, Foreign and Domestic, of the Reign of Henry VIII., preserved in Her Majesty's Public Record Office, the British Museum, &c. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. Vol. III.—1519–1523.

Calendar of State Papers and Manuscripts, relating to English Affairs, preserved in the Archives of Venice, &c. *Edited by* Rawdon Brown, Esq. Vol. II.—Henry VIII.

Calendar of State Papers, Foreign Series, of the Reign of Elizabeth. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham. Vol. IV.—1561–1562.

Calendar of Letters, Despatches, and State Papers relating to the Negotiations between England and Spain, preserved in the Archives at Simancas, and elsewhere. *Edited by* G. A. Bergenroth. Vol. II.—Henry VIII.

In Progress.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Charles I., preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* John Bruce, Esq., F.S.A. Vol. X.—1636.

Calendar of State Papers, Colonial Series, preserved in Her Majesty's Public Record Office, and elsewhere. *Edited by* W. Noël Sainsbury, Esq. Vol. III.—East Indies, China, and Japan. 1617, &c.

Calendar of State Papers, Domestic Series, of the Reign of Elizabeth (continued), preserved in Her Majesty's Public Record Office. *Edited by* Mary Anne Everett Green. 1591, &c.

THE CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND DURING THE MIDDLE AGES.

[Royal 8vo. *Price* 10*s.* each Volume or Part.]

1. The Chronicle of England, by John Capgrave. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1858.
2. Chronicon Monasterii de Abingdon. Vols. I. and II. *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham, and Vicar of Leighton Buzzard. 1858.
3. Lives of Edward the Confessor. I.—La Estoire de Seint Aedward le Rei. II.—Vita Beati Edvardi Regis et Confessoris. III.—Vita Æduuardi Regis qui apud Westmonasterium requiescit. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1858.
4. Monumenta Franciscana; scilicet, I.—Thomas de Eccleston de Adventu Fratrum Minorum in Angliam. II.—Adæ de Marisco Epistolæ. III.—Registrum Fratrum Minorum Londoniæ. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1858.
5. Fasciculi Zizaniorum Magistri Johannis Wyclif cum Tritico. Ascribed to Thomas Netter, of Walden, Provincial of the Carmelite Order in England, and Confessor to King Henry the Fifth. *Edited by* the Rev. W. W. Shirley, M.A., Tutor and late Fellow of Wadham College, Oxford. 1858.
6. The Buik of the Croniclis of Scotland; or, A Metrical Version of the History of Hector Boece; by William Stewart. Vols. I., II., and III. *Edited by* W. B. Turnbull, Esq., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law. 1858.
7. Johannis Capgrave Liber de Illustribus Henricis. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1858.
8. Historia Monasterii S. Augustini Cantuariensis, by Thomas of Elmham, formerly Monk and Treasurer of that Foundation. *Edited by* Charles Hardwick, M.A., Fellow of St. Catharine's Hall, and Christian Advocate in the University of Cambridge. 1858.

9. Eulogium (Historiarum sive Temporis) : Chronicon ab Orbe condito usque ad Annum Domini 1366 ; a Monacho quodam Malmesbiriensi exaratum. Vols. I., II., and III. *Edited by* F. S. Haydon, Esq., B.A. 1858–1863.

10. Memorials of Henry the Seventh : Bernardi Andreæ Tholosatis Vita Regis Henrici Septimi ; necnon alia quædam ad eundem Regem spectantia. *Edited by* James Gairdner, Esq. 1858.

11. Memorials of Henry the Fifth. I.—Vita Henrici Quinti, Roberto Redmanno auctore. II.—Versus Rhythmici in laudem Regis Henrici Quinti. III.—Elmhami Liber Metricus de Henrico V. *Edited by* C. A. Cole, Esq. 1858.

12. Munimenta Gildhallæ Londoniensis ; Liber Albus, Liber Custumarum, et Liber Horn, in archivis Gildhallæ asservati. Vol. I., Liber Albus. Vol. II. (in Two Parts), Liber Custumarum. Vol. III., Translation of the Anglo-Norman Passages in Liber Albus, Glossaries, Appendices, and Index. *Edited by* Henry Thomas Riley, Esq., M.A., Barrister-at-Law. 1859–1860.

13. Chronica Johannis de Oxenedes. *Edited by* Sir Henry Ellis, K.H. 1859.

14. A Collection of Political Poems and Songs relating to English History, from the Accession of Edward III. to the Reign of Henry VIII. Vols. I. and II. *Edited by* Thomas Wright, Esq., M.A. 1859–1861.

15. The "Opus Tertium," "Opus Minus," &c., of Roger Bacon. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1859.

16. Bartholomæi de Cotton, Monachi Norwicensis, Historia Anglicana. 449–1298. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1859.

17. Brut y Tywysogion ; or, The Chronicle of the Princes of Wales. *Edited by* the Rev. J. Williams ab Ithel. 1860.

18. A Collection of Royal and Historical Letters during the Reign of Henry IV. *Edited by* the Rev. F. C. Hingeston, M.A., of Exeter College, Oxford. 1860.

19. The Repressor of over much Blaming of the Clergy. By Reginald Pecock, sometime Bishop of Chichester. Vols. I. and II. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Fellow of St. John's College, Cambridge. 1860.

20. Annales Cambriæ. *Edited by* the Rev. J. Williams ab Ithel. 1860.

21. The Works of Giraldus Cambrensis. Vols. I., II., and III. *Edited by* J. S. Brewer, M.A., Professor of English Literature, King's College, London. 1861–1863.

22. Letters and Papers illustrative of the Wars of the English in France during the Reign of Henry the Sixth, King of England. Vol. I., and Vol. II. (in Two Parts). *Edited by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham, and Vicar of Leighton Buzzard. 1861–1864.

23. The Anglo-Saxon Chronicle, according to the several Original Authorities. Vol. I., Original Texts. Vol. II., Translation. *Edited and translated by* Benjamin Thorpe, Esq., Member of the Royal Academy of Sciences at Munich, and of the Society of Netherlandish Literature at Leyden. 1861.

24. Letters and Papers illustrative of the Reigns of Richard III. and Henry VII. Vols. I. and II. *Edited by* James Gairdner, Esq. 1861–1863.

25. Letters of Bishop Grosseteste, illustrative of the Social Condition of his Time. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. 1861.

26. Descriptive Catalogue of Manuscripts relating to the History of Great Britain and Ireland. Vol. I. (in Two Parts) ; Anterior to the Norman Invasion. Vol. II.; 1066–1200. *By* Thomas Duffus Hardy, Esq., Deputy Keeper of the Public Records. 1862–1865.

27. Royal and other Historical Letters illustrative of the Reign of Henry III. From the Originals in the Public Record Office. Vol. I., 1216–1235. Vol. II., 1236–1272. *Selected and edited by* the Rev. W. W. Shirley, D.D., Regius Professor in Ecclesiastical History, and Canon of Christ Church, Oxford. 1862–1866.

28. Chronica Monasterii S. Albani.—1. Thomæ Walsingham Historia Anglicana ; Vol. I., 1272–1381 : Vol. II., 1381–1422. 2. Willelmi Rishanger Chronica et Annales, 1259–1307. 3. Johannis de Trokelowe et Henrici de Blaneforde Chronica et Annales, 1259–1296 ; 1307–1324 ; 1392–1406. *Edited by* Henry Thomas Riley, Esq., M.A., of Corpus Christi College, Cambridge, and of the Inner Temple, Barrister-at-Law. 1863–1866.

29. Chronicon Abbatiæ Eveshamensis, Auctoribus Dominico Priore Eveshamiæ et Thoma de Marleberge Abbate, a Fundatione ad Annum 1213, una cum Continuatione ad Annum 1418. *Edited by* the Rev. W. D. Macray, M.A., Bodleian Library, Oxford. 1863.

30. Ricardi de Cirencestria Speculum Historiale de Gestis Regum Angliæ. Vol. I., 447–871. *Edited by* John E. B. Mayor, M.A., Fellow and Assistant Tutor of St. John's College, Cambridge. 1863.

31. Year Books of the Reign of Edward the First. Years 30–31, and 32–33. *Edited and translated by* Alfred John Horwood, Esq., of the Middle Temple, Barrister-at-Law. 1863–1864.

32. Narratives of the Expulsion of the English from Normandy, 1449-1450.—Robertus Blondelli de Reductione Normanniæ: Le Recouvrement de Normendie, par Berry, Herault du Roy: Conferences between the Ambassadors of France and England. *Edited, from MSS. in the Imperial Library at Paris, by* the Rev. Joseph Stevenson, M.A., of University College, Durham. 1863.

33. Historia et Cartularium Monasterii S. Petri Gloucestriæ. Vols. I. and II. *Edited by* W. H. Hart, Esq., F.S.A. ; Membre correspondant de la Société des Antiquaires de Normandie. 1863–1865.

34. Alexandri Neckam de Naturis Rerum libri duo ; with Neckam's Poem, De Laudibus Divinæ Sapientiæ. *Edited by* Thomas Wright, Esq., M.A. 1863.

35. Leechdoms, Wortcunning, and Starcraft of Early England ; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vols. I. and II. *Collected and edited by* the Rev. T. Oswald Cockayne, M.A., of St. John's College, Cambridge. 1864–1865.

36. Annales Monastici. Vol. I. :—Annales de Margan, 1066–1232 ; Annales de Theokesberia, 1066–1263 ; Annales de Burton, 1004–1263. Vol. II. :—Annales Monasterii de Wintonia, 519–1277 ; Annales Monasterii de Waverleia, 1–1291. *Edited by* Henry Richards Luard, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, and Registrary of the University, Cambridge. 1864–1865.

37. Magna Vita S. Hugonis Episcopi Lincolniensis. From Manuscripts in the Bodleian Library, Oxford, and the Imperial Library, Paris. *Edited by* the Rev. James F. Dimock, M.A., Rector of Barnburgh, Yorkshire. 1864.

38. Chronicles and Memorials of the Reign of Richard the First. Vol. I.:—Itinerarium Peregrinorum et Gesta Regis Ricardi. Vol. II.:—Epistolæ Cantuarienses ; the Letters of the Prior and Convent of Christ Church, Canterbury ; 1187 to 1199. *Edited by* William Stubbs, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian. 1864–1865.

39. Recueil des Croniques et anchiennes Istories de la Grant Bretaigne a present nomme Engleterre, par Jehan de Waurin. From Albina to 688. *Edited by* William Hardy, Esq., F.S.A. 1864.

40. A Collection of the Chronicles and ancient Histories of Great Britain, now called England, by John de Wavrin. From Albina to 688. (Translation of the preceding.) *Edited and translated by* William Hardy, Esq., F.S.A. 1864.

41. Polychronicon Ranulphi Higden, with Trevisa's Translation. Vol. I. *Edited by* Churchill Babington, B.D., Senior Fellow of St. John's College, Cambridge. 1865.

42. Le Livere de Reis de Brittanie e Le Livere de Reis de Engletere. *Edited by* John Glover, M.A., Vicar of Brading, Isle of Wight, formerly Librarian of Trinity College, Cambridge. 1865.

43. Chronica Monasterii de Melsa, ab Anno 1150 usque ad Annum 1400. Vol. I. *Edited by* Edward Augustus Bond, Esq., Assistant Keeper of the Department of Manuscripts, and Egerton Librarian, British Museum. 1866.

44. Matthæi Parisiensis Historia Anglorum, sive, ut vulgo dicitur, Historia Minor. Vols. I. and II. *Edited by* Sir Frederick Madden, K.H., Keeper of the Department of Manuscripts, British Museum. 1866.

In the Press.

The Wars of the Danes in Ireland: written in the Irish language. *Edited by* the Rev. J. H. Todd, D.D., Senior Fellow of Trinity College, Dublin.

A Collection of Sagas and other Historical Documents relating to the Settlements and Descents of the Northmen on the British Isles. *Edited by* George Webbe Dasent, Esq., D.C.L. Oxon.

Official Correspondence of Thomas Bekynton, Secretary to Henry VI., with other Letters and Documents. *Edited by* the Rev. George Williams, B.D., Senior Fellow of King's College, Cambridge.

Original Documents illustrative of Academical and Clerical Life and Studies at Oxford between the Reigns of Henry III. and Henry VII. *Edited by* the Rev. Henry Anstey, M.A.

Roll of the Privy Council of Ireland, 16 Richard II. *Edited by* the Rev. James Graves, A.B., Treasurer of St. Canice, Ireland.

RICARDI DE CIRENCESTRIA SPECULUM HISTORIALE DE GESTIS REGUM ANGLIÆ. Vol. II., 872–1066. *Edited by* JOHN E. B. MAYOR, M.A., Fellow and Assistant Tutor of St. John's College, and Librarian of the University, Cambridge.

THE WORKS OF GIRALDUS CAMBRENSIS. Vol. IV. *Edited by* J. S. BREWER, M.A., Professor of English Literature, King's College, London.

CHRONICON RADULPHI ABBATIS COGGESHALENSIS MAJUS; and, CHRONICON TERRÆ SANCTÆ ET DE CAPTIS A SALADINO HIEROSOLYMIS. *Edited by* the Rev. JOSEPH STEVENSON, M.A., of University College, Durham.

YEAR BOOKS OF THE REIGN OF EDWARD THE FIRST. 20th, 21st, and 22nd Years. *Edited and translated by* ALFRED JOHN HORWOOD, Esq., of the Middle Temple, Barrister-at-Law.

RECUEIL DES CRONIQUES ET ANCHIENNES ISTORIES DE LA GRANT BRETAIGNE A PRESENT NOMME ENGLETERRE, par JEHAN DE WAURIN (continued). *Edited by* WILLIAM HARDY, Esq., F.S.A.

POLYCHRONICON RANULPHI HIGDEN, with Trevisa's Translation. Vol. II. *Edited by* CHURCHILL BABINGTON, B.D., Senior Fellow of St. John's College, Cambridge.

ITER BRITANNIARUM: THE PORTION OF THE ANTONINE ITINERARY OF THE ROMAN EMPIRE RELATING TO GREAT BRITAIN. *Edited by* WILLIAM HENRY BLACK, Esq., F.S.A.

ANNALES MONASTICI. Vol. III. *Edited by* HENRY RICHARDS LUARD, M.A., Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, and Registrary of the University, Cambridge.

HISTORIA ET CARTULARIUM MONASTERII S. PETRI GLOUCESTRIÆ. Vol. III. *Edited by* W. H. HART, Esq., F.S.A.; Membre correspondant de la Société des Antiquaires de Normandie.

LIBER DE HYDA: A CHRONICLE AND CHARTULARY OF HYDE ABBEY, WINCHESTER. *Edited, from a Manuscript in the Library of the Earl of Macclesfield, by* EDWARD EDWARDS, Esq.

CHRONICLE ATTRIBUTED TO BENEDICT, ABBOT OF PETERBOROUGH. *Edited by* WILLIAM STUBBS, M.A., Vicar of Navestock, Essex, and Lambeth Librarian.

LEECHDOMS, WORTCUNNING, AND STARCRAFT OF EARLY ENGLAND; being a Collection of Documents illustrating the History of Science in this Country before the Norman Conquest. Vol. III. *Collected and edited by* the Rev. T. OSWALD COCKAYNE, M.A., of St. John's College, Cambridge.

Chronicon Scotorum: a Chronicle of Irish Affairs, from the Earliest Times to 1135. *Edited and translated by* W. Maunsell Hennessy, Esq., M.R.I.A.

Chronique de Pierre de Langtoft. *Edited by* Thomas Wright, Esq., M.A.

Chronica Monasterii de Melsa, ab Anno 1150 usque ad Annum 1400. Vol. II. *Edited by* Edward Augustus Bond, Esq., Assistant Keeper of the Department of Manuscripts, and Egerton Librarian, British Museum.

Chronica Monasterii S. Albani.—4. Gesta Abbatum Monasterii S. Albani, a Matthæo Paris, Thoma Walsingham, et quodam Auctore Anonymo conscripta. *Edited by* Henry Thomas Riley, Esq., M.A., of Corpus Christi College, Cambridge, and of the Inner Temple, Barrister-at-Law.

Matthæi Parisiensis Historia Anglorum, sive, ut vulgo dicitur, Historia Minor. Vol. III. *Edited by* Sir Frederick Madden, K.H., Keeper of the Department of Manuscripts, British Museum.

In Progress.

Documents relating to England and Scotland, from the Northern Registers. *Edited by* the Rev. James Raine, M.A., of Durham University.

Willelmi Malmesbiriensis de Gestis Pontificum Anglorum, Libri V. *Edited, from William of Malmesbury's Autograph MS., by* N. E. S. A. Hamilton, Esq., of the Department of Manuscripts, British Museum.

Chronicle of Robert of Brunne. *Edited by* Frederick James Furnivall, Esq., M.A., of Trinity Hall, Cambridge, Barrister-at-Law.

Descriptive Catalogue of Manuscripts relating to the History of Great Britain and Ireland. Vol. III.; 1201, &c. *By* Thomas Duffus Hardy, Esq., Deputy Keeper of the Public Records.

May 1866.

DA
25
.B8
v.44
Paris,
APR

Paris, Matthew - Historia Anglorum.
(Madden ed)

2

LIBRARY
Pontifical Institute of Mediaeval Studies
113 ST. JOSEPH STREET
TORONTO, ONT., CANADA, M5S 1J4
v. 44 15442.